POETÆ BUCOLICI ET DIDACTICI.

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.

POETÆ BUCOLICI ET DIDACTICI.

THEOCRITUS, BION, MOSCHUS,

RECOGNOVIT ET PRÆFATUS EST C. FR. AMEIS;

NICANDER, OPPIANUS,

MARCELLUS DE PISCIBUS, POETA DE HERBIS,

EDIDIT F. S. LEHRS;

PHILE DE ANIMALIBUS, ELEPHANTE, PLANTIS, ETC.

EDIDIT FR. DÜBNER;

POETARUM DE RE PHYSICA ET MEDICA RELIQUIAS

COLLEGIT U. CATS BUSSEMAKER;

ARATUS,

MANETHONIS, MAXIMI ET ALIORUM ASTROLOGICA

RECENSUIT ET DISSERTATIONE INSTRUXIT

ARMINIUS KOECHLY.

GRÆCE ET LATINE.



PARISIIS,

EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT,

INSTITUTI IMPERIALIS FRANCIÆ TYPOGRAPHO.

M DCCC LXII

1862

1862

PRÆFATIO.

In his poetis edendis quam sim rationem secutus, etsi latere non potest qui hujus bibliothecæ consilium spectant, breviter tamen exponendum videtur. Ante omnia id pro exigua virium mearum facultate curavi, ut verba poetarum bucolicorum quantum fieri posset emendatissima exhiberentur. Quapropter quum novam recensionem constituere nec animus neque facultas esset, fundum hujus editionis feci AUGUSTI MEINEKII recognitionem, quæ Berolini a. 1836 in lucem emissa ceteris editoribus palmam præripuit. Sed quamquam Meinekium in plurimis locis sequendum putavi, tamen me non ita ei quasi in servitutem addixi, ut omnem scripturam, quam vir acutissimus in quovis loco recepit, intactam relinquerem. Meum potius judicium secutus sæpissime ab illo discessi, sive quod codices bonæ notæ aliam scripturam commendabant, sive quod alii homines docti, qui in his poetis emendandis enarrandisque suum studium posuerunt, de selectis quibusdam locis vel rectius statuisse vel viam certe monstrasse videbantur, quæ ad veram lectionem perduceret. In locis autem ita corruptis, ut nihil auxilii ex libris manu scriptis suppeteret, etiam conjecturas, quæ maxime probabiles esse viderentur, in ordinem verborum recepi. De dialecto, qua usi sunt poetæ bucolici, uberius disputare non est hujus loci, præsertim quum hæc disputatio etiamnum permultis dubitationibus obnoxia sit ideoque non queat paucis absolvi. Interim hanc mihi legem scripsi, ut, si a minutiis quibusdam ubi constans esse volui discesseris, nihil invitis codicibus loco moverem. Majora præstabit *H. L. Ahrens*, qui eximia doctrina et sagacitate de *dialectologia* jam egregie meritus est.

Hanc igitur rationem inivi in arte critica factitanda. Jam sequitur ut dicam de subsidiis meis. Præter editiones Heinsii, Sheldonii, Reiskii, Wartoni, Brunckii, Valckenarii, Harlesii, Pileneji, Strothii, Dahlii, Schæferi, Kiesslingii, Geelii, Briggsii, utriusque Jacobsii, Wüstemanni, Didoti, Boissonadi, Weisii, quas omnes accurate inspexi non sine aliquo fructu, etiamsi interdum non alius

esset nisi ut suum cuique in collectaneis meis tribuerem, ubique diligenter consului criticas copias Gaisfordianas. Iis autem adjunxi editionem, quam *Lutetiæ Parisiorum* a. 1828 duobus voluminibus emissam curavit *J. B. Gail,* et quam nullus huc usque ex editoribus, quorum opera emendatus Theocritus postea prodiit, in usum vocavit. Gailius novam et integram omnium quos servat Regia Bibliotheca Parisina codicum collationem suppeditavit, sed non addidit quid significent litteræ A. B. C. D. usque ad litteram Z., quibus singulos codices distinxit. Nam quo minus tertium volumen, in quo codicum Theocriteorum notitiam et ætatem expositurus erat, absolveret morte impeditus est. Jam vero aliquot codices qui sint et quales, facile est reperire, ubi farraginem lectionum variantium Gailianam contuleris cum apparatu Gaisfordiano. Sed de iis, quæ non aliunde cognita et ex MSS. nondum collatis deprompta continet editio Gailii, certo judicare non potui. Huc accessit quod Gailii fides et religio apud alios scriptores Græcorum in suspicionem vocata est, et quod apud Theocritum quoque nonnumquam eum lapsum esse animadverti. Ita, ut unum tantummodo specimen addam, in idyll. I. 143. affert « Δίδοι d. » quasi ex codice enotata esset scriptura. At illa littera orta ex nomine *Danielis* Heinsii apud Gaisfordium, quod Gailius perperam intellexit. Sic alios errores possem adjicere. Itaque precibus adii *Fridericum Dübnerum* ut aliquot codices Parisinos a me indicatos denuo in meum usum conferret, quo certius judicare possem de Gailii fide et religione. Atque vir ille sollertissimus statim meis precibus annuit et postea ad me misit collationem horum codicum :

1. Apud Gaisfordium 335 [error operarum pro 3335], hodie nr. 2835 sive P. apud Gailium. sec. XIV.

2. Apud Gaisf. 1513, hodie nr. 2831 sive L. apud Gail., bombyc. sec. XIV. [Non recte Adertus codicem adscripsit seculo XIII.]

4. Apud Gaisf. 2794, hodie nr. 2726 sive D. apud Gail.

6. Apud Gaisf. Colbert. 1193, hodie nr. 2721 sive B. apud Gail. sec. XV auctore Dübnero [Adert. sec. XIV].

9. Apud Gaisf. Colbert. 6443, hodie nr. 2884 sive Q. apud Gail., bombyc. optimæ notæ sec. XIII.

10. Apud Gaisf. Regius 3378, hodie 2832 sive M. apud Gail. (Ex hoc codice descriptus est nr. 2812 sive K. apud Gail.) bombyc. optimæ notæ sec. XIII.

Optimi inter codices Parisinos sunt 9 sive Q. et 10 sive M. (*) Ex scripturæ

(*) Veram esse descriptionem, quam de his duobus codicibus dedit Sanctamandus apud Gaisfordium, mihi diserte indicavit Dübnerus.

discrepantia, quam ex his codicibus cum summa benevolentia in meum usum enotavit Dübnerus, partim intellexi, Sanctamandi collationem in aliis carminibus accuratissime institutam esse, in aliis satis festinanter, partim persuasum mihi est, quam Gailius ex codd. Parisinis collegerit lectionum farraginem non esse spernendam, etsi nonnulla scitu dignissima silentio transmissa sunt. Ego quum criticum commentarium scribere pro hujus editionis ratione non potuerim, pauca tantummodo attuli quæ aliquid facerent ad lectionem verborum receptam vindicandam. Postea mihi innotuit *Scholiorum Theocriteorum pars inedita quam ad codicis Genevensis fidem edidit F. Adert. Turici* 1843. Ibi p. VI Adertus omnes codices a Gailio collatos designavit, neque tamen addidit unde hauserit suam notitiam, num forte ipsi licuerit inspicere quæ Gailius manu scripta (Gailius enim præf. p. VIII admonuit se omnia *pæne jam confecta habere*) reliquit. Nullam ætatis notitiam dedit Adertus de sex codicibus A. B. N. R. S. Y. Itaque interrogavi Dübnerum, qui meo rogatu hos codices inspexit mihique respondit, eos omnes esse recentiores, nimirum A et B sec. XV., quattuor reliquos sec. XVI.

Porro quum evolverem scriptores, qui locos longiores brevioresque poetarum bucolicorum laudarunt, sæpe recurrendum mihi fuit potissimum apud Bionem et Moschum ad Stobæi Florilegium Gaisfordianum. Qua re permotus litteras dedi Vindobonam, num accuratam collationem egregii codicis Vindobonensis nanciscerer. Habemus de codicis ætate et scriptura Kollarii et Lambecii sententias in Lambecii ed. Koll. VII. 306. Scriptus est sec. X litteris *inclinatis*, manu *græcâ currente*. Atque *Kopitar*. eximia qua semper excellebat liberalitate statim auditis meis precibus omnes locos Theocriti, Bionis Moschique, qui apud Stobæum leguntur, ex codice Vindobonensi diligenter cum editione Gaisfordii contulit et eam collationem ad me transmisit. Quam utilis ea fuerit haud raro apud Bionem et Moschum, ex hac editione, ut arbitror, ita patebit, ut lectores illi viro egregie cordato magnam sint gratiam mecum habituri.

Lubentius transeo ad aliam rem, ad jucundum officium gratiarum agendarum viro, qui magno beneficio me sibi devinxit. *H. E. Poeschl* enim, eruditus Thusneldæ Vindobonensis editor, suasu Kopitari in meum usum accuratissime, ne minimis quidem rebus omissis, contulit quattuor codices Vindobonenses, quorum collationes jam Brunckius habuisse se affirmat in Theocr. I. 103. II. 1. Codices sunt hi:

Vindob. 289. (Vindob. a.) continet, præter alios scriptores, undecim priora idyllia Theocriti.

« Est chartaceus bonæque notæ in quarto, sed aquâ marinâ passim fœde corruptus, constatque ex foliis centum sexaginta sex. » *Nessel.*

Vindob. 200, olim 216. (Vindob. b.) continet, præter alios scriptores, tredecim priora idyllia Theocriti cum permultis scholiis marginalibus et interlinearibus; idyll. octavum bis adest. « Est chartaceus, antiquus bonæque notæ in quarto, sed in fine mutilus constatque nunc ex foliis septuaginta. » *Nessel.*

Vindob. 256. (Vindob. c.) continet, præter alios scriptores, quinque priora idyllia Theocriti cum multis scholiis marginalibus et interlinearibus. « Est chartaceus bonæque notæ in quarto, constatque nunc ex foliis sexaginta octo. » *Nessel.*

Vindob. 258. (Vindob. d.) continet, præter alium scriptorem, vitam Theocriti, εὕρεσιν τῶν βουκολικῶν, περὶ διαφορᾶς τῶν βουκολικῶν, quædam de dialecto Dorica et septem priora idyllia Theocriti cum innumeris scholiis marginalibus et interlinearibus. « Est chartaceus bonæque notæ in quarto constatque nunc ex foliis sexaginta septem. » *Nessel.*

Ex his codicibus pauca speciminis caussa ad primum carmen protuli. Simul Pœschlius me certiorem fecit de alio codice, qui in bibliotheca Vindobonensi nr. 127 et 128 asservatur et qui præter alios scriptores complectitur tredecim Theocriti carmina hoc ordine : VI—XIV. XVI—XVIII. XV. Qui ampliorem paraturus est editionem, qualis exspectatur a Meinekio, ei collationem horum codicum sicut duorum triumve Parisinorum, quos supra indicavi, haud inutilem fore existimo.

Denique jure auctionis inserta est meæ bibliothecæ Theocriteæ editio Heinsii a. 1604, cujus margini appicta est elegantissimis litteris ad octo priora Theocriti carmina collatio codicis senatus Lips., cod. Academiæ Lips., editionis Florent. et edit. Rom. Hæc collatio ubique amicissime conspirat cum iis, quæ ex Reiskii editione jam cognita sunt, et continet præterea quæ apud alios nondum allata inveni. Præterea diligenter in meum usum consului veteres editiones Cratandri (a. 1530), Brubach. (a. 1553), Stephan. minorem, alias. Ad hæc subsidia, quæ modo descripsi, accesserunt permulti libelli, in quibus selectorum Theocriti Bionis Moschique locorum emendationes explicationesque propositæ sunt. Quos omnes hic enumerare et longum est nec opus videtur, quum in omnibus locis, ubicumque mihi usui fuerunt, eorum auctores ut decebat cum grato animo laudaverim.

His igitur subsidiis adjutus meum opus aggressus sum, et quum jam ad finem pervenissem, in meas manus venit *Theocritus. Codicum Manuscriptorum ope recensuit et emendavit Christophorus Wordsworth. S. T. P. scholæ Harroviensis magister. Cantabrigiæ MDCCCXLIV.* Hic editor textum exhibuit Meinekianum (*)

(*) Sed prioris editionis, quæ Lipsiæ a. 1825 prodiit; nam altera recognitio Meinekii Berolini a. 1836 emissa non cognita fuit Wordsworthio.

modeste correctum ex opibus Gaisfordianis. Quod ut eo certius efficeret, denuo inspexit copias Sanctamandanas et Dorvillianas, quæ in Bibliotheca Bodlejana asservantur. Præterea aliquot codices Anglicanos primus contulit ac descripsit. Sed ex omnibus codicibus attulit (id quod dolendum est) paucas tantummodo scripturæ diversitates, quemadmodum ipse in præf. p. XIV. profitetur « annotationes suas non tam in lectionibus ex Manuscriptorum penu depromendis, quam in novis emendationibus vel proponendis vel corroborandis maximopere versari ». Ac profecto permultas in medium protulit suspiciones, quæ insignem editoris doctrinam et sagacitatem commonstrant. De iis autem conjecturis sicuti communiter quomodo in toto opere tractando versatus sit, alio loco accuratius dicam. Præter Wordsworthii studia uti mihi licuit editione quæ prodiit ita inscripta : *Theocriti Carmina. Recensuit Christophorus Ziegler. Tubingæ,* 1844. Zieglerus egregiam Theocrito operam præstitit, quod et Italicos codices denuo excussit et integram scripturæ discrepantiam ex iis collectam cum lectoribus communicavit. Hac autem supellectile instructus nec aspernatus quæ alii sobrie disputarunt, quum ipse permulta subtiliter restituit, tum aliis materiam suppeditavit, qua depravatissima hæc carmina paullatim ad saniorem formam revocarent. De quibus rebus quum alio loco sententiam meam sim fusius expositurus, sufficiet hic addidisse, me recensionibus duumvirorum Wordsworthii atque Ziegleri permotum quæ scripserim denuo examinasse, et quidquid ex utraque recensione didicerim fideliter indicavisse, ut hominem decet veritatis amantem. Et in iis quoque locis, in quibus me vel cum utroque vel cum alterutro consentientem inveni, nomina eorum fere semper honoris caussa apposui. Porro ne superflua proderem aut ab aliis jam satis explanata inutili modo repeterem, resecui aliquot adnotationes a me antea scriptas (1), quia eædem res nunc ab alterutro recte explicatæ sunt, et in earum locum paucas alias observationes substitui, quarum addendarum iidem editores mihi occasionem obtulerunt. Nam brevitatis studiosus constitui nihil monere, nisi de meo haberem quæ observatu haud prorsus indigna viderentur. Quod ut eo melius perspiciatur et cum

(1) Etiam multas lectiones, quas ex edd. Cratandri et Brub. enotaveram, rursus delevi, quia Zieglerus jam collationem edd. Camer. a. 1530 et Brub. 1545 cum lectoribus communicavit, etsi nonnulla scitu haud indigna prætermisit. Nam editio Crat. maximam partem consentit cum editione Camerarii, et ed. Brub. a. 1553 ab ea quæ prodiit a. 1545, descripta ab *A. Jacobsio* p. XXXVII sqq., nihil diversa est. Ego in hac re ut alibi plerumque eas tantummodo observationes reliqui, in quibus tacite vel supplere vel corrigere volui ab aliis adnotata.

æquitate judicetur, num emendationem et interpretationem horum carminum certe paullulum juvare potuerim, relictis rationibus, quas jam secutus sum priusquam Wordsworthii et Ziegleri recensiones in meam notitiam venerunt, hic enumerabo sub unum conspectum singulos locos, in quibus hæc editio discrepet ab recognitione Meinekiana. Tacite correxi quæ apud Meinekium operarum errore vitiata sunt, veluti Theocr. V. 118. VI. 28. X. 5. XI. 62. XV. 2. XXII. 89. XXVI. 8. Bio V. 4. Mosch. II. 22. 86. 114. III. 47. 119. VI. 6. VIII. 2. vel alias minutias quales relictæ sunt Th. X. 23 (coll. V. 79). XI. 59. XXIV. 99. XXVI. 32. Bio III. 5. Mosch. III. 93. vel puncta diæresis (in quibus ponendis secutus ego sum rationem Bekkeri) præter servatam alioquin consuetudinem relicta, veluti Th. VII. 129. XII. 11. XIII. 37. XV. 142. XXIV. 72. 73. XXV. 185. 193. XXVI. 32. XXIX. 11. Ep. XIII. 4. Bio II. 9. XII. 2. Hujus igitur generis minutissimas res non attinet commemorare. Sed ut ad locos aliquanto graviores transeamus (in quibus ubi nihil adnotatum est, ea omnia novata sunt ex libris manu scriptis), legitur

I.

	In Meinekii editione :	In hac editione :
V. 6.	χιμάρῳ	χιμάρω
12.	τᾷδε	τεῖδε (1)
13.	αἴ τε	ᾇτε (2)
17.	ἐντί	ἔντι (3)

	In Meinekii editione :	In hac editione :
V. 19.	δή... ἄλγεα εἶδες	ποτε... ἄλγε' ἄειδες (4)
36.	ἀλλ' ὀκὰ et γελεῦσα	ἄλλοκα et γελᾶσα (5)
48.	μιν	νιν e conj.
49.	ἐπὶ πήραν	ἐπὶ πήρᾳ (6)
52.	ἀκριδοθήκαν	ἀκριδοθήραν

(1) Sic cod. 9 sive Q. et Colb. Cf. Ahrens De dial. Dor. p. 362.—V. 3. συρίσδες servatur etiam in Cramer. Anecd. IV. p. 412. 4. « τυρίσδες debetur sine dubio grammaticis, qui sibi ne constiterunt quidem : alioquin etiam τῦριγξ scripsissent. » *Ziegler.*, quod et ipsum observavit Pilenejus in h. l. At V. 19 τύριγγα ex duobus Vatt. apud Gaisfordium enotatur.

(2) ᾇτε voluit Meinekius quoque, ut ex ejus adnotatione apparet. Ex codd. C. Wordsworth. affert ᾇτε, ἅτε, ἆτε. Formam ἅτε dant Vindob. a. c. ἆτε Vindob. b. d. edd. Crat. Brub.

(3) Uti II. 154. V. 65. 104 et in aliis locis jam exstat. Pariter scribendum fuit V. 109. XI. 45 sqq. et XIV. 24. Ceterum in cod. Vindob. Stob. Floril. T. XX. 23 legitur ἔ σ τ ι δὲ et ποτὶ ῥινα (sic). De usu formarum ἐστί et ἐντί Theocriteo recte judicare videtur *Ch. Ziegler.* Verhandlungen deutscher Philologen und Schulmänner in Ulm 1842. p. 40 et in *Addendis* ad editionem p. 179. — κεκμαώς etiam Vindob. a. et Harlejan. apud Wordsworthium.

(4) ἄλγε' ἄειδε habent 1 sive P. 10 sive M. et qui ex posteriore descriptus est cod. nr. 2812 sive K. (apud Gailium), porro tres codd. Anglicani apud Wordsworthium et Vindob. a. c. Quam ego ex pluribus bonæ notæ codicibus (etiam Vindob. d.) reposui, eam confirmare videtur v. 24. et Virgil. V. 11. *habes laudes.* Particulam δή omittunt sex codd., ποτε recepi ex codice optimæ notæ S. apud Gaisfordium. Parenthesis signa, quibus inclusa tenebantur verba τὺ γάρ... μώσας inde a Stephano primus delevit *Groddek Commentatio in primum idyllium Theocr.* Gedani 1782. p. 12.

(5) Vulg. ἄλλοκα (etiam in omnibus codd. Parisinis, quos Gailius in h. l. jam enumeravit, et quattuor Vindob.) reduxi cum Harlesio, A. Jacobsio, Boissonado, Zieglero. Kiesslingius quoque in adnotatione ἄλλοκα μὲν bene tuetur. — γελᾶσα ex cod. Mediceo P. apud Gaisfordium et duobus Pariss. Cf. Ahrens De dial. Dor. p. 197.

(6) Ita codd. Parisini tantum non omnes, Vindob. d. (ἐπὶ πήρα Vindob. a. c.), Lips., Heins. Brunck. Ziegler., qui ἐπὶ πήρᾳ nunc in optimis codd. Italis invenit. Ac nescio an idem legerit Scholiastes qui adnotavit : ἡ δὲ ἀλώπηξ πάντα δόλον κινοῦσα, ὅπως τὰ ἐν τῇ πήρᾳ φαγοῦσα αὐτὸν ξηρὸν ἐάσῃ καθίξαι. — V. 52. ἀκριδοθήραν (etiam in quattuor Vindob. et plurimis Pariss. et tribus Anglicanis apud Wordsworthium qui addidit : « in eo lepor est quod ὁ θηρῶν ἀκρίδας ipse a vulpe θηρεύεται. ») ego jam defendi coll. Lobeck. Parall. p. 375. — V. 51. Pro ἐπὶ ξηροῖσι Siebelis. in Pausan. IX. 3. 4. p. 12 conjecit ἐπὶ ξηροῖο.

In Meinekii editione :	In hac editione :
V. 60. χέν τυ	καί τυ (1)
66. ἦθ' et πᾷ—πᾷ	ἦσθ' et πῆ—πῆ (2)
71. ὠρύσαντο	ὠδύραντο
78. ἔρασσαι	ἐρᾶσαι (3)
81. ἀνηρώτευν	ἀνηρώταν
85. ζατοῖσ'. ἆ et ἀμά-χανος	ζατεῦσ'. ἆ (4) et ἀμή-χανος
90. γελεῦντι	γελᾶντι (5)
97. χῆπε	χεῖπε
102. φράσδει— δεδύκειν	φράσδῃ— δεδύκειν;
105. οὐ— βωκόλος	οὐ — βωκόλος; (6)
110. αὖτις	αὖθις (7)
123. Ἐλίκα-λίπ' ἠρίον	Ἑλίκας-λίπε ῥίον (8)
124. ἀγαστόν	ἀγατόν (9)
128. Ἄϊδος	Ἅδαν

In Meinekii editione :	In hac editione .
V. 136. ἀπεπαύσατο	ἀνεπαύσατο (10)
142. Μοίσαις et Μοῖσαι	Μώσαις et Μῶσαι Bergk.
148. πεπλύνθαι	πεπλύσθαι
II.	
2. φοινικέῳ	φοινικίῳ (1)
4. οὐδέποχ'	οὐδέποθ'
6. ἄλλα	ἀλλᾶ
14. ὀπάδη	ὀπάδει
15. ταῦθ' ἔρδοισα	ταῦτ' ἔρδοισα
20. τέτυγμαι	τέτυγμαι; (2)
21. ὀστέα	ὀστία
24. αὐτὰ	αὐτὰ
30. χάλκεος	χάλκιος
31. ἀμετέρησι θύρῃσιν	ἀμετέραισι θύραισιν
33. ἐν Ἅδα	ἐν Ἅδᾳ

(1) τῷ καί... ἀρεσαίμαν restitui ex optimis codicibus (etiam quattuor Vindob.), Schol., edd. Ald. Junt. Call. Crat. Brub. Nam sola optatio huic loco quam maxime convenit. Particulam καί *A. Th. A. Fritzsche*, in dissertatione accuratissime scripta *de poetis Græcorum bucolicis*, *Gissæ* 1844. p. 54 verissime ita explicavit, ut pariter atque Germanicum auch levius nec ita forti accentu pronuntiatum concludendæ quodammodo orationi in sermone quotidiano inserviat. Cf. II. 142. XXI. 61.—V. 65. ἀδέα optimi codices et Ald. (ed. Lavaniensis a. 1520, uti Dahlius refert. Brubach. habet in variis lectionibus). Stephan. Heins. Sheldon. (a. 1676). Warton. alii.

(2) ἦσθ', quod mutaverat Reiskius cui alii obsecuti sunt, recte servarunt Warton. Pilenej. Brunck. Briggs. πῆ ἦσθε librorum scriptura, quam Ahrens in πεῖ mutari vult, satis defenditur genere dicendi notissimo. Vid. Siebelis. in Pausan. vol. III. p. 233. Bæhr. in Herodot. I. 21.—V. 71. ὠδύραντο sex codices, in iisque optimus K., unus ex Schol. Ælian. H. A. XI. 13 Daphnidis canes ὀδύρασθαι dicit. Bio I, 18.

(3) ἔρᾶσαι (sic) 10 sive M. ἐρᾶσαι, quod Brunckius dedit e conjectura probata Ahrenti in Mus. Rhen. VI. 2. p. 228, quamquam idem in libello bonæ frugis plenissimo *Emendationes Theocriteæ*, *Gottingæ* 1841. p. 5. ἐράσσα mavult, nunc invenit Zieglerus in cod. Palat.

(4) Hermanni (Ephem. stud. antiq. a. 1837 p. 226) conjecturam codice Palat. 190 confirmatam distinctione interposita ζατεῦσαι· δύςερως κτλ. recepit Zieglerus. Ego in Daphnidis fabula explicanda maximam partem assentior *Dœderlinio* in *Lectt. Theocrit. Erlangæ* 1843, quamquam de versibus transponendis, id quod idem Dœderlinius suasit, non ausus sum libris invitis quidquam mutare. *F. G. Welcker*. etiamnum tueri videtur sententiam suam in *Opusc. Bonnæ* 1844. vol. I. p. 199. ζατεῦσα δύςερως quattuor Vindob. Iidem ἀμήχανος ut duodecim Parisienses.

(5) Sic etiam 9 sive Q.—V. 97. χεῖπε etiam Vindob. b.—Versus 100. et 101 desunt in cod. Vindob. Stobæi.

(6) Ita scripsi cum Græfio et Briggsio, quum οὐ abhorreat a ratione dialecti. Tum versum 107 : ὧδε καλὸν βομβεῦντι ποτὶ σμάνεσσι μέλισσαι, quem utpote ex Idyll. V. 46. temere intrusum jam alii uncis incluserunt, ego cum Zieglero plane induxi una cum sequente versu intercalari, qui et ipse in plurimis et optimis codicibus omittitur. Neque legisse videtur posteriorem horum versuum Scholiastes, cujus apud Gailium et Adertum hæc est adnotatio : Τὸ παρὸν εἰδύλλιον σύγκειται ἐκ στίχων δακτυλικῶν ἑξαμέτρων ἀκαταλήκτων ρνα'. De sensu totius loci exposui in Fuhrii et Zimmerm. Ephem. in usum gymnasiorum editis a. 1842. p. 202. Mecum facit *F. Weissgerber*. in Germanica hujus carminis interpretatione Offenburgi a. 1842 edita, p. 8. — V. 108. In vulgata scriptura θηρία τἄλλα διώκει tecte indicatur, opinor, ipsa Venus cum summa acerbitate.

(7) αὖθις etiam Vindob. b. c. d. cod. Acad. Lips. ed. Brub. Cf. Mühlmann. Leg. dial. p. 72. et Ziegler. in h. l.

(8) Hanc librorum scripturam bene tuetur Fritzschius p. 47 sq.

(9) Ex plurimis optimisque codicibus (etiam Vindob. a. b. d. ἀγειτόν Vindob. c.) Reisk. in adnot. Brunck. Kiessling. Briggs. Gail.—V. 128. ἐς ἅδαν quattuor Vindob. Iidem v. 130 ἄκανθοι et v. 132 γένοιτο.

(10) Sic legitur in bonis codicibus. Schol. : εὐφήμως τὸ ἀποθανεῖν ἀναπαύσασθαι ἔφη. « Quam veram esse lectionem indicat sequens ἀνορθῶσαι. Est enim teste Suida [p. 353 ed. Bernh.] Ἀναπαύσασθαι τὸ κατακλίνεσθαι ὡς πρὸς ὕπνον. Deinde multo παθητικώτερον est Daphnidem in articulo mortis reclinatum describere, quam simpliciter finem dicendi facientem. » *Taylor*. apud Briggsium. Nam verbum θνάσκει v. 133. sensu *perfecto* dictum esse, recte observavit Dœderlinius in Lectt. Theocr. p. 9. Alia ratio est loci Theocr. VII. 90.

Idyll. II, v. 1. φίλτρα explicat Schol. Eurip. Hec. 815.

(1) Id suppeditant septem codd. atque Athenæus XI. p. 475, E. Vide *Bergkium* (Mus. Rhen. a. 1839 p. 31.) ingeniosissime, ut solet, operta aperta reddentem. Porro in verbis ὡς.... καταθύσομαι explicandis secutus sum Siebelisium in Paus. vol. II. p. 106. atque βαρυνεῦντα pro præsente defendi posse vix puto.

(2) Signum interrogationis immutatum reliqui secutus Hermannum *Retract. adnot. in Soph. Philoct.* p. 12. Nam tales quoque locos, qualis hic est, respicere potuit Nægelsbach. excurs. II. in Hom. Iliad. p. 178 sq et p. 202. Gravius quodammodo repetitur eadem notio per καὶ τίν. Jam in *Adnot. in Theocr.* contuli III. 8. Pariter judicat Fritzschius p. 48.

	In Meinekii editione :	In hac editione :
V. 34.	κινήσαις ἀδ.	κινήσαις κ' ἀδ.
38 et 39.	σιγᾷ	σιγῇ (1)
41.	ἦμες	ἦμεν
45.	Θασέα	Θησέα
48.	τῷ δ' ἔπι	τῷ δ' ἐπί (2)
58.	ποτὸν καχὸν	καχὸν ποτὸν (3)
62.	ὀστέα	ὀστία
64.	μώνα et δακρυσῶ	μούνη et δακρύσω
65.	ἀρξεῦμαι	ἄρξωμαι
66.	χαναφόρος	χανηφόρος
74.	τὰν Κλεαρίστας	τᾶς Κλεαρ.
76.	μέσαν	μέσον (4)
82.	ὥς μευ	ὥς μοι (5)
90.	ὀστί'	ὀστί'
95.	μᾶχος	μῆχος
101.	χῆφ' et ὀφάγεο	κεῖφ' et ἀφάγεο
118.	χηγών	χηγώ
122.	πάντοσε πορφυρέῃσι	πάντοσε πορφυρέαισι

	In Meinekii editione :	In hac editione :
	περιζώστρῃσιν	περιζώστραισιν
V. 126.	αἴ κε	εἴ κε
127.	ἄλλᾳ	ἀλλᾷ
128.	πάντως	παντῶς (6)
130.	ὀφεῖλεν	ὀφείλειν
133.	Λιπαραίου	Λιπαραίω Brunck.
142.	χὤς κά τοι	χὠς καί τοι (7)
149.	χῆπέ μοι	χεἶπέ μοι
150.	χῆτέ μιν	χεῖτε νιν
151.	οὕνεχ' ἔρωτος	αἰὲν ἔρωτος
153.	πυχάσδεν	πυχάσδειν
156.	ἐτίθη	ἐτίθει
159.	δ' ἔτι	δέ τι (8)
161.	φάρμακα φαμὶ	φάρμακά φαμι (9)
166.	εὐχήλοιο	εὐχάλοις

III.

8.	ἦμες	ἦμεν (1)

(1) Sic cum *F. Didot.* in editione quæ Parisiis a. 1833 prodiit ac multa eleganter observata continet. Codd. Pariss. σιγῇ.—V. 45. Θησέα etiam ed. Crat.

(2) Præpositionis accentum, qui in editionibus retractus est, mutavi ex antiquitatis præcepto. Idem feci I. 39. VI. 20. Cf. Lehrs. Quæst. Ep. p. 75. De ἱππομανὲς φυτόν bene disseruit *A. L. A. Fée : Flore de Théocrite*, Paris. 1832. p. 41 sq.

(3) Non intelligo cur spreverint nonnulli hunc positum verborum, ab omnibus fere codicibus datum. Infra v. 161. καχὰ φάρμακα. Similiter II. 136. IV. 47. XIV. 31. XV. 50. XVI. 85. XXV. 168. al. — V. 64. 65. De conjunctivo, quem jam Zieglerus ex optimis codd. restituit, cf. XV. 135. XVI. 11. ἄρξωμαι etiam edd: Crat. Brub. Steph. Eædem v. 64 μούνη. Ad v. 66. χανηφόρος, quod ex optimis codd. recte recepit Zieglerus, cf. XV. 6 χλαμυδηφόροι. XVI. 47 στεφανηφόροι. Mosch. VII. 2 κοτινηφόρον.—V. 67. τόκα, ut Casaubonus, Brunck., alii, Schol. Genev. apud Adertum.

(4) Ita omnes codd. Parisienses.—Versu 77. posterius nomen ex Hermanni conjectura Εὐδάμνιππον scribendum esse, demonstrare conatur *C. Keil.* Anal. Epigr. et Onom. p. 182 sq. Eidem in *Spec. Onomat. Gr.* p. 62. versu 70 præplacet forma Θευχαρίδα a Meinekio olim recepta. At in nullo ex codicibus adhuc collatis hæ formæ leguntur.

(5) Dativum jam a Brunckio receptum dant plurimi et optimi codd. Eamque esse veram lectionem exposui in Ephem. in usum gymnasiorum editis a. 1842. p. 204. Pariter VII. 25 ex optimis codd. scribendum fuit ὥς τοι. Eamdem dicendi rationem restituit ex codd. Meinekius XXV. 67. Sagaciter illustravit hunc usum Græcorum Romanorumque *F. G. Hoffmann. : Observata et monita quædam de casibus absolutis. Budissæ*, 1836. ubi auctor hujus disputationis doctissimus mihique summo opere colendus nunc summum regimen habet gymnasii in Lusatia Saxonica florentis. — V. 101. ἀφάγεο optimi codd. et Schol. apud Adertum.

(6) Ex conj. Brunckii cum Kiesslingio. Cf. Bergk. Mus. Rh. a. 1839 p. 33. Ahrens De dial. Dor. p. 32. Nihil in h. l. adnotavit Zieglerus, qui tamen videndus est ad v. 130 ὀφείλειν p. 179.

(7) Illud καὶ ex tribus codd. cum Ziegleró recepi suadente Hermanno. Verbum θρυλέοιμι per unam liquidam scriptum exstat in codd. Pariss. 1. sive P. et 10. sive M. Posterior codex v. 147 habet ἔτραχον. — V. 146 probassem *Aderti* (*Théocrite, Genève*, 1843, *appendice* p. 9) distinctionem post ἁμᾶς, ut αὐλητρίδος jungeretur cum Μελιξοῦς, nisi obstaret in hac ratione collocatio voculæ ἅ τε. Sed lectio vulgata eandem sententiam præbet, dummodo τᾶς ἁμᾶς similiter intelligatur atque XI. 7. dictum est ὁ Κύκλωψ ὁ παρ' ἁμῖν, i. e. *tibicina quæ nobiscum in eodem loco habitat.* — V. 149. ἐρᾶται, ut Brunckius, cod. Lips., Vatican. 7 apud Wordswörthium, margo Palat. apud Zieglerum.—V. 151. Hunc versum distinxi ex cod. Lips. cum Boisson., Gail. et *F. Didot.*, quem vide de sensu disputantem p. 429.

(8) Sic etiam cod. 10. sive M. atque Scholiastes, qui apud Adertum explicavit : ἐὰν δέ τι λυπῇ, κρούσει τὴν Ἀΐδου πύλην, τούτεστι, καταχειριοῦμαι αὐτόν (i. e. *interficiam eum.* Non recte intellexit hæc verba Adert.).

(9) In inclinatione Meinekius eam sibi legem præscripsit, ut antiquitatis præcepta (de quibus videndus est *Lehrsius* in Quæst. Ep. p. 104 sqq.) accurate servaret. Sed suo proposito non ubique constans fuit. Cf. II. 34. 144. 149. 158. III. 11. V. 18. 72. 111. VI. 28. X. 32. XI. 28. XIV. 50. XIX. 5. XX. 18. XXII. 93. XXIV. 38. 40. 111. XXV. 260. 270. 276. Mosch. I. 28. II. 41. 127. IV. 52. Porro accentus sine caussa idonea relictus est in formis *verbi* φημί Theocr. VI. 26. VII. 121. VIII. 2. XV. 137. XVII. 38. XX. 30, *verbi* εἰμί IV. 30. V. 106. XVIII. 10. 37. XX. 9. 19. XXII. 170. Epigr. XXII. 2. Bio I. 53. 71. IV. 13. Mosch. II. 143. 155. IV. 50. 70. *in formis pronominum* Theocr. XVI. 12. XXV. 133. XXVII. 28. Bio I. 95. Mosch. IV. 97. Similem inconstantiæ notam impressam habet editio Ziegleri. Equidem in omnibus hujus generis minutiis studui certe constantiam servare.

(1) Ita etiam in edd. Crat. Brub. Steph. — V. 10

	In Meinekii editione :	In hac editione :
V. 16.	ἐθήλασδε et μιν	ἐθήλαζε et νιν (1)
23.	ἐμπλέξας	ἀμπλέξας (2)
25.	τῆνα	τηνῶ
27.	τεῷ	τεΐν (3)
41.	ἐν	ἐνὶ (4)
42.	ἄλλετ'	ἅλατ' (5)
44.	ἀγκοίνῃσιν	ἀγκοίναισιν Winterton.
47.	οὕτως	οὑτῶς (6)
	IV.	
3.	ἀμέλγες	ἀμέλγεις Schæfer.
7.	ὀπώπη	ὀπώπει (7)
8.	ἐρίσδεν	ἐρίσδειν
9.	εἶμεν	ἦμεν
10.	εἴχατι	εἴχοτι
16.	τὠστέα	τὠστία
17.	ἀλλ' ὀχὰ	ἄλλοχα

	In Meinekii editione :	In hac editione :
V. 20.	αἴθε	εἴθε
32.	αἰνέω τάν τε	αἰνέω· ἅ τε (8)
40.	λελόγχη	λελόγχει
41.	θαρσῆν	θαρσεῖν (9)
46.	σίτθ' ἁ	σίττ' ὤ
49.	αἴθ' ἧς μοι ῥοικὸν τὸ	εἴθ' ἦν μοι ῥοικόν τι (10)
52.	τἀτρακτυλλίδες	ταὶ ἀτρακτυλλίδες
54.	τέ νιν	γέ νιν
60.	ἀκμάν γ'	ἀκμάν
	V.	
6.	ἐκτάσω	ἐκτάσα (1)
10.	ἐνεῦδεν	ἐνεύδειν
21.	οὖν	ὦν Brunck.
22.	ποχ'	ποτ' (2)
27.	ἀμέλγεν	ἀμέλγειν
28.	πεποίθη	πεποίθεις (3)

τηνῶθε etiam edd. Crat. Brub. Steph. Theognostum apud Cram. Anecd. II. p. 157, 11 jam attulit Ahrens De dial. Dor. p. 375. Meinek. Del. Anth. p. 96.

(1) ἐθήλασδε cod. Par. 10 sive M. ἐθήλαξεν cod. Vindob. apud Stob. Flor. T. LXIV. 23 ἐθήλαζε 1 sive P. et 9 sive Q. Schol. Gail. — ἔτραφε 10. Vindob. Est autem ἔτραφε imperfectum (Ahrens De dial. Dor. p. 117), quod moneo propter Fritzschii adnotationem p. 59. μασδόν Schol. Eurip. Hec. 139.—νιν Vindob.

(2) Sic etiam Paris. 9 sive Q. — Ziegler adscripsit : « ἀμπλέξας prætuli propter librorum auctoritatem. Sententia eadem manet. » Non credo. Nam si ἐμπλέξας scripsisset poeta, non dativum καλύκεσσι κτέ., sed accusativum addidisset, quoniam amator se aliis *alios flores* intexisse diceret. Ergo sententia quoque flagitat ἀμπλέξας.

(3) Ita cum Græfio, Grevero, Bergkio (Ephem. stud. antiq. a. 1837. p. 444).

(4) Id prætuli ob numeros mobiliores rei narratæ accommodatos.

(5) Ex conj. Hemsterhusii. Ceterum ἄλετο, quæ forma sufficere videtur Meinekio, ex duobus codicibus enotatur apud Gailium. De ἅλατο adde Fritzschium p. 50.

(6) Cum Brunckio. Ziegler. qui idem recepit, in h. l. tacet.—V. 45. In nomine Ἀλφεσιβοίας accentus fortasse mutandus fuit secundum Lobeck. Paral. p. 465.

(7) Vide Mühlmann. Leg. dial. p. 142. Ahrens De dial. Dor. p. 329 sqq. — De ratione et consilio totius idyllii *F. G. Welcker.* in Mus. Rhen. a. 1832. p. 69 sqq. multa utiliter et eleganter observavit, quæ maximam partem jam probavit *Dæderlinius* in Opusc. p. 351 sqq. Dæderlinium secutus sum in interpretando versu undecimo.

(8) Eam scripturam ex quattuor codicibus recipere ausus sum ita distinctam atque intellectam ut interpretatione indicavi. Nominativum esse Κρότωνα monstravit Ahrens; αἰνέω prægnanter esse dictum existimo. ἅ τε Κρ. καλὰ πόλις ἅ τε Ζάκυνθος. Simile initium habes Epigr. XVII.

(9) Ita etiam cod. Vindob. Stob. Flor. et vett. editiones. — V. 46. σίττ' ὤ Κυμαίθα optimi codices suppeditant. Recte opinor. Nam ὁ Λέπαργος proprie est nomen appellativum et sustinet tantummodo proprii vices, *tu qui es sive vocaris Albus*, sed Κυμαίθα jam per se est nomen proprium.

(10) ῥοικόν τι ex emendatione Hermanni. Unus cod. Par. habet τοι. — V. 54 γέ νιν Steph. et margo Palat. Recte revocavit, ut puto, Zieglerus.

(1) Ita cum Casaubono, Brunckio, Wüstemanno ex tribus codicibus, probante Ahrente *Emend. Theocr.* p. 5. Eamdem formam recepit Wordsworth. — V. 9. Optimi libri ἀγκλέψας. Num forte ἀνακλέπτειν ita aliquando dictum est, ut significaret *per furtum tollere?*

(2) Retinuissem ποχ' Ἀθαναίαν ἔριν ἤρισεν, si compertum haberem, Ἀθαναίαν dictum fuisse *adjective* de Minerva.

(3) Hæc lectio, quæ in omnibus codicibus et vett. edd. exstat, verissima est. Nam ubi sententiæ primariæ et secundariæ idem est verbum, Græci id verbum sæpenumero ad sententiam secundariam accommodarunt, et in sententia primaria formam necessariam verbi ejusdem mente addendam reliquerunt. Cf. Theogn. 541 : Δειμαίνω μὴ τήνδε πόλιν Πολυπαΐδη ὕβρις, ἥπερ Κενταύρους ὠμοφάγους ὄλεσεν, ad quem locum Schæferus in Gnom. poet. p. 42 laudavit Eurip. fragm. Inus [7 Dindorf. sive XIII. 412. p. 212 ed. *Wagner.* quem vide] et Porson. in Eurip. Orest. 1035. Adde Pindar. Olymp. I. init., porro plures locos Apollonii Rhodii, de quibus diligenter disputavit *R. Merkel.* in Bergkii et Cæsaris Museo stud. antiq. a 1843. p. 559. Neque solutæ orationis scriptores ab hoc dicendi genere abhorruisse satis docent Poppo in Thucyd. I, 33 et 82 : ἀνεπίφθονον δὲ ὅσοι ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ὑπ' Ἀθηναίων ἐπιβουλευόμεθα κτέ. i. e. ὅσοι sc. ἐπιβουλεύονται, atque Bornemann. in Xenoph. Cyr. IV. 1. 3: τὰ μὲν γὰρ ἄλλα, ὅσαπερ οἶμαι καὶ πάντες ὑμεῖς ἐποιεῖτε. Similiter locuti sunt Latini, veluti *Livius* IV, 2 : « reminiscerentur quam majestatem senatus ipsi a patribus accepissent, quam liberis tradituri essent, ut *quemadmodum plebs gloriari posset* auctiorem amplioremque esse. » Ubi *Alschefski* præter necessitatem in ordinem verborum recepit *possent* ex conjectura Dukeri. Ceterum eamdem dicendi rationem Meinekius jam restituit Moscho II. 69. atque ego adjeci Mosch. IV. 45. Ordine inverso præivit Homerus Il. θ', 307 (*Lehrs.* De Arist. p. 383) et Od. λ', 415; unde ad usum, quem nos hic tractamus, quodammodo transitum facit Hesiod. Opp. 357 Gœttling. — Ita jam pridem correxeram in meo exemplo Theocriti addi-

	In Meinekii editione:	In hac editione:
V. 33.	τηνεῖ et πεφύκη	τουτεῖ (1) et πεφύκει
37.	ποθέρπει	ποθ' ἕρπει
39.	ἐγὼν	ἐγώ
47.	δένδρῳ	δένδρει (2)
50.	τᾷδε	τεῖδε
51.	τραγῆαι	τραγεῖαι
67.	τᾷδ'	τεῖδ'
68. 72. 75.	ἐντί	ἐστί
77.	τὺ δ' ἄγαν	τύ γε μὰν
86.	εἴκατι	εἴκοτι
89.	παρελεῦντα	παρελᾶντα
93.	πεφύκη	πεφύκει
106.	ἐντὶ	ἐστι
107.	διῶκεν	διώκειν (3)
109.	λωβάσησθε	λωβασεῖσθε (4)
110.	ἐρεθίσδω	ἐρεθίζω
111.	χύμμες et ἐρεθίσδετε	χυμές et ἐρεθίζετε (5)
116.	ἐγών	ἐγώ
117.	ποτεχιγκλίσδευ	ποτεχιγκλίζευ
V. 118.	μέμναμ' ὄχα μὰν *τεῖνδέ τυ δάσας (6)	
119.	ἐκάθηρε, καλῶς μάλα	ἐκάθαρε καλῶς μάλα,
122.	μὲν κνίσδω	μὰν κνίζω (7)
129.	σχῖνον et κέχυνται	σχοῖνον et κέονται
131.	ὡς ῥοδόκισσος	ὡς ῥόδα κισσὸς
136.	κίσσαν ἐρίσδεν	κίσσας ἐρίσδειν
142.	κηγὼν	κηγὼ
148.	αἰγᾶν et φλαξῶ	αἰγῶν et φλασσῶ
150.	φλάξαιμι	φλάσσαιμι
	VI.	
1.	καὶ Δάφνις	χὠ Δάφνις (8)
13.	φράσδεο et κνάμησιν	φράζεο et κνάμαισιν (9)
16.	φρύγῃ	φρύγει.
20.	ἀεῖδεν	ἀείδειν
25.	κνίσδων	κνίζων
	VII.	
1.	ἐγών	ἐγώ (1)
13.	μιν	νιν Ziegler.
25.	ὥς τευ	ὥς τοι

deramque hanc adnotationem, quum postea eamdem personam secundam defensam esse vidi a viris duobus gravissimis, ab Ahrente De dial. Dor. p. 329 coll. Bernhardy. Synt. p. 455 atque ab *O. Schneidero* in Nov. Mus. Rhen. a. 1844. III. p. 630. Itaque eo confidentius puto me veram scripturam revocasse.

(1) Ex pluribus bonæ notæ codicibus cum Zieglero recepi monente Ahrente De dial. Dor. p. 268 et 362. Idem legisse videtur Scholiastes, cujus hæc exstat adnotatio: τὸ ΤΗΝΕΙ ἐν ἄλλοις γράφεται [inserendum cum *Geelio* p. 273 ex v. 102 : τουτεῖ] ἐπιῤῥηματικῶς ἀντὶ τοῦ ἐνταῦθα. — V. 38. Duo codd. Paris. et Stob. Floril. T. IV. p. 398 Gaisf. ed. Lips. dant ὥς τε, quod esse videtur ὡς τὲ. Vid. Meinek. in I. 5. — V. 38 καί omittitur etiam in Stob. Flor. l. l.

(2) Sic optimi codices, etiam 9 sive Q. 10 sive M. Scholiastes : καὶ δένδρεος ἢ δοτικὴ δένδρει. Ac nescio an ex hoc loco Theocriti sumpserit Suidas I. p. 1205 ed. Bernh. : Δένδρει· τῷ δένδρῳ. Eamdem formam tuitus est etiam Fritzschius p. 60 sq., restituerunt Wordsworth. et Ziegler. Itaque dativum δένδρει plurimorum et optimorum codicum auctoritate firmatum ex hoc loco laudare potuerunt in Grammatis Græcis Krüger. vol. II. p. 50 et Mehlhorn. p. 222. — V. 50 τεῖδε, quam formam jam Ahrens in Zimm. Ephem. stud. antiq. a. 1840. p. 899 commendavit, habet cod. 9 sive Q.

(3) Ex codd. et vett. edd. διῶκειν (sic) ed. Crat. διώκειν edd. Ald. Junt. Brub.

(4) Ita Fritzschius p. 61 et Ziegler. ex optimo codice K., præeuntibus Koenio in Greg. Cor. Dial. Dor. § 97 atque Brunckio. Cod. 9 sive Q. habet λωβασῆσθε. Formam ἀβαί, quam ex conjectura reposuit Meinekius probante G. Dindorfio in Steph. Thes. IV. p. 86, diserte ex codicibus enotarunt Gail. et Wordsworth.

(5) ἐρεθίζω et ἐρεθίζετε etiam 1 sive P. 9 sive Q. 10 sive M. Wüstemann. In cod. Senat. Lips. exstat ἐρεθίζω et ἐρίζετε (sic), syllaba haud dubie per librarium neglegenter omissa. οὕτως χῦμες 9 sive Q. Zieglerus codicum vestigiis insistens coll. Apollon. De pron. p. 379 [sive p. 119, B] atque Gregor. § 52 scripsit χυμές, eumque secutus sum. Locus addendus erit Ahrenti De dial. Dor. p. 258.

(6) Quod ego in hoc loco dubitanter recepi, quum melius nihil suppeteret, id jam a Zieglero ex codicum scripturis compositum et in verba poetæ receptum est. Lobeck. Pathol. p. 212 conjecit ὄκα μὰν κοτίνοιό τυ δάσας. Versum sequentem scripsi ex sententia Berghii Mus. Rhen. a. 1839. p. 33, nisi quod accentum in καλῶς intactum reliqui. Vitiose hic locus affertur in Cram. Anecd. IV. p. 390.— In cod. 10 sive M. exstat : ὄκα μὰν πόκα τᾷδε τὺ δάσας, in cod. 9 sive Q.: ὄκκα omisso ποκα. In posteriore etiam ἐκάθαρε.

(7) Sic etiam 1 sive P. — V. 126 πότορθρον una voce Salmas. Reisk. Brunck. alii. — V. 129 κέονται 1 sive P. 9 sive Q. et 10 sive M. Schol.— V. 131 ῥόδα κισσὸς Q. M. ῥόδα κισθὸς P.

(8) Id adscivi ex sex codicibus, in quibus est optimus K. De repetito articulo cf. Meinek. ad XIII. 5, ubi addi potuerunt hæc exempla: II. 74 : τὰν ξυστίδα τὰν Κλεαρίστας. III. 35 : ἁ Μέρμνωνος ἐριθακὶς ἁ μελανόχρως. IV. 20: χὠ ταῦρος ὁ πύῤῥιχος. V. 1. 108. V. 62 : ὁ βωκόλος ὥδ' ὁ Λυκώπας. VII. 11 : τὸ σᾶμα τὸ Βρασίλα. 98 : Ὤρατος ὁ φιλαίτατος. 151. VIII. 59 : ὦ πάτερ ὦ Ζεῦ. XI. 7: ὁ Κύκλωψ ὁ παρ' ἁμῖν. XIII. 7 : τῶ Ὕλα τῶ φορεῦντος. XV. 127 : τῷ Ἀδώνιδι τῷ καλῷ. XVI. 104 : ὦ θεαὶ ὦ φιλέοισαι. Epigr. XVII, 1 : χὠνὴρ ὁ εὐρών. Bio I. 91 : τὸν υἱέα τὸν Κινύραο. Mosch. I. 1 : τὸν Ἔρωτα τὸν υἱέα. III. 35: τῷ μέλιτος τῶ σῶ. V. 1 : τὰν ἅλα τὰν γλαυκάν. 2 : τὰν φρένα τὰν δειλάν.

(9) φράζεο et κνάμαισιν etiam 1 sive P. 9 sive Q. 10 sive M.

(1) Etiam in Cram. Anecd. IV. p. 421. 13. Jam ubique secutus sum judicium Mühlmanni Leg. dial. p. 124. Adde Zieglerum p. 179. — V. 2 σὺν καί codices fere omnes Parisienses. Cf. *M. Hauptii Observationes crit. Lips.* 1841. p. 59 sq. Tum ἁμῖν et ἀμῖν Gailius affert ex

In Meinekii editione:	In hac editione:
V. 30. ἰσοφαρίσδεν	ἰσοφαρίσδειν
39. οὐ δᾶν	οὐ Δᾶν (2)
63. ἀνήθινον	ἀνήτινον (3)
69. μεμναμένος	μεμνημένος
73. ξενέας	Ξενέας (4)
74. ἀμφεπολεῖτο, καὶ ὡς	ἀμφεπόλει, κὠς αἱ
75. ὄχθησιν	ὄχθαισιν
79. κακῇσιν ἀτασθαλίησιν	κακαῖσιν ἀτασθαλίαισιν (5)
83. πεπόνθης	πεπόνθεις
86. ἐπ' ἐμεῦ	ἐπ' ἐμοὶ (6)
89. κατακέκλισο	κατεκέκλισο
90. ἀνεπαύσατο	ἀπεπαύσατο (7)
91. κηγών	κηγώ
94. γεραῖρεν	γεραίρειν
97. ἔρανται	ἐράντι (8)
100. ἀεῖδεν	ἀείδειν
103. Ὅμολας	Ὁμόλῳ
105. εἴτ' ἔστ' ἆρα Φιλῖνος	εἴτε Φιλῖνος ἄρ' ἐστὶν (9)

In Meinekii editione:	In hac editione:
V. 106. ταῦθ' ἔρδης	ταῦτ' ἔρδης
112. ἄρκτου	ἄρκτω (10)
124. κοκκύσδων νάρκησιν ἀνιαιρῇσι	κοκκύζων νάρκαισιν ἀνιαραῖσι
125. ἐπὶ	ἀπὸ (11)
127. ἐπιφθύσδοισα	ἐπιφθύζοισα
129. ἧμες	ἦμεν
131. ἐγών	ἐγώ
133. σχίνοιο	σχοίνοιο
138. σκιεραῖς	σκιαραῖς
140. πυκινῇσι	πυκιναῖσι
144. πὰρ ποσσί et πλευρῇσι	παρὰ ποσσί et πλευραῖσι (12)
155. ἀλωάδος	ἀλωίδος
156. αὖτις	αὖθις
157. ἀμφοτέρῃσιν	ἀμφοτέραισιν
VIII.	
4. ἀεῖδεν	ἀείδειν
15. χαλεπός θ' ὁ	χαλεπὸς ὁ (1)

duobus codd. « ἆμιν vulgatam lectionem fuisse in Apollonii verbis inest. » *Lehrs.* Quæst. Ep. p. 110. — V 15 λασίοιο Cram. Anecd. IV, p. 409.

(2) Hic et IV. 17 majusculam literam posui cum Gailio et Boissonado. Schol. recentior: Δᾶν· Δημητέρα. Cf. Ahrens De dial. Dor. p. 80.

(3) Hanc scribendi rationem ex bonis codd. et edd. Med. Call. cum Brunckio, Kiesslingio, aliis recepi. Nullam hujus vocis rationem habuit Ahrens De dial. Dor. p. 83. Idem p. 38 ex hoc carmine addere potuit nomen Ἀγεάνακτος. Porro v. 69 cum Kiessling. et aliis intactum reliqui quod omnes omnino libri præbent μεμνημένος.

(4) Meinekius proposuit in adnotatione Ξενίας, quod recepit Zieglerus. Ego cum *Doederlinio* Lect. Theocr. p. 4 scripsi Ξενέας, quod jam voluit Scholiastes in h. l.: Ὄνομα κύριον, ὡς τὸ Κινέας. Cf. C. Keil. Anal. p. 72. — Versum sequentem probabiliter emendavit Ziegler., quem secutus sum. Sæpe in codicibus Theocriti confunduntur ὡς κὠς κῶ ὁ. Cf. Ziegler. in h. l. et VIII. 51. et adde XV. 92. 128. Omnes hujus generis confusiones, quæ exstant in codicibus horum poetarum, accurate indicabo in Lexico Theocriteo Bioneo Moscheo.

(5) Has terminationes h. l. habet etiam 10 sive M. et fere ubique in hoc carmine.

(6) Hanc librorum scripturam, quam Reiskius, A. Jacobs., Boisson. jure retinuerunt, defendere conatus sum in *Adnot. in Theocr.* p. 48.

(7) Quod ex solo cod. K. enotatum est ἀνεπαύσατο, memoriæ errore irrepsisse videtur ex I. 136.

(8) Sic etiam 9 sive Q. — V. 103 Ὁμόλου etiam 9 sive Q. et 10 sive M. Ὁμόλω Brunck. et Pilenej. in adnotatione.

(9) Id recepi ex optimo cod. S, Hermanni disputationem in præf. Soph. OEd. Col. p. XV sqq. respiciens. Olim proposui: εἴτ' ἄρ' ὅγ' ἐστὶ Φιλ. Zieglerus de conjectura scripsit εἴτ' ὦν ἐστὶ Φιλῖνος, particulam ἄρα nihil esse nisi glossema suspicatus. Nullam hujus loci rationem habuerunt neque Hartungus nec Klotzius in libris de partic. Gr. linguæ conscriptis. Neque memor fuit loci Theocritei H. L. Ahrens De crasi et aphæresi p. 8, ubi locos commemorat, in quibus illud ἆρα extra Atticam dialectum reperitur. Ceterum non opus est mutatione, si credas Apollonio, quem Ahrens defendit, ἆρα non esse diversum ab ἦ ἄρα, quod cum potestate affirmativa postpositum est apud Bionem VII. 14.

(10) Id ex tribus codd. enotatum est ideoque cum Kiessling. et Boisson. adscivi. Sed reliquos locos quos Mühlmann. p. 104 mutari vult (II. 163. πώλους. V. 49. πώνους. VII. 107. ὤρους. Bio VI. 1. φθινοπώρου. Mosch. I. 16. ἄλλους) propterea intactos reliqui, quod hæc vocabula in ου sive ους exeuntia suavius cadunt in aures. Suaviori autem pronuntiationi quin aliquid certe tribuerint poetæ bucolici dubitari non potest. Cf. V. 72. Θουρίω. Ex eadem caussa XXVI. 5 cum Harles. et A. Jacobs. retinui librorum scripturam βωμούς. — Ἕβρον etiam 10 sive M. ab antiqua m. sec. et 6. Colb. margo.

(11) Ita ex tribus codd., in quibus est optimus K., et schol. quodam recentiore scribendum putavi, quia inde confusio præpositionum facilius explicari posse videtur. De usu præpositionis ἀπό notissimo cf. Hermann. in Soph. El. 65. R. Klotz. in Jahnii Annall. vol. XXXIII. fasc. 3. p. 268. Poppo in Thucyd. I. 17. Stallbaum. in Plat. Euthyd. cap. IX, p. 109 ed. Goth.

(12) πλευροῖσι etiam 1 sive P. 9 sive Q. 10 sive M. — V. 139. *Dœderlinii* (Opusc. p. 371 sqq.) ingeniosam interpretationem vocis ὀλολυγὼν quin veram habuerim, me adhuc retinuit verbum τρύζεσκεν. — V. 138 σκιαραῖς quinque codd. Cf. Ahrens De dial. Dor. p. 117.

(1) Delevi particulam, quæ in plurimis et optimis codicibus deest, et quam neque metrum nec sententia flagitat. Cf. Meinek. in VII. 84. ubi addere quis possit I. 123. XI. 10. 45. XV. 128. XVIII. 5 (si scribitur ex codd. Τυνδαρίδα). 20. XXI. 118. XXV. 10. 49. 50. 69. XXVII. 47. Epigr. I. 1. In Idyll. XVI. 62 ἢ ὕδατι νίζειν non opus est ut excusetur Homerico ὕδατι λιαρῷ. Sufficit enim illud ipsum ex Homero afferre quod jam legitur apud Spitznerum De versu Gr. her. p. 52.

In Meinekii editione:	In hac editione:
V. 31. ἀμοιϐαίην	ἀμοιϐαίαν
34. πάποχ'	πήποχ' (2)
41. νομοί	νομαί
45. οἷς	ὄις (3)
49. αἰγᾶν	αἰγῶν
52. ὡς	χώ
62. οὕτως	οὑτῶς
63. τῶν τοχάδων	τᾶν τοχάδων
71. ἀεῖδεν	ἀείδειν
73. παρελεῦντα et ἦμες	παρελᾶντα et ἦμεν (4)
77. αἰθριοχοιτῆν	αἰθριοχοιτεῖν
82. λεῖχεν	λείχειν
91. Δάφνις — πρᾶτος	πρᾶτος — Δάφνις
IX.	
3. ἐπί	ὑπό (5)
6. αὖτις	αὖθις
13. ἐρῶντι	ἐρῶν τὸ (6)

In Meinekii editione:	In hac editione:
V. 14. οὕτω — οὕτω	οὑτῶς — οὑτῶς (7)
18. πὰρ ποσί	πρὸς ποσί
19. χορία ζέει	χόρια ζεῖ (8)
24. αὐτοφυᾶ	αὐτοφυῆ
26. Ὑχχαριχαῖσι	Ὑχαρίαισι (9)
29. ποχ'	τοχ' Meinek.
32. ἴρηκες δ' ἴρηξιν, ἐμὶν δ' ἀ	ἴρακες δ' ἴραξιν, ἐμὶν δέ τε
35. δρεῦντι	δρῆτε
X.	
1. πεπόνθης	πεπόνθεις
2. οὔτε τὸν et ευπρὶν	οὐθ' ἐὸν et τὸ πρὶν (10)
3. λαιοτομεῖς	λᾳοτομεῖς
4. τᾶς	ἇς
16. ἀμώντεσσι	ἀμάντεσσι
20. μηδὲν	μὴ δὴ
21. λαῖον	λᾷον

(2) Cf. Ahrens De dial. Dor. p. 363. — V. 42 recipiendum videtur ex plurimis optimisque codicibus πηδῶσιν, *scaturiunt*. Nam auctor hujus carminis alia quoque sibi licere putavit.

(3) Audacissime versatur in hoc carmine mutando *C. H. Weise*, in nova editione stereotypa, Lips. 1843. Ego jam in *Adnot. in Theocr.* p. 57 exposui, de hemistichiis v. 43 et 47 transponendis propterea non cogitandum esse, quod alter de alterius amore loquatur, ita ut sensus sit Menalcæ: *ego doleo tecum qui amas pulcram puellam*, atque Daphnidis: *ego doleo tecum qui amas Milonem.* Id autem probatur etiam verbis παντᾷ δὲ γάλακτος οὔθατα πλήθουσιν (v. 41) atque ἔνθ' ὄις, ἔνθ' αἶγες (v. 45), quum Menalcas opilio, Daphnis bubulcus sit. Pariter judicat Ziegler., quamquam meum nomen non addidit. Porro v. 45 numerus singularis præferendus fuit etiam propter rationem antistrophicam; nam παντᾷ ἔαρ singularem similiter sequitur pluralis παντᾷ δὲ νομαί. De hac utriusque numeri junctura vide V. 136. XI. 10: οὐ μάλοις οὐδὲ ῥόδῳ οὐδὲ χιχίννοις. XII. 6. Mosch. III. 5. *N. Bach.* in Nicandri fragm. 3. 1. Ceterum de legibus carminis amœbæi optime exposuit *J. S. Zetzsche*, in libello scholastico Altenburgi a. 1835 edito, quamquam rationem, qua leges expositas transtulit in carmen hoc Theocriteum, probare non possum. — V. 52 χώ scriptum est e Weisii conjectura, quam et ipsam dubitanter proposuit Ziegler. Schol.: καὶ ὁ Πρωτεὺς θεὸς ὢν φώκας ἔνεμεν. Fritzsche p. 64 non male conjecit: λέγε· Μῶλων ὡς Πρωτεὺς κτλ. In codd. 9 sive Q. et 10 sive M. est μίλω. — V. 62 οὑτῶς 9 sive Q. — V. 64 μηδὲ ἀδίκης et ὁμαρτέω cod. Vindob. Stob. Flor. T. 78. 2.— V. 60 γυναικοφίλας. Similiter v. 92 ἄκρηϐος et ἀκρήϐης, φιλοθρηνής (Mosch. IV. 66) et φιλόθρηνος. Alia exempla dat *Horn.*: *Originationes Epicæ*, Rastenburgi 1839. p. 14 sqq.

(4) Utrumque ex bonis codd. — Versum 74 fortasse recte explicavit *F. Didot.* p. 449 sq.— Qui vulgo est versus 77, ἀδὺ δὲ χὼ μόσχος γαρύεται, ἀδὺ δὲ χἀ βῶς, eum jam alii uncis incluserunt, quum ex Id. IX. 7. in hunc locum temere illatus perturbet stropharum concinnitatem. Ego præeuntibus Dahlio, Boissonado, Zieglero prorsus ejeci.

(5) Ita etiam 9 sive Q. 10 sive M. Præpositio ἐπὶ et ed. Calliergi primum recepta est in ed. Brub. a. 1545. Sed in carmine, quod Theocritum auctorem habere vix potest, satius duxi vulgatam scripturam, quam omnium fere librorum consensus confirmat, cum Stephano, Valckenario, Brunckio, Pilenejo, Dahlio, Geelio, aliis intactam servare, præsertim quum præpositione ἐπὶ recepta pro certo sumatur, quod non est exploratum, nimirum apud Græcos usitatam fuisse hujus generis constructionem. Sola præpositio quidem compositi verbi quod præcedit cum sensu compositi iterari solet, ut VIII. 56. XI. 33, sed Græci quin ad *aliam* præpositionem ex prægresso composito verbo nudum verbum seposita præpositione adjicere potuerint cogitatione, valde dubitandum est. Verbum ὑφίημι mea quidem sententia bene exposuit *Greverus* Kleine Beyträge 1830. p. 78 sq.

(6) Hæc scriptura nititur auctoritate optimi codicis K., quocum conspirant duo Parisienses; atque vestigia aliquot aliorum codicum ducunt eodem. Illud τὸ referendum est ad infinitivum ἀκούειν ac verba τὸ πατρὸς μύθων ἢ ματρὸς ἀκούειν quasi in unam coalescunt notionem, quæ redolet communem sermonem. Cf. X. 53. Mecum facit Wordsworth. Secus statuit Pilenejus, qui ad vulgatam ἐρῶντι addi vult cum scholiasta vocabulum παῖδες et usum loquendi firmavit exemplis. Sed quomodo in hoc nexu adjici possit vox παῖδες sola cogitatione, ego non video. Etiam Ziegler. secutus est Scholiasten. Vulgatum ἐρῶντι retinuerunt etiam Harles. et Gail.

(7) Etiam οὑτῶς δὲ 9 sive Q. (prius οὕτῶς jam apud Gaisfordium et Gailium recte indicatum est).

(8) Hanc librorum scripturam jure servarunt Harles. Pilenej. Gail. Nam in hoc quidem carmine non est curanda cæsura bucolica.

(9) Quod olim in editionibus scriptum exstabat Ἰχαρίαισι, id *Bergkius* in Zimmermanni Ephem. stud. antiq. a. 1835. p. 916. correxerat in Ὑχχαριχαῖσι, unde nunc *Meinekius* Philol. Exercit. in Athen. p. 17. Ὑχαρίαισι effinxit. Idque recepi. In idem fere incidit Ziegler. — V. 35 δρῆτε multi codd. et Schol. Idem probat Fritzschius p. 55.

(10) Οὐθ' ἐόν ex optimis codd. et cum Casaubon. Heins.

	In Meinekii editione :	In hac editione :
V. 22.	οὔτως	οὑτῶς
28.	ἐντὶ	ἐστὶ
29.	στεφάνοις et λέγονται	στεφάνω et λέγοντι (1)
34.	τὼς αὐλὼς μὲν	τὼς τὺ μὲν αὐλὸς (2)
38.	ἐλελήθη	ἐλελήθει
42.	λαῖον	λᾷον
46.	βορέην	βορέαν
47.	οὔτως	οὑτῶς (3)
48.	φεῦγεν — ὕπνον	φεύγοι — ὕπνος
49.	τημόςδε	ταμόςδε Brunck.
56.	ἀεῖδεν	ἀείδειν
	XI.	
1.	πεφύκη	πεφύκει
4.	εὑρῆν	εὑρεῖν
5.	γινῶσκεν	γινώσκειν (4)
10.	οὐδ᾽ αὖ ῥόδῳ	οὐδὲ ῥόδῳ
14.	αὐτῶ	αὐτός (5)
22.	οὔτως	οὑτῶς (6)
25.	ἔγωγε	ἔγωγα
28.	πω νῦν	πᾳ νῦν (7)
42.	ποτ᾽ ἄμμε	ποθ᾽ ἀμέ
43.	ὀρεχθῆν	ὀρεχθεῖν
47.	πολυδένδρεος	πολυδένδριος
50.	ἐγὼν	ἐγὼ
60.	αὐτόθι	αὐτόγα
62.	κατοικῆν	κατοικεῖν

	In Meinekii editione :	In hac editione :
V. 64.	ἐγὼν	ἐγὼ
68.	πάποχ᾽	πήποχ᾽
79.	δηλονότ᾽—κἠγιών—ἦμες	δῆλον ὅτ᾽—κἠγιώ—ἦμεν
81.	ἢ χρυσὸν	ἢ εἰ χρυσὸν
	XII.	
1.	ἠοῖ	ἀοι (8)
3.	μῆλον	μᾶλον
4.	ἥδιον—σφετέρης λασιωτέρη	ἅδιον—σφετέρας λασιωτέρα
6.	μόσχου	μόσχων (9)
8.	εὔφρηνας σὺ—σκιερὴν—φηγόν	εὔφρανες τὺ—σκιερὰν—φαγόν
11.	ἀοιδή	ἀοιδά
13.	ὠμυχλαΐζων	ὠμυχλαΐσδων
17.	Κρονίδη	Κρονίδα
18.	γενεῆς δὲ διηκοσίῃσιν	γενεαῖς δὲ διηκοσίαισιν
23.	ἐθέλουσιν	ἐθέλοντι
24.	ἀραιῆς	ἀραιᾶς
26.	ὤνησας et ἀπῆλθον	ὤνασας et ἀπῆνθον
30.	πρώτῳ	πράτῳ
31.	ἐριδμαίνουσι	ἐριδμαίνοντι
33.	ἑὴν et ἀπῆλθον	ἑὰν et ἀπῆνθον
	XIII.	
3.	ἦμες	ἦμεν
5.	χαλκεοκάρδιος	χαλκιοκάρδιος

Warton. Brunck. Gail. — V. 3 λᾳοτομεῖς Hermann., Bergk. Mus. Rhen. a. 1839. p. 30. et Ahrens De dial. Dor. p. 142. not. 11.— ὑπολείπῃ etiam 10 sive M.

(1) Multi libri ἐν τῷ στεφάνῳ, unde ἐν τοῖς στεφάνω τὰ πρῶτα corrigendum putavit G. Hermann. Opusc. V. p. 89, quod recipere ausus sum. Vide eundem in Vig. p. 786 ed. IV. et Stallbaum. in Plat. Symp. 178, B. Aliter exposuit formulæ originem Bernhardy, Synt. p. 311. — V. 32 αἰ δέ Meinek. suasu Hermanni, qui scripsit εἰ δέ. Optandi particula αἴθε si recte se haberet, apodosin a vocula τῷ inchoatam fuisse credideris. Sed αἴθε tueri videntur loci, qualis est Odyss. δ', 341 sqq.

(2) Sic ex emendatione Hermanni. Eidem debetur v. 48 φεύγοι... ὕπνος. — V. 54. 55 ἑψῆν et διαπρίων etiam cod. Vindob. Stob. Flor. XVI. 9.

(3) Vide etiam Eustathium apud Ahrentem De dial. Dor. p. 33. not. 16, ubi adde duos codices apud Gailium. Zieglerus, qui pariter recepit, in h. l. tacet.

(4) Id etiam 10 sive M. dat. In 9 sive Q. : γινώσκει.

ἥν τε μελισσαῖος περιβόσκεται οὐλαμὸς ἕρπων·
καὶ μυρίκης λάζοιο νέον παναχαρπέα θάμνον,
μάντιν ἐνὶ ζωοῖσι γεράσμιον· ᾗ ἐν Ἀπόλλων
μαντοσύνας Κοροπαῖος ἐθήκατο καὶ θέμιν ἀνδρῶν·
μὶξ δὲ κονυζῆεν φυτὸν ἔγχλοον, ἠδὲ καὶ ἀκτῆς
καυλοὺς ἠνεμόεντας, ἰδὲ πτίλα πολλὰ καὶ ἄνθη
σαμψύχου κύτισόν τε καὶ εὐγλαγέας τιθυμάλλους·
πάντα δὲ λίγδῳ θρύπτε, καὶ ἐν σκαφίδεσσι δοχαίαις
φαρμάσσων μέθυ κεῖνο χοὸς δεκάτῃ ἐνὶ μοίρῃ.
Ἀλλ' ἤτοι γερύνων καναχοὶ περίαλλα τοκῆες
βάτραχοι ἐν χύτρῃσι καθεψηθέντες ἄριστοι
βάμματι· πολλάκι δ' ἧπαρ ἐνὶ σχεδίῃ ποθὲν οἴνῃ,
ἢ αὐτοῦ σίνταο κάρη κακὸν ἄλλοτε νύμφαις
ἐμπισθὲν, τοτὲ δ' οἴνου ἐνὶ σταγόνεσσιν ἀρήξει.
Μὴ σύ γ' ἑλιχρύσοιο λιπεῖν πολυδεύκεος ἄνθην,
κόρκορον ἢ μύοντα, πανάκτειόν τε κονίλην,
ἥν τε καὶ Ἡράκλειον καὶ ὀρείγανον ἀμφενέπουσι·
σὺν καὶ ὄνου πετάλειον ὀρείγανον, αὖά τε θύμβρης
στρομβεῖα ψώχοιο, κακῆς ἐμφόρβια νούσου.
Ἄγρει μὰν ὀλίγαις μηκωνίσι ῥάμνον ἐΐσην
ἑρσομένην, ἀργῆτι δ' ἀεὶ περιτέτροφεν ἄνθει·
τὴν ἤτοι φιλέταιρον ἐπίκλησιν καλέουσιν
ἀνέρες, οἳ Τμώλοιο παραὶ Γύγαό τε σῆμα
Παρθένιον ναίουσι λέπας, τόθι Κίλβιν ἀεργοὶ
ἵπποι χιλεύουσι, καὶ ἀντολαί εἰσι Καΰστρου.
Νῦν δ' ἄγε τοι ῥίζας ἐρέω ὀφίεσσιν ἀρωγούς.
Ἔνθα δύω ἐχίεια πιφαύσκεο· τῆς δὲ τὸ μέν που
ἀγχούσῃ προσέοικεν ἀκανθῆεν πεταλεῖον·
παῦρον ἐπεὶ τυτθόν τε καὶ ἐν χθονὶ πυθμένα τείνει.
Ἡ δ' ἑτέρη πετάλοισι καὶ ἐν καλύκεσσι θάλεια

nam cuncta auxilio subeunt superantque laborem.
Nunc alias artes, alias nunc disce fugandæ
mortis opes, pilæque cavo tere collybateam,
heminam adfundens ptisanæ geminoque Falerni
adiungens cyathos prisco jam consule nati,
et panguis tantum succi qui fluxit oliva;
hæc confusa trahent rodentem e vulnere bilem
Quin olidæ largire picis sescunciam et una
internam viridis ferulæ concede medullam,
aut magnas grandis radices hippomarathri
intritas cedri baccis apiique palustris
seminia: oxybaphi plenus modus omnibus esto.
Adde illis apii concisum semen equini,
et piceam drachmæ geminato pondere myrrham,
æstivique simul fructum superadde cumini
appensum, temere aut sumptum, non pondere certo,
confundas, cyathisque meri tribus ebibe mista.
Tum nardi drachmam pulcra nitentis arista
accipe et octipedem raptum de flumine cancrum
lacte novo terito, tum natum Naronis irin
marginibus, quaque Illyricis Drilo perfluit agris
Armoniæque et Sidonii fundamina Cadmi,
pascua ubi gemini serpunt per rura dracones.
Quin et florentem prompte frondentis erices
tolle comam, hanc pascunt volitantque examina circum;
protinus et sterilis myrices virgulta legantur,
fatidicum vatum numen, quo reddere sortes
et responsa dedit fari Coropæus Apollo;
his olidæ virides ramos adjunge conyzæ
sambucumque levem floresque comasque frequentes
sampsuci cytisumque et lactosos tithymallos;
hæc terito et testa vino diluta capaci
excipito, decies capiat quod congius unus.
Et gerynon etiam querulos in vase parentes
palladio in primis iuvat incoxisse liquori;
sæpe jecur vino quod sors tibi cumque pararit,
aut caput exitiale feræ, seu fluminis unda,
sive mero epotum pestem discussit acerbam.
Sed nec helichrysus dulcis, non corcorus absit
fronde jacens humili, non panactea conila,
quam quidam Heraclion origanon indigitarunt,
quodque asini pascuntur origanon, et tere thymbræ
sicca simul capitella gravem exstirpantia morbum.
Parva etiam pingui referente papavera rhamno
utere, quam circum flos cano vestit amictu
candidior, philetærin eam cognomine dicunt,
qui Tmolum Gygisque colunt monumenta jugumque
Parthenii, pecori pastus ubi Cilbis equino
præbet, et effusi se pandunt ora Caystri.
Nunc age radices adversas anguibus audi,
quas inter duplex echium spectabis, acutis
unum horrens spinis, anchusæ fronde, nec alta
defossum terra, tenui radice brevique.
Ast aliud calyce et folio majore, pusillo

ὑψηλή· ὀλίγῳ δὲ πέριξ καλχαίνεται ἄνθει·
βλάστη δ' ὡς ἔχιος, σφεδανὸν δ' ἐφύπερθε κάρηνον.
Τῶν μὲν ἀπ' ἀνδρακάδα προταμὼν ἰσήρεα χραισμεῖν,
ἢ σφέλᾳ ἢ ὅλμῳ κεάσας ἢ ῥωγάδι πέτρῃ.
Ἠὲ σύ γ' ἠρύγγοιο καὶ ἀλθήεντος ἀκάνθου
ῥίζαν λειήναιο, φέροις δ' ἰσοῤῥεπὲς ἄχθος
ἀμφοῖν καὶ κλώθοντος ἐν ἀρπέζαισιν ἐρίνου.
Λάζεο δ' εὐκνήμοιο κόμην βρίθουσαν ὀρείης,
καὶ σπέραδος Νεμεαῖον ἀειφύλλοιο σελίνου,
σὺν δὲ καὶ ἀννήσοιο τὸ διπλόον ἄχθος, ἀείρας
ῥίζαις ὁλκήεσσαν ὑπὸ πλάστιγγα πεσοῦσαν·
καὶ τὰ μὲν ὀργάζοιο, καὶ εἰν ἐνὶ τεύχεϊ μίξας,
ἄλλοτε μέν τ' ἐχίων ὀλοὸν σίνος, ἄλλοτε τύμμα
σκορπιόεν, τοτὲ δάγματ' ἐπαλθήσαιο φάλαγγος,
τριπλόον ἐνθρύπτων ὀδελοῦ βάρος ἔνδοθεν οἴνης.

Φράζεο δ' αἰγλήεντα χαμαίλεον ἠδὲ καὶ ὀρφνόν·
δοιοὶ δ' ἀμφὶς ἔασιν· ὁ μὲν ζοφοειδέλος ὠπὴν
ἤϊκται σκολύμῳ, τροχεὴν δ' ἀπεχεύατο χαίτην·
ῥίζα δέ οἱ βριαρή τε καὶ αἴθαλος, ἠδ' ὑπὸ κνημοῖς
σκαιοῖς ἐντελέθει φυξήλιος ἐν νεμέεσσι.
Τὸν δ' ἕτερον δήεις αἰεὶ πετάλοισιν ἀγαυρόν·
μέσσῃ δ' ἐν κεφαλῇ φύεται πεδόεσσα μολοβρή·
ῥίζα δ' ὑπαργήεσσα, μελίζωρος δὲ πάσασθαι.
Τῶν δὴ κυάνεον μὲν ἀναίνεο· τῆς δ' ἀπὸ φάρσος
δραχμαῖον ποταμοῖο πιεῖν ὑδάτεσσι ταράξας.

Ἄλλην δ' Ἀλκιβίοιο φερώνυμον αἴρεο ποίην,
δράγμα χερὸς πλήσας, παύρῳ δ' ἐνὶ νέκταρι πίνοις.
Τὴν μὲν ἐπὶ σκοπέλοισι Φαλακραίοισιν ἐπακτὴρ
Κρύμνης ἂμ πεδίον καὶ ἀνὰ Γράσον, ἠδ' ἵνα θ' ἵππου
λειμῶνες, σκυλάκεσσιν Ἀμυκλαίοισι κελεύων·
κνυζηθμῷ κυνὸς οὖλον ἐπήϊσε θυμολέοντος,
ὅς τε μεταλλεύων αἰγὸς ῥόθον ἐν στίβῳ ὕλης
κανθῷ ἐνὶ ῥαντῆρι τυπὴν ἀνεδέξατ' ἐχίδνης·
καὶ τὴν μὲν κλάγξας ἀφεκὰς βάλε, ῥεῖα δὲ ποίης
φύλλα κατέβρυξεν, καὶ ἀλεύατο φοινὸν ὄλεθρον.

Λάζεο δ' ἔγχλοα φλοιὸν ἐλαιήεντα κρότωνος
συμμίγδην πετάλοισι μελισσοβότοιο δασείης,
ἠὲ καὶ ἠελίοιο τροπαῖς ἰσώνυμον ἔρνος,
ἥ θ' Ὑπεριονίδαο παλιστρέπτοιο κελεύθους
τεκμαίρει γλαυκοῖσιν ἴσον πετάλοισιν ἐλαίης.
Αὔτως δὲ ῥίζαν κοτυληδόνος, ἥ τ' ἀνὰ κρυμὸν
ῥηγνυμένοις ὀλοφυδνὰ διήφυσε ποσσὶ χίμετλα.
Δή ποτε δ' ἢ βλωθροῖο πυρίτιδος ἔγχλοα φύλλα,
ἢ σκολοπενδρείοιο φέρειν ἀπὸ καυλὸν ἀμήσας.
Ἄγρει καὶ πάνακες Φλεγυήϊον, ὄφρα τε πρῶτος
Παιήων Μέλανος ποταμοῦ παρὰ χεῖλος ἄμερσεν,
Ἀμφιτρυωνιάδαο θέρων Ἰφικλέος ἕλκος,
εὖτε σὺν Ἡρακλῆϊ κακὴν ἐπυράκτεεν ὕδρην.

Εἰ δὲ σύ γε σκύλακας γαλέης ἢ μητέρα λαιδρὴν
ἀγρεύσαις πρόσπαιον, ἀποσκύλαιο δὲ λάχνην
καρφαλέου καθύπερθε πυρὸς σελάοντος ἀϋτμῆς,
τῆς δ' ἐξ ἔγκατα πάντα βαλὼν καὶ ἀφόρδια γαστρὸς
φύρσον ἁλὸς θείοιο καὶ ἠελίου δίχα τέρσον,

purpureoque viret redimitum flore, superne
vipereum gestans adstricto vertice semen.
Amborum aequalis sectorum portio confert
lignosa in pila saxove intrita cavato.
Ipsam etiam eryngi longamque salubris acanthi
radicem, paribus trutinæ sed lancibus ambas
intere, et in madidis qui vallibus exit, erinum;
accipe et eucnemi folium silvestris et ipsum
junge apii semen Nemeæum fronde perennis,
adde et aniceti duplum, sursumque reducas
depressam primum radicum pondere lancem:
hæc secum miscens testaque subacta reponens
vipereas pestes prompte medicaberis, et quas
scorpius inflixit plagas, dirive phalanges,
si libeat ternos obolos mollire Lyæo.

Nigrantem discerne notaque chamæleon alba;
nam venit ambiguus, fusco niger ille colore,
nec scolymo absimilis, diffundit caule rotundam
cæsariem, crassa nixus radice nigraque,
et solem vitans rigidis in saltibus exit.
Hic folio lætus tumet asperiore caputque
sessile demittit medio de pectore natum,
albaque mellito radix condita sapore est.
Sed nigrum moneo fugias, pondoque recisam
alterius drachmam fluviali dilue lympha.

Est alia Alcibii cognomine planta, maniplum
cujus in exiguo propina nectare tusum.
Hanc Phalacræ in scopulis reperit venator, apertis
dum Crymnes spatiatur agris Grasumque sacrique
prata pererrat equi, canibusque celeusmate vires
addit Amyclæis acuitque latratibus iras.
Nam capreæ dum cæca canis vestigia lustrat,
vipereo morsu lacrimosum læsus ad hirquum,
viperam ubi excussit clamans, exilia mandit
germina, sic mortem fatumque avertit acerbum.

Pinguia quin etiam dentur virgulta ricini,
mista melissoboti foliis hirtoque capillo,
aut cui summa dedit solis conversio nomen
herba, revertentis prædicere gnara meatus
Titanis, glaucarum oleæ de more comarum.
Et radix pariter cotyledonis, illa tumores
discutit in talis glaciali frigore ruptis.
Crescentis viridem nonnumquam carpe pyrethri
cæsariem aut messum scolopendri porrige caulem.
Necnon et panaces Phlegyæum sume repertum
Phœbigenæ, primumque Melæ quod nactus ad oras
Amphitryoniadæ vulnus sanavit Iphicli,
quum comes Alcidæ diram dedit ignibus hydram.

Si tibi mustelæ catulos ipsamve rapacem
venari matrem curæ est, hanc vellere primum
exspolia flammisque pilos ardentibus ure;
inde intestinis vacuum illuvieque cadaver
et sale conditum molli siccabis in umbra,

μή τοι ἐνισκήλῃ νεαρὸν σκίναρ ὠκὺς ἀΐξας.
Ἀλλ' ὁπόταν χρειώ σε κατεμπάζῃ μογέοντα,
σῶχε δία κνῆστι σκελετὸν δάκος, οἷά τ' ἀφαυρὸν
σίλφιον ἢ στροφάλιγγα περιξήροιο γάλακτος,
οἴνῳ ἐπικνήθων· τὸ δέ τοι προφερέστατον ἄλκαρ
ἐσσεῖται· πάσας γὰρ ὁμῶς ἀπὸ κῆρας ἀλέξει.
Πεύθεο δ' εἰναλίης χέλυος κρατέουσαν ἀρωγὴν
δάγματος εἶαρ ἔμεν δολιχῶν ὅσα φῶτας ἀνιγροὺς
ἑρπετὰ σίνονται· τὸ δέ τοι μέγ' ἀλέξιμον εἴη.
Ἤτοι ὅταν βροτολοιγὸν ὑπὲρ πόντοιο χελώνην
αἰγιαλῶν ἐρύσωσιν ἐπὶ ξερὸν ἀσπαλιῆες,
τήνδ' ἀνακυπώσας, κεφαλῆς ἀπὸ θυμὸν ἀράξαι
μαυλίδι χαλκείῃ, βλοσυρὸν δ' ἐξ αἷμα χέασθαι
ἐν κεράμῳ νεοχμῆτι καμινόθεν· ἐκ δὲ πελιδνὸν
οὖρον ἀπηθῆσαι πλαδόωντ' εὐεργέϊ μάκτρῃ·
ἧς ἐπεὶ οὖν τέρσαιο, διατρυφὲν αἷμα κεάσσας
δραχμάων πισύρων μίσγειν βάρος· ἐν δὲ κυμίνου
δοιὰς ἀγροτέρου, καὶ ἐκ ταμίσοιο λαγωοῦ
τετράμορον δραχμῇσι δύω καταβάλλεο βρῖθος·
ἔνθεν ἀποτμήγων πιέειν δραχμαῖον ἐν οἴνῃ.
Καὶ τάδε μέν τ' ὀφίεσσιν ἀλεξητήρια δήεις.
Ἔργα δέ τοι σίνταο περιφράζοιο φάλαγγος
σήματά τ' ἐν βρυγμοῖσιν· ἐπεί ῥ' ὁ μὲν αἰθαλόεις ῥὼξ
κέκληται, πισσῆεν, ἐπασσυτέροις ποσὶν ἕρπων·
γαστέρι δ' ἐν μεσάτῃ ὀλοοῖς ἔσκληκεν ὀδοῦσι.
Τοῦ δὲ καὶ ἐγχρίμψαντος, ἀνουτήτῳ ἴκελος χρὼς
μίμνει ὅμως, τὰ δ' ἔνερθε φάη ὑποφοινίσσονται·
φρίκη δ' ἐν ῥέθεϊ σκηρίπτεται· αὐτίκα δὲ χρὼς
μέζεά τ' ἀνδρὸς ὕπερθε τιταίνεται· ἐν δέ τε καυλὸς
φύρματι μυδαλέος προϊάπτεται· ἰσχία δ' αὔτως
μάλκη ἐνισκίμπτουσα κατήριπεν ἔχματα γούνων.
Ἀστέριον δέ φιν ἄλλο πιφαύσκεο· τεῦ δ' ἐπὶ νώτῳ
λεγνωταὶ στίλβουσι διαυγέες ἐν χροῒ ῥάβδοι·
βρύξαντος δ' ἀΐδηλος ἐπέδραμεν ἀνέρι φρίκη·
ἐν δὲ κάρος κεφαλῇ· γούνων δέ θ' ὑπέκλασε δεσμά.
Κυάνεον δέ τοι ἄλλο πεδήορον ἀμφὶς ἀΐσσει
λαχνῆεν· δεινὸν δὲ φέρει καὶ ἐπὶ χροῒ νύγμα,
ὅντινα γυιώσῃ· κραδίη δέ οἱ ἐν βάρος ἴσχει·
νὺξ δὲ περὶ κροτάφοις· ἔμετον δ' ἐξήρυγε δειρῆς,
λοιγὸν ἀραχνήεντα· νέμει δέ οἱ ἐγγὺς ὄλεθρον.
Ἀγρώστης γε μὲν ἄλλος, ὃ δὴ λύκου εἴσατο μορφῇ
μυιάων ὀλετῆρος· ὀπιπτεύει δὲ μελίσσας,
ψῆνας μύωπάς τε καὶ ὅσσ' ἐπὶ δεσμὸν ἵκηται.
Ἄκμητον δ' ἐπὶ τύμμα φέρει μεταμώνιον ἀνδρί.
Ἄλλο γε μὴν δύσδηρι, τὸ δὲ σφήκειον ἔπουσι,
πυρσὸν ἅλις, σφηκὶ προσαλίγκιον ὠμοβορῆϊ,
ὅς δὴ θαρσαλέην γενεὴν ἐκμάσσεται ἵππου·
ἵπποι γὰρ σφηκῶν γένεσις, ταῦροι δὲ μελισσῶν,
σκήνεσι πυθομένοισι λυκοσπάδες ἐξεγένοντο.
Τοῦ δὲ καὶ οὐτήσαντος ἐπὶ κρατερὸν θέει οἶδος,
νοῦσοί τ' ἐξέτεραι, μετὰ γούνασιν ἄλλοτε παλμὸς,
ἄλλοτε δ' ἀδρανίη· μινύθοντα δὲ τόνδε δαμάζει
ἐσχάτιον κακοεργὸν ἄγον παυστήριον ὕπνον.
Εἰ δ' ἄγε μυρμήκειον, ὃ δὴ μύρμηξιν ἔικται

ne caro ferventi tabescat sole tenella.
Quumque malum virus poscet medicaminis usum,
ut laser tenerum vel lactis dura coacti
pondera, membra feræ cultello arentia rade
et confunde mero; non hoc præstantius ullum
auxilium omnigenas poterit depellere pestes.
Nunc age, opem et medicas testudinis accipe vires
æquoreæ, si quando virum truculentior anguis
læserit, auxilium sceleratis morsibus ingens.
Hanc ubi damnosam pelago piscator ab alto
traxit et in siccam reti subduxit arenam,
protinus invertens resupinæ exstantia ferro
colla seca tætrumque novis infunde cruorem
fictilibus, memor inde serum quod diffluet omne
atque redundantem saniem transmittere colo;
quumque ibi siccaris concretum in frusta, quaternis
sanguinis in drachmis binas adjunge cumini
agrestis leporique exempta coagula drachmæ
pondere dimidiæ, quodque unam pendeat ipsa
detractum massa, lenæo combibe miti.
Hæc tibi sint morsus, hæc amuleta ferarum.
Nunc attende notas et vulnera dira phalangis
pestiferi: piceo distinguitur ille colore,
qui Rhox nomen habet, pedibusque frequentibus; alvo
os illi in media duro exitiabile dente.
Si morsum impressit, vestigia nulla cruenti
vulneris, ardescunt subtus perfusa rubore
lumina, membra rigor quatit, extemploque pudendum
et corpus sursum convellitur, arrigit ipse
semine sordescens penis, coxæque premuntur
frigore, genua labant laxatis languida vinclis.
At vero asterion dorsi fulgore coruscum
virgatis splendet maculis, alboque relucet;
mox rigor a morsu pertentat membra, caputque
dente soporatur, collapsaque genua fatiscunt.
Cæruleus graditur pedibus sublimior alter,
villoque hirsutus; dant tristia funera morsus,
si quemquam oppressit, luctantur corda dolore,
tempora caligant, et qualis aranea, lentus
ore redit vomitus, propereque in fata vocantur.
Est etiam agrostes, cui muscas fraude necantis
forma lupi; hic culices et apes explorat et œstris
collocat insidias contextaque retia ponit;
sed facilis nullo vanescit plaga dolore.
Est et sphecion vespæ cognomine, vulgus
dysderi appellat, rufum, vespæque feroci
adsimile, audaces animos quæ præstat avorum;
namque ut apes tauro veniunt, sic putribus acres
carnibus alipedum vespæ nascuntur equorum.
Si ferit, ecce tumor circumstat vulnera magnus,
tum varii emergunt morbi, vel genua tremiscunt,
vel resoluta labant, defectis robore tandem
obrepit somnus, requies et meta laborum.
Formicæ observa parilem myrmecion, illi

δειρῇ μὲν πυρόεν, ἄζῃ γε μὲν εἴσατο μορφήν,
πάντοθεν ἀστερόεντι περιστιγὲς εὐρέϊ νώτῳ·
αἰθαλέῃ δ' ἐπὶ τυτθὸν ἀείρεται αὐχένα κόρσῃ·
ἄλγεα δὲ προτέροισιν ἴσα κνώπεσσι πελάζει.
Χειροδρόποι δ' ἵνα φῶτες ἄτερ δρεπάνοιο λέγονται
ὄσπρια χέδροπά τ' ἄλλα μεσοχλόου ἐντὸς ἀρούρης,
ἐνθάδ' ἐπασσύτερα φλογερῇ εἰλυμένα χροιῇ
εἴκελα κανθαρίδεσσι φαλάγγια τυτθὰ δίενται.
Τοῦ μὲν ὁμῶς ἔμμοχθον ἀεὶ περὶ δάγμα χέονται
φλύκταιναι· κραδίη δὲ παραπλάζουσα μέμηνε·
γλῶσσα δ' ἄτακτα λέληκε· παρέστραπται δὲ καὶ ὄσσε.
Φράζεο δ' Αἰγύπτοιο τά τε τρέφει οὐλοὸς αἶα
κνώδαλα, φαλαίνῃ ἐναλίγκια, τὴν περὶ λύχνους
ἀκρόνυχος δειπνητὸς ἐπήλασε παιφάσσουσαν·
στεγνὰ δέ οἱ πτερὰ πάντα καὶ ἔγχνοα, τοῖα κονίης
ἢ καὶ ἀπὸ σπληδοῖο φαείνεται, ὅςτις ἐπαύρῃ·
τῇ ἴκελος Περσῆος ὑποτρέφεται πετάλοισι·
τοῦ καὶ σμερδαλέον νεύει κάρη αἰὲν ὑποδρὰξ
ἐσκληκὸς, νηδὺς δὲ βαρύνεται· αὐτὰρ ὅ κέντρον
αὐχένι τ' ἀκροτάτῳ κεφαλῇ τ' ἐνεμάξατο φωτός·
ῥεῖα δέ κεν θανάτοιο καὶ αὐτίκα μοῖραν ἐφείη.
Εἰ δ' ἄγε καὶ κέντρῳ κεκορυθμένον ἀλγινόεντι
σκορπίον αὐδήσω, καὶ ἀεικέα τοῖο γενέθλην.
Τῶν ἤτοι λευκὸς μὲν ἀκήριος οὐδ' ἐπιλωβής.
Πυρσὸς δ' ἐν γενύεσσι θοὸν προσεμάξατο καῦσον
ἀνδράσιν αἰθαλόεντα· περισπαίρουσι δὲ λώβῃ
οἷα πυρίβλητοι· κρατερὸν δ' ἐπὶ δίψος ὄρωρεν.
Αὐτὰρ ὅ γε ζοφόεις ἄραδον κακὸν ὤπασε τύψας
ἀνδρί· παραπλῆγες δὲ καὶ ἄφραστοι γελόωσιν.
Ἄλλος δὲ χλοάων τε, καὶ ὁππότε γυῖον ἀράξῃ,
φρῖκος ἐπιπροΐησι· κακὴ δ' ἐπὶ τοῖσι χάλαζα
εἴδεται ἐμπλάζουσα, καὶ εἰ μέγα Σείριος ἄζει.
Τοίη οἱ κέντροιο κόπις, τοιῷ δ' ἐπὶ κέντρῳ
σφόνδυλοι ἐννεάδεσμοι ὑπερτείνουσι κεραίης.
Ἄλλος δ' ἐμπέλιος· φορέει δέ τε βοσκάδα νηδὺν
εὐρεῖαν· δὴ γάρ τε ποηφάγος, αἰὲν ἄητος,
γυιοφάγος, βουβῶσι τυπὴν ἀλίαστον ἰάπτει.
Τοίη οἱ βούβρωστις ἐνέσκληκεν γενύεσσι.
Τὸν δ' ἕτερον δήεις ἐναλίγκιον αἰγιαλῆϊ
καρκίνῳ, ὃς μνία λευκὰ ῥόον τ' ἐπιβόσκεται ἅλμης.
Ἄλλοι δ' αὖ ῥαιβοῖσιν ἰσήρεες ἄντα παγούροις
γυῖα βαρύνονται· βορεαὶ δ' ἐσκλήκασι χηλαὶ,
οἷά τε πετραίοισιν ἐποκριόωσι παγούροις·
τῶν δὴ καὶ γενεὴν ἐξέμμορον, εὖτε λίπωσι
πέτρας καὶ βρύα λεπτὰ πολυῤῥοίζοιο θαλάσσης,
τοὺς ἁλὸς ἐξερύουσι δελαστρέες ἰχθυβολῆες·
αὐτίκα δ' ἀγρευθέντες ἐνὶ γρώνῃσιν ἔδυσαν
μυοδόκοις, ἵνα τέκνα κακόφθορα τῶνδε θανόντων
σκορπίοι ἐξεγένοντο καθ' ἕρκεα λωβητῆρες.
Τὸν δὲ μελίχλωρον· τοῦ γὰρ προμελαίνεται ἄκρη
σφόνδυλος· ἄσβεστον δὲ νέμει πολυκήριον ἄτην
ἀνδράσι, νηπιάχοις δὲ παρασχεδὸν ἤγαγεν αἶσαν.
Ἔχθιστος δ' ὅγε ῥαιβὰ φέρει φλογὶ εἴκελα γυῖα·
οἷς δὴ καὶ νώτοισι περὶ πτερὰ πυκνὰ χέονται

flava quidem cervix, reliquum fuliginis atræ
corpus habet speciem, stellatis undique guttis
terga micant, nigrumque caput cervicibus exstat.
Huic primis morsusque dolorque phalangibus idem.
Agricolam, si quando manu Cerealia carpit
semina et e terra sine falce legumina vellit,
parva petunt cæco deprensa phalangia morsu;
cantharidum his forma est rutilique coloris amictus.
Mox hinc inde frequens accepto vulnere bullat
pustula, et insanum vexat dementia pectus;
fanda nefanda refert, perversaque lumina torquet.
Nunc quas Ægypti gignit plaga noxia pestes
contemplare, quibus phalænæ forma, ruentem
quam circum lychnos abigunt qui vespere cœnant.
Pennis non fissis lanugo pulveris instar
insidet aut sicci cineris, si tangere tentes;
arbore non dispar degit Perseide pestis,
cui caput edurum nutat torvumque tuetur,
et gravis est alvus, si quando hæc cuspide virus
cervici summæ capitique adsperserit atrum,
nec mora percussos immiti damnat Averno.
Jam vero armatum caudæ mucrone cruento
scorpion, et diræ referam discrimina gentis.
Innocuus stimulis et fati candidus insons.
Sed flammis homines rufo spectabilis ore
absumit subitis, ipsi, ceu febribus acti,
uno stare loco nequeunt, sitis improba sævit.
Qui niger est, ciet instabiles in corpore motus
et facit amentem, qui risus edit ineptos.
At viridis, si quos petiit mucrone, repente
horror, et hiberna ceu nimbi grandine densi
corporibus crepitant, vel si canis ardeat æstu.
Talis ei stimulus, quem vinclis pluribus aptæ
vertebræ reddunt magis ima parte nocentem.
Lividus est alius, latum trahit heluo ventrem,
esurit et semper nulla satiabilis herba;
si ferit inguinibus non evitabile vulnus
ingeritur, tanta ingluvies consistit in ore.
Cancro alius similis, qui degens littore, et algas
pascitur, et pelagi quæcumque refuderit æstus.
Corpore sunt alii magno durisque rapaces
forcipibus; testa simul asperiore, paguris
persimiles varis, qui lævia saxa frequentant.
Quorum etiam hi soboles sunt pessima, quando sonantis
liquerunt ponti scopulos muscumque virentem;
nam quum deceptos esca piscator ab alto
traxit, et in prædam capti cessere, latebris
condunt se minimis, ubi cæca morte perempti
crudeles putri natos e sanguine tollunt.
Adde melichlorum, cui cauda nodus in ima
nigricat; hic flammis, quas non restinguere possis,
pestis acerba virum, pueros mox funere mergit.
Infestus varis pedibus, velut igne coruscis,
incedit; dorso densis compagibus alæ

μάσταχι σιτοφάγῳ ἐναλίγκια, τοί θ' ὑπὲρ ἄκρων
ἱπτάμενοι ἀθέρων λεπυρὸν στάχυν ἐκβόσκονται,
Πήδασα καὶ Κισσοῖο κατὰ πτύχας ἐμβατέοντες.
Οἶδά γε μὴν φράσασθαι ἀλέξια τοῖσι βολάων,
οἷά περ ἐκ βέμβικος ὀρεστέρου ἠὲ μελίσσης,
ᾗ τε καὶ ἐκ κέντρου θάνατος πέλει, εὖτε χαράξῃ
ἄνδρα πέριξ σίμβλοισι πονεύμενον ἠὲ καὶ ἀγροῖς·
κέντρον γὰρ πληγῇ περικάλλιπεν ἐμμαπέουσα·
κέντρον δὲ ζωήν τε φέρει θάνατόν τε μελίσσαις.
Οἶδά γε μὴν καὶ ἴουλος ἃ μήδεται ἠδ' ὀλοὸς σφήξ,
πεμφρηδών ὀλίγη τε καὶ ἀμφικαρὴς σκολόπενδρα,
ἥ τε καὶ ἀμφοτέρωθεν ὀπάζεται ἀνδράσι κῆρα·
νήϊά θ' ὡς σπέρχονται ὑπὸ πτερὰ θηρὶ κιούσῃ.
Τυφλήν τε σμερδνήν τε βροτοῖς ἐπὶ λοιγὸν ἄγουσαν
μυγαλέην, τροχιῇσιν ἐνιθνήσκουσαν ἀμάξης.
Σηπά γε μὴν πεδανοῖσιν ὁμὴν σαύροισιν ἀλύξεις,
καὶ σαλαμάνδρειον δόλιον δάκος αἰὲν ἀπεχθές,
ἥ τε καὶ ἀσβέστοιο διὲκ πυρὸς οἶμον ἔχουσα
ἔσσυται ἄκμητος καὶ ἀνώδυνος· οὐδέ τί οἱ φλὸξ
σίνεται ἀσβέστη ῥαγόεν δέρος ἄκρα τε γυίων.
Ναὶ μὴν οἶδ' ὅσα πόντος ἁλὸς ῥοθίοισιν ἑλίσσει,
μυραίνης δ' ἔκπαγλον· ἐπεὶ μογεροὺς ἁλιῆας
πολλάκις ἐμβρύξασα κατεπρήνιξεν ἐπάκτρων,
εἰς ἅλα φυζηθέντας, ἐχετλίου ἐξαναδῦσα.
Εἰ γ' ἔτυμον, κείνην γε σὺν ἰοβόλοις ἐχίεσσι
θόρνυσθαι, προλιποῦσαν ἁλὸς νομὸν, ἠπείροισι.
Τρυγόνα μὴν ὀλοεργὸν, ἁλιρραίστην τε δράκοντα
οἶδ' ἀπαλέξασθαι· φορέει γε μὲν ἄλγεα τρυγὼν,
ἦμος ἐν ὁλκαίοισι λίνοις μεμογηότα κέντρῳ
ἐργοπόνον τύψῃσιν, ἢ ἐν πρέμνοισι παγείῃ
δενδρείου, τό γε πολλὸν ἀγαυρότερον θαλέθησι·
τοῦ μὲν ὑπὸ πληγῇσιν ἅτ' ἠελίοιο δαμέντος
ῥίζαι, σὺν δέ τε φυλλὰς ἀποφθίνει· ἀνδρὶ δὲ σάρκες
πυθόμεναι μινύθουσι· λόγος γε μὲν, ὥς ποτ' Ὀδυσσεὺς
ἔφθιτο λευγαλέοιο τυπεὶς ἁλίου ὑπὸ κέντρου.
Οἷσιν ἐγὼ τὰ ἕκαστα διείσομαι ἄρκια νούσων.
Δὴ γὰρ ὅτ' ἀγχούσης θριδακηΐδα λάζεο χαίτην,
ἄλλοτε πενταπέτηλον, ὅτ' ἄνθεα φοινὰ βάτοιο,
ἄρκτιον, ὀξαλίδας τε καὶ ὁρμενόεντα λύκαψον,
κίκαμά τ' ὀρδειλόν τε περιβρυές, ἐν δὲ χαμηλὴν
ῥεῖα πίτυν, φηγοῦ τε βαθὺν περὶ φλοιὸν ἀράξας,
σὺν δ' ἄρα καυκαλίδας τε καὶ ἐκ σταφυλίνου ἀμήσας
σπέρματα καὶ τρεμίθοιο νέον πολυειδέα καρπόν·
ἢ ἔτι καὶ φοινίσσον ἁλὸς καταβάλλεο φῦκος,
ἀχραές τ' ἀδίαντον, ἵν' οὐχ ὄμβροιο ῥαγέντος
λεπταλέη πίπτουσα νοτὶς πετάλοισιν ἐφίζει.
Εἰ δ' ἄγε καὶ σμυρνεῖον ἀειβρυὲς ἢ σύ γε ποίης
λευκάδος ἠρύγγου τε τάμοις ἀθερηΐδα ῥίζαν,
ἄμμιγα καγχρυφόρῳ λιβανώτιδι· μηδ' ἀπαρίνη
μηδ' ἔτι κολλυβάτεια περιβρίθουσά τε μήκων
θυλακὶς ἢ ἐπιτηλὶς ἐπὶ χραίσμησιν ἀπείη.
Σὺν δὲ κράδης κυέουσαν ἀποτμήξαιο κορύνην,
ἢ αὐτοὺς κόκκυγας ἐρινάδος, οἵ τε πρὸ ἄλλης
γόγγυλοι ἐκφαίνουσιν ἀνοιδείοντες ὀπώρης.

aptantur, qualesque licet spectare locustæ,
dum segeti advolitat, flavasque absumit aristas,
montis Pedasei specuumque est incola Cissi.
At vero istorum medicari spicula novi,
et silvestris item bembicis apisque malignæ,
cui tamen a stimulo mors imminet atra, labori
si quando intentos in agris alvearia circum
fixi, et ardentes stimulos in vulnere liquit;
ipsi adeo præstant apibus vitamque necemque.
Et novi quid vespa ferox, quid patret iulus
parvaque pempnredo, tum quid dubio scolopendra
vertice, fine utroque movens lacrimabile fatum,
et gressu impulsam remis imitata carinam.
Et scio quam diro metuendus araneus ore,
cæcus, et immoriens sulcis quos orbita findit.
Sepaque quadrupedi similem vitare lacertæ,
infestosque dolos salamandræ et noxia semper
vulnera, quæ rapidos gradiens intacta per ignes
non cute rimosa, pedibus non denique summis
uritur, aut flammis patitur circumflua magnis.
Sed neque me fugiunt, quæ volvit gurgite pontus,
non muræna ferox, quæ cella sæpius ima
exsiliens fremit ore truci, cymbisque relictis
piscantes miseros pelago se credere cogit.
Vipereos, undis, si vera est fama, recedens,
fertur in amplexus et virus concipit alvo.
Nec me pastinacæ, populantis et alta draconis
amuleta latent : magnos ciet illa dolores,
si piscatorem prælamque et rara trahentem
retia perstrinxit radio, telumve feracis
arboris impegit trunco, nam flaccida languet,
vulnereque accepto, ceu tabida solibus, arbos
radice arescit, foliis inhonora caducis;
at putres homini carnes liquuntur, Ulyssem
sic perhibent punctum radio cecidisse marino.
Nunc ego, quæ contra valeant, medicamina dicam.
Aut folia anchusæ lactucis æmula sume,
aut pentaphyllon, vel florida serta ruborum,
arction, oxalidasque, et longo caule lycapson,
cicamaque ordilumque virens, tundatur et una
ajuga et interno fagi de corpore cortex,
his et caucalidas demessaque semina agrestis
pastinacæ et fructum terebinthi adjunge recentem,
puniceumve etiam, qui nascitur æquore, fucum;
et numquam madidum Veneris compone capillum,
cui non insidunt effusi nubibus imbres.
Smyrniumque virens semper vel leucadis herbæ,
aut etiam eryngi tundatur spicea radix,
addere ne dubites libanotida canchry ferentem,
sed neque collybatea soporferumque papaver,
thylacis aut epitelis ab his seclusa recedant.
Indomitæ decerpe simul nova germina fici,
aut grossos etiam, quas parturit illa rotundas,
ulla prius quam se pomis convestiat arbos.

Λάζεο καὶ πυράκανθαν, ἰδὲ φλόμου ἄρσενος ἄνθην,
ἄμμιγα δ' αἰγίλοπός τε χελιδονίου τε πέτηλα,
δαύκειον, ῥίζας τε βρυώνιδος, ἢ καὶ ἔφηλιν
θηλυτέρων, ἐχθρήν τε χροὸς ὠμόρξατο λεύκην.
Ἐν δὲ περιστερόεντα κατασμώξαιο πέτηλα,
ἢ καὶ ἀλεξιάρης πτόρθους ἀπαμέργεο ῥάμνου·
μούνη γὰρ νήστειρα βροτῶν ἀπὸ κῆρας ἐρύκει.
Ναὶ μὴν παρθενίοιο νεοδρέπτους ὀροδάμνους,
κόρκορον ἢ πεταλῖτιν, ἀμέργεο πολλάκι μίλτου
Λημνίδος, ἣ πάσῃσι πέλει θελκτήριον ἄτης.
Δήποτε καὶ σικύοιο τάμοις ἐχεπευκέα ῥίζαν
ἀγροτέρου· νηδὺν δὲ καὶ ἐμβρίθουσαν ἀνίης
ἤμυνεν καὶ καρπὸς εὐῤῥήχου παλιούρου·
σὺν καὶ ἀκανθοβόλος χαίτη νεαλεῖς τ' ὀροβάγχοι·
σίδης θ' ὀσγινόεντας ἐπημύοντας ὀλόσχους
αὐχενίους, ἵνα λεπτὰ πέριξ ἐνερεύθεται ἄνθη·
ἄλλοτε δ' ὕσσωπός τε καὶ ἡ πολύγουνος ὄνωνις,
φύλλα τε τηλεφίοιο, νέον τ' ἐν βότρυσι κλῆμα·
ἀγλῖθες, καὶ καρπὸς ὀρειγενέος κορίοιο·
ἢ καὶ λεπτοθρίοιο πολύθρονα φύλλα κονύζης.
Πολλάκι δ' ἢ πέπεριν κόψας νέον, ἢ ἀπὸ Μήδων
κάρδαμον ἐμπίσαιο· σὲ δ' ἂν πολυανθέα γλήχων
στρύχνον τ' ἠδὲ σίνηπι κακηπελέοντα σαώσαι.
Ἄγρει καὶ πρασιῆς χλοερὸν πράσον· ἄλλοτε δ' αὐτῆς
σπέρμ' ὁλοὸν κνίδης, ἥ θ' ἑψίη ἔπλετο κούροις·
σὺν καί που νιφόεν σκίλλης κάρη, αὖά τε βολβῶν
σπείρεα, καὶ καυλεῖον δμοκλήτοιο δράκοντος·
ῥάμνου τ' ἀσπαράγους θαμνίτιδος· ἠδ' ὅσα πεῦκαι
ἀγρότεραι στρόμβοισιν ὑπεθρέψαντο ναπαίοις.
Εἰ δὲ σύ γ' ἐκ ποίης ἀβληχρέος ἔγχλοα ῥίζαν
θηρὸς ἰσαζομένην τμήξαις ἰωδεϊ κέντρῳ
σκορπίου, ἢ σίδας Ψαμαθηΐδας, ἅς τε Τράφεια
Κῶπαί τε λιμναῖον ὑπεθρέψαντο παρ' ὕδωρ,
ἧπερ Σχοινῆός τε ῥόος Κνώποιό τε βάλλει.
Ὅσσα θ' ὑπ' Ἰνδὸν χεῦμα πολυφλοίσβοιο Χοάσπου
πιστάκι' ἀκρεμόνεσσιν ἀμυγδαλόεντα πέφανται·
καυκαλίδας, σὺν δ' αἰθὰ βάλοις φιμώδεα μύρτα,
χάρφεά θ' ὁρμίνοιο καὶ ἐκ μαράθου βρυόεντος·
εἰρύσιμόν τε καὶ ἀγροτέρου σπερμεῖ' ἐρεβίνθου,
σὺν χλοεροῖς θάμνοισι βάλοις βαρυώδεα ποίην.
Ναὶ μὴν καὶ σίσυμβρα πέλει μειλίγματα νούσων,
σὺν δὲ μελιλώτοιο νέον στέφος, ἠδ' ὅσα χαύνης
οἰνάνθης βρύα λευκὰ καταψήχουσι νομῆες,
ὅσσα τε λυχνὶς ἔνερθεν ἐρευθήεις τε θρυαλλὶς
καὶ ῥόδον ἠδ' ἴα, λεπτὸν ὅσα σπερμεῖον ἀέξει.
Ἢ καὶ πουλύγονον λασίων ὑπάμησον ἰάμνων,
ψίλωθρον καρπόν τε πολυθρήνου ὑακίνθου,
ὃν Φοῖβος θρήνησεν, ἐπεί ῥ' ἀεκούσιος ἔκτα
παῖδα, βαλὼν προπάροιθεν Ἀμυκλαίου ποταμοῖο,
πρωθήβην Ὑάκινθον, ἐπεὶ σόλος ἔμπεσε κόρσῃ
πέτρου ἀφαλλόμενος, νέατον δ' ἤραξε κάλυμμα.
Σὺν δέ τε καὶ τριπέτηλον ὁποῖό τε δάκρυα βάλλοις
τρισσοῖς ὁλκήεσσιν ἰσοζυγέων ὀδελοῖσιν·
ἠὲ σύ γ' ἕρπυλλον κεροειδέα, πολλάκι κρῆθμον,

Et pyracanthan habe, necnon maris injice flores
verbasci et folia ægilopisque chelidoniæque,
et daucum atque albæ radicem denique vitis,
femineo invisam quæ corpore delet ephelin.
Adde comas herbæ sacræ gratæque columbis,
accipe vel ramos arcentis noxia rhamni,
quæ vel sola truci jejunos subtrahit Orco.
Quin et parthenii viridis decerpe flagella,
corcoron aut petalitin, et hæc simul intere rubro
Lemniaco, cui pestem omnem mulcere facultas.
Et resecanda, ferus quam terra condit amaram
radicem cucumis; paliuri et fructus acuti
concepto solvit turgentia viscera morbo;
spinosæ pariter frondes tenerique orobanchi;
rubraque puniceæ nec hiantia germina mali,
qua flos purpureo gracilis velamine cingit;
hyssopus nodisque frequentibus aspera ononis,
telephiique comæ atque recens in palmite botrus,
alliaque et corii, quod montibus exit in altis,
semina, vel florens minimæ coma parva conyzæ.
Sæpe recens etiam piper aut nasturcia tunde
Medica, sed jamjam grassanti peste vietum,
puleium et strychnum mordaxque sinapi levabit,
et viride ex horto porrum urticæque nocentis
semina, qua secum juvenes colludere sueti;
adde caput scyllæ niveum, simul arida bulbi
semina cauliculumque draconis nomine dictum
et rhamni asparagos fruticosæ, quæque profundos
per nemorum saltus nucibus sunt condita pini.
Sin viridem lenis radicem legeris herbæ,
pestifero æqualem stimulo quem scorpius atrox
exerit, aut sidas, Psamathus quas atque Traphia
limosoque lacus producunt margine Copæ,
qua fusis Schœnus Cnopusque illabitur undis,
pistaciumque Indi quod fluminis ora Choaspis
gignit amygdalina pendens ex arbore forma,
caucalidas, myrtumque simul miscebis acerbam,
hirtasque hormini frondes florensque marathrum,
erysimon cicerisque agrestis semen, et ipsam
cum ramis indes graviter redolentibus herbam.
His etiam sisymbra malis sunt mite levamen,
atque meliloti flores, albæque tenella
labruscæ, in silvis quæ tundit germina pastor,
lycnideque inferna rubraque thryallide natum
atque rosæ aut violæ crescens in vertice semen.
Necnon pulygonum per consita rura legendum,
psilothrumque et flos hyacinthi flebilis, acres
qui Phœbo movit gemitus lacrimasque dolenti,
postquam apud Eurotæ mactavit flumina nolens
Tænaridem impubem, cerebrumque et mollia saxo
forte repercussus perrupit tempora discus.
Adde triphyllon et his manantem et lasere succum,
tres utriusque obolos æquali lance rependens;
cornigerumve teras serpyllum, humilemve cupressum,

γλώσσῃ ποιφύγδην νέμεται διψήρεας ὄγμους.
Τὸν δὲ μέτ' ἀμφίσβαιναν ὀλίζονα καὶ μινύθουσαν
δήεις ἀμφικάρηνον, ἀεὶ γλήναισιν ἀμυδρήν·
ἀμβλὺ γὰρ ἀμφοτέρωθεν ἐπιπρονένευκε γένειον
νόσφιν ἀπ' ἀλλήλων· χροιὴ γε μὲν ἠΰτε γαίης,
ῥωμαλέον φορέουσα περιστιγὲς αἰόλον ἔρφος.
Τὴν μὲν, ὅθ' ἁδρύνηται, ὀροιτύποι, οἷα βατῆρα
κόψαντες ῥάδικα πολυστεφέος κοτίνοιο,
δέρματος ἐσκύλευσαν, ὅτε πρώτιστα πέφανται,
πρόσθε βοῆς κόκκυγος ἐαρτέρου· ἡ δ' ὀνίνησι
ῥινῷ δυσπαθέοντας, ὅτ' ἐν παλάμῃσιν ἀεργοῖς
μάλκαι ἐπιπροθέωσιν ὑπὸ κρυμοῖο δαμέντων,
ἠδ' ὁπόταν νεύρων ξανάᾳ κεχαλασμένα δεσμά.
Δήεις καὶ σκυτάλην ἐναλίγκιον ἀμφισβαίνῃ
εἶδος, ἀτὰρ πάχετόν τε καὶ οὐτιδανὴν ἐπὶ σειρὴν
πάσσον'. ἐπεὶ σκυτάλης μὲν ὅσον σμινύοιο τέτυκται
στειλειῆς πάχετος, τῆς δ' ἕλμινθος πέλει ὄγκος,
ἠὲ καὶ ἔντερα γῆς οἷα τρέφει ὄμβριμος αἶα.
Οὐ γὰρ, ὅταν χαράδρεια λίπῃ καὶ ῥωγάδα πέτρην
ἦρος ἀεξομένου, ὁπόθ' ἑρπετὰ γαῖα φαείνει,
ἀκρέμονος μαράθοιο χυτὸν περιβόσκεται ἔρνος,
εὖτ' ἂν ὑπ' ἠελίοιο περὶ φλόον ἄψεα βάλλῃ,
ἀλλ' ἥγ' ἀρπέζαις τε καὶ ἐν νεμέεσσι πεσοῦσα
φωλείει βαθύϋπνος, ἀπ' εἰκαίης δὲ βοτεῖται
γαίης, οὐδ' ἀπὸ δίψος ἀλέξεται ἱεμένη περ. [ἄλλων
Τεκμαίρου δ' ὀλίγον μὲν, ἀτὰρ προφερέστατον
ἑρπηστῶν βασιλῆα· τὸ μὲν δέμας ὀξυκάρηνος,
ξανθὸς, ἐπὶ τρία δῶρα φέρων μῆκός τε καὶ ἰθύν.
Οὐκ ἄρα δὴ κείνου σπειραχθέα κνώδαλα γαίης
ἰϋγὴν μίμνουσιν, ὅτ' ἐς νομὸν ἠὲ καὶ ὕλην,
ἠὲ καὶ ἀρδηθμοῖο μεσημβρινὸν ἀΐξαντες
μείρονται· φύζῃ δὲ παλιντροπέες φορέονται.
Τύμματι δ' ἐπρήσθη φωτὸς δέμας· αἱ δ' ἀπὸ γυίων
σάρκες ἀποῤῥείουσι πελιδναί τε ζοφεραί τε·
οὐδέ τις οὐδ' οἰωνὸς ὑπὲρ νέκυν ἴχνια τείνας,
αἰγυπιοὶ γῦπές τε κόραξ τ' ὀμβρήρεα κρώζων,
οὐδὲ μὲν ὅσσα τε φῦλ' ὀνομάζεται οὔρεσι θηρῶν
δαίνυνται· τοῖόν περ ἀϋτμένα δεινὸν ἐφείῃ.
Εἰ δ' ὀλοὴ βούβρωστις ἀϊδρείῃφι πελάσσῃ,
αὐτοῦ οἱ θάνατός τε καὶ ὠκέα μοῖρα τέτυκται.
Κῆρα δέ τοι δρυΐναο πιφαύσκεο, τόν τε χέλυδρον
ἐξέτεροι καλέουσιν· ὁ δ' ἐν δρυσὶν οἰκία τεύξας
ἢ ὅγε που φηγοῖσιν, ὀρεσκεύει περὶ βήσσας.
Ὕδρον μιν καλέουσι, μετεξέτεροι δὲ χέλυδρον·
ὅστε βρύα προλιπὼν καὶ ἕλος καὶ ὁμήθεα λίμνην,
ἀγρώσσων λειμῶσι μολουρίδας ἢ βατραχῖδας,
σπέρχεται ἐκ μύωπος ἀήθεα δέγμενος ὁρμήν.
Ἔνθα κατὰ πρέμνον κοίλης ὑπεδύσατο φηγοῦ
ὀξὺς ἀλεὶς, κοῖτον δὲ βαθεῖ ἐνεδείματο θάμνῳ·
αἰθαλόεις μὲν νῶτα, κάρη γε μὲν ἀρπεδὲς αὔτως
ὕδρῳ ἐϊσκόμενος· τὸ δ' ἀπὸ χροὸς ἐχθρὸν ἄηται,
οἷον ὅτε πλαδόωντα περὶ σκύλα καὶ δέρη ἵππων
γναμπτόμενοι μυδόωσιν ὑπ' ἀρβήλοισι λάθαργοι.
Ἤτοι ὅτ' ἐν κώληπος ἢ ἐν ποδὸς ἴχνεϊ τύψῃ,

perque vias sulcos depascitur ille rotarum.
Hunc caput in geminum vergentem corpore parvo
nosce amphisbaenam, cui languent luminis orbes,
protensis utrinque genis spatioque relicto
disjunctis, hebetes; illam cutis aemula terrae
et robusta tegit variisque interlita guttis.
Hanc, ubi speluncis primum processit, adultam
lignator rapiens, ramo silvestris olivae
exciso, nondum verno clamante cuculo,
tergore direpto spoliat; sic pluribus illa
pelle sua prodest, Boreae quum flamine segnes
obriguere manus et victae frigore torpent,
aut laxa molles nervi compage laborant.
Forma amphisbaenae scytalen spectabis eandem,
ongior est tamen et tumet illa crassior ante
exilem caudam; capulis par namque ligonum
est scytale, illa autem lumbrici mole rotundi,
atque intestini, quod terra erumpit ab alma.
Vere novo campis quum serpens exit apertis
et rupes linquens caveasque per arva vagatur,
non haec florentis carpit virgulta marathri
exuviis puber positis, renitensque juventa,
sed per convalles densisque in saltibus alto
vincta latet somno, tellus ibi pabula large
sufficit, unda siti non quaeritur ulla levandae.
Contemplator item exiguum, sed robore cunctis
praestantem regem, cui vertice corpus acuto
atque color rutilus, mensura modusque tripalmis.
Non quisquam illius terrentia sibila serpens
pertulerit, cunctos late seu prata capessunt,
sive sitim medio properant compescere sole,
summovet atque fugae cogit dare terga timentes.
In membra a morsu flammae grassantur, et atrae
liventesque fluunt putri de corpore carnes;
non aquila aut vultur, non quae nigra crocitat ales
nuncia venturae pluviae, non turba ferarum
cetera per silvas, ausit gustare cadaver,
quod semel insultans impuro adflaverit ore.
Sin vesana fames ignaram huc vertere morsus
compulerit, subita certaque in morte tenetur.
Iam dryinae ausculta pestes, qui saepe cavatis
roboris in truncis rimosa cubilia ponit
aut latitat veteris suffosso cortice fagi.
Hydrum alii hunc vocitant, alii dixere chelydrum.
Ipse lacus postquam solitos algasque palustres
liquit, et in pratis ranas volucresque locustas
venatur, rapidi mucrone petitus asili
effugit, et praeceps veloci fagina saltu
antra subit truncique cava se condit in alvo.
Illi nigra cutis vertexque simillimus hydro,
et pariter latus; taetrum sed corpus odorem
non aliter spirat, quam qui nascuntur equorum
tergore de putri vermes, scalproque secantur.
Si talum aut summae pressit vestigia calcis,

χρωτὸς ἀπὸ πνιγόεσσα κεδαιομένη φέρετ' ὀδμή·
Τοῦ δή τοι περὶ τύμμα μέλαν κορθύεται οἶδος·
ἐν δὲ νόον πεδόωσιν ἀλυσθαίνοντος ἀνίαι
ἐχθόμεναι· χροιὴ δὲ μόγῳ αὐαίνεται ἀνδρός
ῥινοὶ δὲ πλαδόωσιν ἐπὶ χροΐ· τοῖά μιν ἰὸς
ὀξὺς ἀεὶ νεμέθων ἐπιβόσκεται· ἀμφὶ καὶ ἀχλὺς
ὄσσε καταχρύπτουσα κακοσταθέοντα δαμάζει·
οἱ δέ τε μυκάουσι περιπνιγέες τε πέλονται·
οὖρα δ' ἀπέστυπται· τοτὲ δ' ἔμπαλιν ὑπνώοντες
ῥέγκουσιν, λυγμοῖσι βαρυνόμενοι θαμέεσσιν,
ἢ ἀπερευγόμενοι ἔμετον χολοειδέα δειρῆς,
ἄλλοτε δ' αἱματόεντα· κακὴ δ' ἐπιδίψιος ἄτη
ἐσχατιῇ μογέουσι τρόμον κατεχεύατο γυίοις.
Φράζεο δὲ χλοάοντα δαεὶς κύανόν τε δράκοντα,
ὅν ποτε Παιήων λασίῃ ἐνεθρέψατο φηγῷ
Πηλίῳ ἐν νιφόεντι Πελεθρόνιον κατὰ βῆσσαν.
Ἤτοι ὅγ' ἄγλαυλος μὲν ἐείδεται, ἐν δὲ γενείῳ
τρίστοιχοι ἑκάτερθε περιστιχόωσιν ὀδόντες·
πίονα δ' ἐν σκυνίοισιν ὑπ' ὄθματα· νέρθε δὲ πώγων
αἰὲν ὑπ' ἀνθερεῶνι χολοίβαφος· οὐ μὲν ὅγ' αὔτως
ἐγχρίμψας ἤλγυνε, καὶ ἢν ἔκπαγλα χαλεφθῇ·
βληχρὸν γὰρ μυὸς οἷα μυχηβόρου ἐν χροῒ νύγμα
εἴδεται αἱμαχθέντος ὑπὸ κραντῆρος ἀραιοῦ.
Τῷ μέν τ' ἔκπαγλον κοτέων βασιλήϊος ὄρνις
αἰετὸς ἐκ παλαχῆς ἐπαέξεται, ἀντία δ' ἐχθρὴν
δῆριν ἄγει γενύεσσιν, ὅταν βλώσκοντα καθ' ὕλην
δέρκηται· πάσας γὰρ ὅγ' ἠρήμωσε καλιάς,
αὔτως ὀρνίθων τε τόκον κτίλα τ' ὠεὰ βρύκων.
Αὐτὰρ ὁ τοῦ καὶ ῥῆνα καὶ ἠνεμόεντα λαγωὸν
ῥεῖα δράκων ἥμερσε νέον μάρψαντος ὄνυξι
θάμνου ὑπαΐξας· ὁ δ' ἀλεύεται· ἀμφὶ δὲ δαιτὸς
μάρνανθ'· ἱπτάμενον δὲ πέριξ ἀτέλεστα διώκει
σπειρηθεὶς καὶ λοξὸν ὑποδρὰξ ὄμμασι λεύσσων.
Εἴ γε μὲν Ἡφαίστοιο χαλαίποδος ἐν πτυχὶ νήσου
βήσεαι ἠὲ Σάμου δυσχειμέρου, αἵ τ' ἐνὶ κόλπῳ
Θρηϊκίῳ βέβληνται, ἑκὰς Ῥησκυνθίδος Ἥρης,
Ἕβρος ἵνα Ζωναῖά τ' ὄρη χιόνεσσι φάληρα,
καὶ δρύες Οἰαγρίδαο, τό τε Ζηρύνθιον ἄντρον,
δήεις κεγχρίνεω δολιχὸν τέρας, ὅν τε λέοντα
αἰόλον αὐδάξαντο, περίστικτον φολίδεσσι·
τοῦ πάχετος μῆκός τε πολύτροπον· αἶψα δὲ σαρκὶ
πυθεδόνας κατέχευε δυσαλθέας· αἱ δ' ἐπὶ γυίοις
ἰοβόροι βόσκονται· ἀεὶ δ' ὑπὸ νηδύσιν ὕδρωψ
ἄλγεσιν ἐμβαρύθουσα κατ' ὀμφάλιον μέσον ἵζει.
Ἤτοι ὅτ' ἠελίοιο θερειτάτη ἵσταται ἀκτὶς,
οὔρεα μαιμώσσων ἐπινίσσεται ὀκριόεντα,
αἵματος ἰσχανόων, καὶ ἐπὶ κτίλα μῆλα δοκεύων,
ἢ Σάου ἠὲ Μοσύχλου ὅτ' ἀμφ' ἐλάτῃσι μακεδναῖς
ἄγραυλοι ψύχωσι, λελοιπότες ἔργα νομήων,
μή σύ γε θαρσαλέος περ ἐὼν θέλε βήμεναι ἄντην
μαινομένου· μή δή σε καταπλέξῃ καὶ ἀνάγχῃ
πάντοθε μαστίζων οὐρῇ δέμας, ἐν δὲ καὶ αἷμα
λαιφάζῃ, κληῗδας ἀναῤῥήξας ἑκάτερθεν.
Φεῦγε δ' ἀεὶ σκολιήν τε καὶ οὐ μίαν ἀτραπὸν ἴλλων,

halitus inde gravis circum vitalia fusus
angit, et in nigros assurgit plaga tumores;
infesti languentem animum mœstumque dolores
exagitant, aret crudeli vulnere corpus
fœtentem vibrans animam; depascitur artus
virus edax, lateque simul contagia serpunt,
et densa instabiles caligo involvit ocellos;
balatus edunt alii strictisque premuntur
faucibus, urinæ restant, hos stertere contra
perfusos somno videas, concussaque crebro
ilia singultu, vomitusque per ora citatos
sanguinis aut bilis; tandem sitiente veneno
diffusus per membra tremor languentia currit.

Nec vero auratum cœlique nitore draconem
transierim, quem fago aluit Phœbeia proles
valle Pelethronia gelidumque ad Pelion, anguem
præstanti forma, cui dentes agmine juncti
tergemino, malis utraque ex parte cohærent;
magna superciliis conduntur lumina crassis,
barbaque rugoso promittitur aurea mento;
ille vel attollens iras frendensque dolorem
non dederit tantum; spectatur dente pusillo
vulnus hebes murisque patet non amplius ictu.
Armiger hunc contra primo Jovis ales ab ortu
aspera bella movet rostroque infensa recurvo
instat, ubi mediis gradientem adspexerit agris;
ille domos siquidem nidosque propagine dulci
vastat, et ova vorans, orbata cubilia linquit.
Quin et ovem leporemque citum per inania raptum
e dumo insiliens; aquilæ mox eripit ungue
illa fugit, certant de præda; hinc inde volantem
insequitur frustra sinuosa volumina ducens
suspiciensque oculis abeuntem in sidera torvis.

Hibernam si quando Samum, claramque ruina
Mulciberi si Lemnon adis, quæ proxima Thracum
littoribus Junone procul Rhescynthide distant,
Hebrus ubi et niveo Zonæi vertice montes,
atque altæ Œagridæ quercus Zerynthiaque antra,
horrenda invenies cenchrenem mole, coloni
quem vocitant varium squamis punctisque leonem.
Corporis haud unus monstro modus: omnia late
occupat et nulla medicabilis arte putredo
membra cito peredit, gravidoque in ventre dolorem
semper agens alvi nodum premit improbus hydrops.
Ille ubi sol radiis terras ferventibus urit,
ecce subit clivos nemorosique aspera montis,
sanguinis impense sitiens, pecudesque Mosychli
atque Sai petit insidiis, dum frigora pastor
abiete sub patula securus et otia captat;
te nulla irato coram fiducia sistat
tollentique minas, ne flammas corpore toto
spargat et implexum connexis undique nodis
verberet ac rupto sugat thorace cruorem.
At fuge, non recta, sed obliquo tramite currens,

δοχμὸς ἀνακρούων θηρὸς πάτον· ἦ γὰρ ὁ δεσμοὺς
βλάπτεται ἐν καμπῇσι πολυστρέπτοισιν ἀκάνθης,
ἰθεῖαν δ' ὤκιστος ἐπιδρομάδην στίβον ἕρπει.
Τοῖος Θρηϊκίῃσιν ὄφις νήσοισι πελάζει.
Ἔνθα καὶ οὐτιδανοῦ περ ἀπεχθέα βρύγματ' ἔασιν
ἀσκαλάβου· τὸν μέν τ' ἐρέει φάτις οὕνεκ' Ἀχαιὴ
Δημήτηρ ἔβλαψεν, ὅθ' ἄψεα σίνατο παιδὸς
Καλλίχορον περὶ φρεῖαρ, ὅτ' ἐν Κελεοῖο θεράπναις
ἀρχαίη Μετάνειρα θεὴν δείδεκτο περίφρων.
Ἀλλά γε μὴν ἄβλαπτα κινώπετα βόσκεται ὕλην,
δρυμοὺς καὶ λασιῶνας ἀμορβαίους τε χαράδρας,
οὓς ἔλοπας λίβυάς τε πολυστεφέας τε μυαγροὺς
φράζονται, σύν τ' ὅσσοι ἀκοντίαι ἠδὲ μόλουροι,
ἠδ' ἔτι που τυφλῶπες ἀπήμαντοι φορέονται. [σων,
Τῶν μὲν ἐγὼ θρόνα πάντα καὶ ἀλθεστήρια νού-
φύλλα τε ῥιζοτόμον τε διείσομαι ἀνδράσιν ὥρην,
πάντα διαμπερέως καὶ ἀπηλεγές, οἷσιν ἀρήγων
ἀλθήσῃ νούσοιο κατασπέρχουσαν ἀνίην.
Τὰς μὲν ἔτι βλύζοντι φόνῳ περιαλγέϊ ποίας
δρέψασθαι νεόκμητα, (τὸ γὰρ προφερέστατον ἄλλων,)
χώρῳ ἵνα κνῶπες θαλερὴν βόσκονται ἀν' ὕλην.
Πρώτην μὲν Χείρωνος ἐπαλθέα ῥίζαν ἑλέσθαι,
Κενταύρου Κρονίδαο φερώνυμον, ἥν ποτε Χείρων
Πηλίου ἐν νιφόεντι κιχὼν ἐφράσσατο δειρῇ·
τῆς μὲν ἀμαρακόεσσα χυτὴ περιδέδρομε χαίτη,
ἄνθεα δὲ χρύσεια φαείνεται· ἡ δ' ὑπὲρ αἴης
ῥίζα καὶ οὐ βυθόωσα Πελεθρόνιον νάπος ἴσχει.
Ἥν σὺ καὶ αὐαλέην, ὁτὲ δ' ἔγχλοον ὅλμῳ ἀράξας,
φυρσάμενος κοτύλῃ πιέειν μενοεικέος οἴνης·
παντὶ γὰρ ἀρκιός ἐστι· τό μιν πανάκειον ἔπουσιν.
Ἤτοι ἀριστολόχεια παλίσκιος ἐνδατέοιτο,
φύλλα τε κισσήεντα περικλυμένοιο φέρουσα·
ἄνθεα δ' ὑσγίνῳ ἐνερεύθεται· ἡ δέ οἱ ὀδμὴ
σκίδναται ἐμβαρύθουσα· μέσον δ' ὡς ἀχράδα καρπὸν
μυρτάδος ἐξ ὄχνης ἐπιόψεαι ἢ σύ γε βάκχης·
ῥίζα δὲ θηλυτέρης μὲν ἐπιστρογγύλλεται ὄγκῳ,
ἄρσενι δ' αὖ δολιχή τε καὶ ἂμ πυγόνος βάθος ἴσχει,
πύξου δὲ χροιῇ προσαλίγκιος Ὠρικίοιο.
Τὴν ἤτοι ἔχιος τε καὶ αἰνοπλῆγος ἐχίδνης
ἀγρήσεις ὄφελος περιώσιον· ἔνθεν ἀποῤῥὼξ
δραχμαίη μίσγοιτο ποτῷ ἐνὶ κιῤῥάδος οἴνης.
Ναὶ μὴν καὶ τρίσφυλλον ὀπάζεο κνωψὶν ἀρωγήν,
ἠέ που ἐν τρήχοντι πάγῳ ἢ ἀποσφάγι ῥήσσῃ,
τὴν ἤτοι μινυανθὲς, ὁ δὲ τριπέτηλον ἐνίσπει,
χαίτην μὲν λωτῷ, ῥυτῇ γε μὲν εἴκελον ὀδμήν.
Ἤτοι ὅτ' ἄνθεα πάντα καὶ ἐκ πτίλα ποικίλα χεύῃ,
οἷόν τ' ἀσφάλτου ἀπερεύγεται· ἔνθα κολούσας
σπέρμαθ' ὅσον κύμβοιο τραπεζήεντος ἑλέσθαι
χαρδόπῳ ἐντρίψας πιέειν ὀφίεσσιν ἀρωγήν.
Νῦν δ' ἄγε τοι ἐπίμικτα νόσων ἀλκτήρια λέξω.
Θριναχίην μὲν ῥίζαν ἕλευ γυιαλθέα θάψου
σμώξας, ἐν δὲ σπέρμα χυτὸν λευκανθέος ἄγνου,
νῆριν, πηγάνιόν τε περίβρυες, ἐν δέ τε θύμβρης
δρεψάμενος βλαστὸν χαμαιευνάδος, ἥτε καθ' ὕλην

scinde viam et frustrare feræ compendia; nectunt
spinea vincla moras, hæretque offensa salebris,
quum recto planoque ruat rapidissima campo.
Talis Threiciis effert se tractibus anguis.
Hic et vilis agit crudeles stellio morsus.
Illum quare Ceres quondam violarit Achæa
fama refert, quando puerilia membra resolvit
Callichorum ad puteum, pia quum Metanira senexque
hospitio Celei divam excepisset amici.
Præterea et silvas haud noxia turba ferarum
pascitur et dumos atque obsita lustra tenebris;
has elopes libyasque coronatosque myagros
appellant, jaculos etiam mitesque moluros,
quique errant nulla typhlopes peste nocentes.
Ast ego jam flores pictos horumque medelas
morborum et folia et radicibus apta legendis
tempora, quo possis grassanti occurrere pesti,
expediam, facili complectens omnia versu.
Principio in silvis, ubi sævæ pascua carpunt
læta feræ, stillat dum plaga cruore, recentes
herbas carpe, solent tales præstare vetustis.
Radicem ante omnes Chironis nomine claram
Centauri legito, quam primum Pelio in alto
Phyllirides Chiron reperit lustrans juga montis.
Ambit amaracino folio coma pendula caulem,
auratique micant flores, radixque superne
sparsa Pelethronio saltu, per summa vagatur.
Hanc tu vel siccam, vel pila tunde virentem,
et vini cotyla mistam largire meraci;
subvenit hæc cunctis, et ob id panacea vocatur.
Aut umbrosa colens et aristolochia terenda,
illa periclymeni foliis hederæque propinquis,
floribus hysgino rubris et odore molesto,
in medio cujus fructum pendere pyrastri,
myrtea qualem fert ochne vel baccha, videbis;
femina tuberibus radicum nixa rotundis
germinat, at maribus longæ cubitoque sub alma
defossæ terra; buxi color intus utrique.
Haud temere invenias medicamen morsibus ullum
vipereis prodesse magis, si frustula drachmæ
pondere flaventi libeat miscere falerno.
Nec minus has contra pestes decerpe triphyllon,
seu juga celsa tenet seu per declivia surgit;
hic minyanthes, at ille vocat tripetelon; agresti
crine refert lotum rutæque offundit odorem;
quum vero totos floresque comasque decoras
extulit, asphalto fragrat gravis: inde revellens
semina quanta capit vinaria cymba, terensque
omnia pistillo, potu medicabere virus.
Nunc age mista canam tantas pellentia pestes.
Radicem imprimis thapsi compone salubrem
trinacrii atque alba lectum de vitice semen,
nerinque et late ducentem germina rutam;
surculus addatur thymbræ, quæ gaudet in agris

οἷας θ' ἑρπύλλοιο περὶ ῥαδῖκας ἀέξει.
Ἄγρει δ' ἀσφοδέλοιο διανθέος ἄλλοτε ῥίζαν,
ἄλλοτε καὶ καυλεῖον ὑπέρτερον ἀνθερίκοιο·
πολλάκι δ' ἐν καὶ σπέρμα, τό τε λοβὸς ἀμφὶς ἀέξει·
ἠὲ καὶ ἑλξίνην, τήν τε κλύβατιν καλέουσιν,
ὕδασι τερπομένην καὶ ἀεὶ θάλλουσαν ἰάμνοις·
πῖνε δ' ἐνιτρίψας κοτυλήρυτον ὄξος ἀφύσσων
ἢ οἴνης· ῥέα δ' αὖτε καὶ ὕδατι κῆρας ἀλύξαις.
Ἐσθλὴν δ' Ἀλκιβίου ἔχιος περιφράζεο ῥίζαν,
τῆς καὶ ἀκανθοβόλος μὲν ἀεὶ περιτέτροφε χαίτη,
λείρια δ' ὡς ἴα τοῖα περιστέφει· ἡ δὲ βαθεῖα
καὶ ῥαδινὴ ὑπένερθεν ἀέξεται οὐδεῖ ῥίζα.
Τὸν μὲν ἔχις βουβῶνος ὑπὲρ νεάτοιο χαράξας
ἄντλῳ ἐνυπνώοντα χυτῆς παρὰ τέλσον ἀλωῆς
εἶθαρ ἀφύπνισσεν καμάτου βίῃ· αὐτὰρ ὁ γαίης
ῥίζαν ἐρυσσάμενος τὸ μὲν ἕρκεϊ θρύψεν ὀδόντων
θηλάζων, τὸ δὲ πέσκος ἑῷ ἐνὶ κάββαλεν ἕλκει.
Ἦ μὴν καὶ πρασίοιο χλοανθέος ἔρνος ὀλόψας
χραισμήσαις ὀφίεσσι, πιὼν ἀργῆτι σὺν οἴνῳ·
ἥ τε καὶ ἀστοργοιο κατείρυσεν οὔθατα μόσχου
πρωτογόνου, στέργει δὲ περισφαραγεῦσα γάλακτι·
τὴν ἤτοι μελίφυλλον ἐπικλείουσι βοτῆρες,
οἱ δὲ μελίκταιναν· τῆς γὰρ περὶ φύλλα μέλισσαι
ὀδμῇ θελγόμεναι μέλιτος ῥοιζηδὸν ἵενται.
Ἠὲ σύ γ' ἐγκεφάλοιο πέριξ μήνιγγας ἀραιὰς
ὄρνιθος λάζοιο καθοικίδος· ἄλλοτ' ὀμόρξεις
ψῆγμα πολυκνήμου, καὶ ὀρείγανον, ἢ ἀπὸ κάπρου
ἥπατος ἀκρότατον χέρσας λοβόν, ὅς τε τραπέζης
ἐκφύεται, νεύει δὲ χολῆς σχεδὸν ἠδὲ πυλάων·
καὶ τὰ μὲν ἂρ σύμμικτα πιεῖν ἢ ἄνδιχα κόψας
ὄξεος ἢ οἴνης· πλεῖον δ' ἄκος ἔψεται οἴνης.
Ἐν δὲ φόβην ἐρύσασθαι ἀειθαλέος κυπαρίσσου
ἐς ποτὸν ἢ πάνακες ἢ κάστορος οὐλοὸν ὄρχιν
ἢ ἵππου, τὸν Νεῖλος ὑπὲρ Σάϊν αἰθαλόεσσαν
βόσκει, ἀρούρῃσιν δὲ κακὴν ἐπιβάλλεται ἅρπην·
ὅς τε καὶ ἐκ ποταμοῖο λιπὼν ζάλον ἰλυόεντα,
χιλοὶ ὅτε χλοάουσι, νέον δ' ἀπεχεύατο ποίην,
τόσσον ἐπιστείβων λείπει βάθος, ὁσσατίόν περ
ἐκνέμεται γενύεσσι παλίσσυτον ὄγμον ἐλαύνων.
Τοῦ μὲν ἀποπροταμὼν δραχμῆς βάρος ἰσοφαρίζειν,
ὕδατι δ' ἐμπίσαιο, κύτει ἐναολλέα κόψας.
Μηδὲ σύ γ' ἀβροτόνου ἐπιλήθεο, μηδέ τι δάφνης
καρπὸν ἀραιοτέρης· μάλα δ' ἂν καὶ ἀμάρακος εἴη
χραισμήεις πρασιῆς τε καὶ ἀνδήροισι χλοάζων·
ἐν δὲ τίθει τάμισον σκίνακος νεαροῖο λαγωοῦ,
ἢ προκὸς ἢ νεβροῖο, πάροιθ' ἀπὸ λύματα κόψας
ἢ ἐλάφου νηδὺν, τὴν δὴ καλέουσιν ἐχῖνον,
ἄλλοι δ' ἐγκατόεντα κεκρύφαλον· ὧν ἀπερύσσας
δραχμάων ὅσσον τε δύω καταβάλλεο μοίρας
τέτρασιν ἐν κυάθοις μέθυος πολιοῦ ἐπιμίξας.
ἠὲ καὶ ἐξ ἐλάφοιο ταμὼν πηρῖνα θοραίην.
Μηδέ σέ γε χραίσμη πολίου λάθοι ἠὲ κέδροιο
ἀρκευθὶς, σφαίρη τε θερειλεχέος πλατάνοιο,
σπέρματα βουπλεύρου τε καὶ Ἰδαίης κυπαρίσσου·

sparsa solo similes serpylio effundere ramos.
Tu quoque florentis radicem velle rotundam
asphodeli, aut tollentem alte fastigia caulem,
vel quæ distincto clauduntur semina folle;
atque etiam helxinen, clybatin plerique vocarunt;
gaudet aquis et fronde jugi per culta virescit.
Cuncta tere et cotyla vini aut mordentis aceti
mista bibas: potes et lymphis avertere pestem.
Alcibii radicem echii pariter lege, semper
aspera cæsaries cui spinis horret acutis,
purpurei circum flores, radixque profunda
et gracilis terram sese dimittit in imam.
Alcibio, dum somnum in stramine stratus iniret
areæ ad extremum, percusserat inguina morsu
vipera et extemplo hunc expergerat atra dolore:
ille solo vulsam radicem mandit et omnem
exsuxit crudumque obduxit magmate vulnus.
Quin et marrubii viridantia germina tundens
profueris, si mista mero simul hauseris albo;
tum soboli infensam, dum mammas sugit inanes,
compositis odiis quæ replet lacte juvencam,
agrestes meliphyllon eam dixere bubulci,
sive melictænam, quod captæ mellis odore
stridere apes circum soleant et sidere ramis.
Quæque cohortalis gallinæ parva cerebrum
membrana involvit, necnon quandoque legenda
frusta polycnemique et origanon, aut cape summam
aprugni fibram jecoris, quæ nata trapeza
vergitur ad bilis follem portisque propinquat:
hæc tusa et misto diluta bibantur aceto
aut vino, virtus sed longe maxima vino.
Et folium viridis potu concede cupressi
aut panaces, miserum vel castoris accipe testem
aut pascentis equi per Nili magna Saitæ
flumina, et ore malo terræ quoque farra metentis;
qui fluvio egrediens et turpis gurgite cæni,
dum floret seges atque herbam mutavit aristis,
procedit, quantum satis est, ut læta capessat
pabula et in fluctus possit remeare relictos.
Ex illo reseca quod drachmæ pondus adæquet,
et cuncta affusis in pila contere lymphis.
Nec vero abrotoni fructusve oblivio lauri
te capiat tenuis, confert et amaracus areas
hortorum complens et ripas fronde virenti;
his rapidi leporis timidive coagula damæ
vel capræ admisce, sed fæcibus ante revulsis,
aut cervi ventrem, quem multi nomine echinum
reticulumque vocant, alto sub ventre latentem.
Exempta hæc præbe drachmarum pondere binum
antiqui cyathis temeti mista quaternis,
aut rescissum etiam cervi penem genitalem.
Sed nec opem polii vel cedri juniperumve
ignora, et pilulam platani ne spreveris amplæ,
bupleuri quoque semen et Idææ cyparissi;

πάντα γὰρ ἀλθήσει καὶ ἀθέσφατον ἐκ μόγον ὤσει.
Τὴν δὲ μεταξετέρην θανάτου φύξιν τε καὶ ἀλκὴν
φράζεο· κολλυβάτειαν ἑλὼν τροχαλῷ ἐνὶ λίγδῳ
σώχειν· ἐν δέ τέ οἱ κοτύλην πτισάνοιο χέασθαι,
ἐν δὲ δύω κυάθεια παλαισταγέος οἴνοιο,
ἐν δὲ καὶ ἀργέσταο λίπευς ἰσόμοιρον ἐλαίου,
φύρσας δὲ πληγῇσι χολοιβόρον ἰὸν ἐρύξεις.
Ἄγρει δ' ἑξάμορον κοτύλης εὐώδεα πίσσαν,
καὶ χλοεροῦ νάρθηκος ἀπὸ μέσον ἦτρον ὀλόψας
ἠὲ καὶ ἱππείου μαράθου πολυαυξέα ῥίζαν,
κεδρίσιν ἐντρίψας ἑλεοθρέπτου τε σελίνου
σπέρματα, μεστωθὲν δὲ χάδοι βάθος ὀξυβάφοιο.
Ἔνθα καὶ ἱππείου προταμὼν σπερμεῖα σελίνου,
δραχμάων δὲ δύω σμύρνης ἐχεπευκέος ἄχθη,
ἐν δὲ θερειγενέος καρπὸν κεράσαιο κυμίνου
στήσας, ἠὲ χύδην τε καὶ ἄστατον ἀμφικυκήσας·
πῖνε δὲ μιξάμενος κυάθῳ τρὶς ἀφύξιμον οἴνην.
Νάρδου τ' εὐστάχυος δραχμήϊον ἄχθος ἑλέσθαι,
σὺν δὲ καὶ ὀκταπόδην ποταμοῦ ἀποσυληθέντα
καρκίνον ἐνθρύψαιο νεοβδάλτοιο γάλακτος,
Ἶρίν θ', ἣν ἔθρεψε Δρίλων καὶ Νάρονος ὄχθη,
Σιδονίου Κάδμοιο θεμείλιον Ἁρμονίης τε·
ἔνθα δύω δασπλῆτε νομὸν στείβουσι δράκοντε.
Λάζεο δ' ἀνθεμόεσσαν ἄφαρ τανύφυλλον ἐρείκην,
ἥν τε μελισσαῖος περιβόσκεται οὐλαμὸς ἕρπων·
καὶ μυρίκης λάζοιο νέον πανακαρπέα θάμνον,
μάντιν ἐνὶ ζωοῖσι γεράσμιον· ᾗ ἐν Ἀπόλλων
μαντοσύνας Κοροπαῖος ἐθήκατο καὶ θέμιν ἀνδρῶν·
μὶξ δὲ κονυζῆεν φυτὸν ἔγχλοον, ἠδὲ καὶ ἀκτῆς
καυλοὺς ἠνεμόεντας, ἰδὲ πτίλα πολλὰ καὶ ἄνθη
σαμψύχου κύτισόν τε καὶ εὐγλαγέας τιθυμάλλους·
πάντα δὲ λίγδῳ θρύπτε, καὶ ἐν σκαφίδεσσι δοχαίαις
φαρμάσσων μέθυ κεῖνο χοὸς δεκάτῃ ἐνὶ μοίρῃ.
Ἀλλ' ἤτοι γερύνων καναχοὶ περίαλλα τοκῆες
βάτραχοι ἐν χύτρῃσι καθεψηθέντες ἄριστοι
βάμματι· πολλάκι δ' ἧπαρ ἐνὶ σχεδίῃ ποθὲν οἴνῃ,
ἢ αὐτοῦ σίνταο κάρη κακὸν ἄλλοτε νύμφαις
τιἐμπισθὲν, τοτὲ δ' οἴνου ἐνὶ σταγόνεσσιν ἀρήξει.
Μὴ σύ γ' ἑλιχρύσοιο λιπεῖν πολυδεύκεος ἄνθην,
κόρκορον ἢ μύοντα, πανάκτειόν τε κονίλην,
ἥν τε καὶ Ἡράκλειον καὶ ὀρείγανον ἀμφενέπουσι·
σὺν καὶ ὄνου πετάλειον ὀρείγανον, αὖά τε θύμβρης
στρομβεῖα ψώχοιο, κακῆς ἐμφόρβια νούσου.
Ἄγρει μὰν ὀλίγαις μηκωνίσι ῥάμνον ἐΐσην
ἑρσομένην, ἀργῆτι δ' ἀεὶ περιτέτροφεν ἄνθει·
τὴν ἤτοι φιλέταιρον ἐπίκλησιν καλέουσιν
ἀνέρες, οἳ Τμώλοιο παραὶ Γύγαό τε σῆμα
Παρθένιον ναίουσι λέπας, τόθι Κίλβιν ἀεργοὶ
ἵπποι χιλεύουσι, καὶ ἀντολαί εἰσι Καΰστρου.
Νῦν δ' ἄγε τοι ῥίζας ἐρέω ὀφίεσσιν ἀρωγούς.
Ἔνθα δύω ἐχίεια πιφαύσκεο· τῆς δὲ τὸ μέν που
ἀγχούσῃ προσέοικεν ἀκανθῆεν πεταλεῖον·
παῦρον ἐπεὶ τυτθόν τε καὶ ἐν χθονὶ πυθμένα τείνει.
Ἡ δ' ἑτέρη πετάλοισι καὶ ἐν καλύκεσσι θάλεια

nam cuncta auxilio subeunt superantque laborem.
Nunc alias artes, alias nunc disce fugandæ
mortis opes, pilæque cavo tere collybateam,
heminam adfundens ptisanæ geminosque falerni
adiungens cyathos prisco jam consule nati,
et pinguis tantum succi qui fluxit oliva;
hæc confusa trahent rodentem e vulnere bilem.
Quin olidæ largire picis sescunciam et una
internam viridis ferulæ concede medullam,
aut magnas grandis radices hippomarathri
intritas cedri baccis apiique palustris
seminia : oxybaphi plenus modus omnibus esto.
Adde illis apii concisum semen equini,
et piceam drachmæ geminato pondere myrrham,
æstivique simul fructum superadde cumini
appensum, temere aut sumptum, non pondere certo,
confundas, cyathisque meri tribus ebibe mista.
Tum nardi drachmam pulcra nitentis arista
accipe et octipedem raptum de flumine cancrum
lacte novo terito, tum natum Naronis irin
δευομένου δυσάλυκτος ἰάπτεται ἔνδοθι κνηθμός·
οἷά τ' ὀπῷ νιφόεντι κράδης ἢ τρηχέϊ κνίδῃ
χρῶτα μιαινόμενος, ἢ καὶ σπειρώδεϊ κόρσῃ
σκίλλης, ἥτ' ἔκπαγλα νέην φοινίξατο σάρκα.
Τοῦ καὶ ἐπισχομένοιο περὶ στόμαχον βάρος ἵζει
πρῶτ' ἀνερεπτόμενον, μετέπειτα δὲ λοιγέϊ συρμῷ
ῥιζόθεν ἑλκωθέντα; κακὸν δ' ἀποήρυγε δειρῆς,
ὡσεί τε κρεάων θολερὸν πλύμα χεύατο δαιτρός·
σὺν δέ τε καὶ νηδὺς μεμιασμένα λύματα βάλλει.
Ἀλλὰ σὺ πολλάκι μὲν χαίτην δρυὸς οὐλάδα κόψας,
πολλάκι καὶ φηγοῖο πόροις ἀκύλοισιν ὁμήρη·
ἠὲ σύ γε βδήλαιο νέον γλάγος ἔνδοθι πέλλης·
αὐτὰρ ὃ τοῦ κορέοιτο καὶ ἐν στομάτεσσιν ἐρύξαι.

circum ora attollunt et magna mole gravantur
ore spuit sicco, rimis gingiva fatiscit;
horror sæpe quatit trepidantia corda, furore
exundat diro mens exagitata veneno;
balantes imitatur oves, et mille furores
concipit, exclamat ferventi ut concitus ira,
cui vitale caput violentus ademerit ensis;
aut veluti, cui templa Rheæ et libamina curæ
æditua, in plateas, nona quando luna revertit,
fertur et Idæos campos ululatibus implet;
tum trepidi horrescunt audita voce bubulci:
sic miser in rabiem versus fremit ille rugitque,
et torva in morem taurorum lumina torquens
exacuit dentes et spumam fundit ab ore.
Quem primum manicis strictum vinclisque teneto,
tum vi non magna diductas nectare fauces
imple, atque immissis stridentia protinus ora
irrita digitis, vomat ut virosa coactus;
aut pullum, quem nuper edax excluserit anser,
merge in aquam et flammis elixa undantis abeni;
et virgulta rudis prosunt silvestria mali,
sed purgata prius, quæ crescunt montibus altis,
quæque per æstatem nostris nascuntur in hortis
mala, quibus ludunt delectanturque puellæ;
struthiaque interdum, vel quæ devecta Cydone
arbore in austera crescunt, edisse juvabit;
et contusa simul malorum semina sæpe
prosunt ægroto, liquidisque madentia lymphis
mistaque pulejo, gratum quod spiret odorem;
quodque rosam redolet, vel quod sapit irin, olivum
ori cum lana potes instillare recluso;
plurima sed tandem perpessus tempore longo
vix unquam poterit gressus firmare labantes,
sed trahet attonitus oculis fallentibus ævum.
Isto Gerræi Nomades populusque, rapacem
qui colit Euphraten, armant sua tela veneno;
quæ postquam hæserunt et non sanabile vulnus
inflixere, caro livet, virusque putrescit
vipereum, atque cutis se tabo feta resolvit.
Si quisquam infestos Medeæ Colchidis ignes
incautus gustarit ephemeron, ille repente
uritur internis sæva prurigine labris;
ut cui vel fici succo candente vel acri
urtica, aut scillæ perfrictum vertice corpus,
horrendum in tenera quæ tollit carne ruborem.
Hoc ubi susceptum est, stomacho grave pondus in ipso
insidet, is ructat primum, post ulcera diro
contrahit ex vomitu, fœdusque e gutture fertur,
carnibus ablutis qualem coquus abjicit, humor;
alvusque impuras effundit sordida fæces.
Sæpe salutiferam quercus fagique virentis
cæde comam glandemque simul, quæ pendet in illis;
et lac in mulctram subducito, coctaque mande,
dum stomachum saties, et pleno contine in ore.

Ἠ μὴν πουλυγόνοιο τότε βλαστήματ' ἀρήξει,
ἄλλοτε δὲ ῥιζεῖα καταψηχθέντα γάλακτι·
σὺν δὲ καὶ ἀμπελόεις ἕλικας ἐνθρύπτεο νύμφαις·
ἴσως καὶ βατόεντα περὶ πτορθεῖα κολούσας·
καί τε σὺ γυμνώσειας ἐϋτρεφέος νέα τέρφη
καστανέου καρύοιο λαχυφλοίοιο κάλυμμα,
νειαίρην τόθι σάρκα περὶ σκύλος αὖον ὀπάζει
δυσλεπέος καρύοιο, τὸ Καστανὶς ἔτρεφεν αἶα.
Ῥεῖα δὲ νάρθηκος νεάτην ἐξαίνυσο νηδὺν,
ὅστε Προμηθείοιο πυρὸς ἀνεδέξατο φωρήν·
σὺν δὲ καὶ ἑρπύλλοιο φιλοζώοιο πέτηλα,
εὐφίμου τ' ἀπὸ καρπὸν ἅλις καταβάλλεο μύρτου·
ἢ καί που σιδόεντος ἀπὸ βρέξαιο κάλυμμα
καρπείου, μιγάδην δὲ βαλὼν ἐμπίσεο μύρτοις,
ὄφρ' ἂν ἐπιστύφοντι ποτῷ νοῦσον δὲ κεδάσσαις.
Ἰξιόεν δέ σε μή τι δόλῳ παρὰ χείλεσι πῶμα
οὐλοφόνον λήσειεν, ὅτ' ὠκιμοειδὲς ὄδωδε·
τοῦ μὲν ὑπὸ γλώσσης νέατος τρηχύνεται ὁλκὸς,
νέρθεν ὑποφλεγέθων· ὁ δέ οἱ ἐμπάζεται ἦτορ
λυσσηθεὶς, γλῶσσαν δὲ καταπρίει κυνόδοντι·
δὴ γὰρ ὅ γ' ἔμπληκτος φρένα δάμναται· ἀμφὶ δὲ δοιοὺς
εἰκῇ ἐπιφράσσουσα πόρους τυφλώσατο νηδὺς
ὑγρῶν τε βρωτῶν τε, καταπνίγουσα δὲ πνεῦμα
ἐντὸς ὑποβρομέει, ὀλίγῳ δ' ἐνελίσσεται ὁλκῷ·
πολλάκι δὲ βροντῇσιν ἀνομβρήεντος Ὀλύμπου
εἰδόμενος, ποτὲ δ' αὖτε κακοῖς ῥόχθοισι θαλάσσης
οἷος πετραίῃσιν ὑποβρέμεται σπιλάδεσσι.
Τῷ καὶ στρευγομένῳ περ ἀνήλυθεν ἐκ καμάτοιο
πνεῦμα μόλις, πόσιες δὲ παραυτίκα λύματ' ἔχευαν
φαρμακόεις ὠοῖσιν ἀλίγκια, τοῖά τε βοσκὰς
ὀρταλὶς, αἰχμητῇσιν ὑπευνηθεῖσα νεοσσοῖς,
ἄλλοτε μὲν πληγῇσι νέον θρομβήϊα γαστρὸς
ἔκβαλεν, ἐν μήνιγξιν ἀνοστέα, πολλάκι νούσῳ
μαρναμένη δύσπεπτον ὑπὲκ γόνον ἔκχεε γαίῃ.
Τῷ μέν τ' εὐβρεχέος ἀψινθίου ἄλγος ἀρήξει
ἔνστυφον πόμα κεῖνο νεοτρίπτῳ ὑπὸ γλεύκει·
καί ποτε ῥητίνην τερμινθίδα, πολλάκι πεύκης,
πολλάκι καὶ πίτυος γοερῆς ἀπὸ δάκρυα τμῆξαι,
Μαρσύου ἧχί τε Φοῖβος ἀπὸ φλόα δύσατο γυίων·
ἡ δὲ μόρον πολύπυστον ἐπαιάζουσα κατ' ἄγκη
οἴη συννεχέως ἀδινὴν ἀναβάλλεται ἠχήν.
Ἄσαι δὴ πολίοιο μυοκτόνου ἄργεος ἄνθην,
ἠέ τι καὶ ῥυτῆς πεδανὰς ἀπαμέργεο βλάστας,
νάρδον, λιμναίου τε χαδὼν ἀπὸ κάστορος ὄρχιν·
ἢ ὀδελὸν κνηστῆρι κατατρίψαιο χαράκτρῳ
σιλφίου, ἄλλοτε δ' ἶσον ἀποτμήξειας ὀποῖο·
πολλάκι δ' ἀγροτέρης τραγοριγάνου, ἠὲ γάλακτος
πηγνυμένου κορέοιτο νεημέλκτῃ ἐνὶ πέλλῃ.
Ἢν δέ τις ἀφροσύνῃ ταύρου μέλαν αἷμα πάσηται,
στρευγεδόνι προδέδουπε δαμαζόμενος καμάτοισιν,
ἦμος πιλνάμενον στέρνοις κρυσταίνεται εἶαρ,
ῥεῖα, θρομβοῦται δὲ μέσῳ ἐνὶ τεύχεϊ γαστρός·
φράσσονται δὲ πόροι, τὸ δὲ θλίβεται ἔνδοθι πνεῦμα
αὐχένος ἐμπλασθέντος, ὁ δὲ σπαδόνεσσιν ἀλύων
δηθάκις ἐν γαίῃ σπαίρει μεμορυγμένος ἀφρῷ.

Herbæ etiam ramos, cui ductum a sanguine nomen,
vel modo radicem lacti incoxisse juvabit;
viteus et palmes tenera mollescat in unda,
atque rubi horrentis pariter virgulta terantur;
hirsutamque nucem, quæ læto provenit agris
ubere Castaneis, (hinc castaneæ inditur ipsi
nomen,) difficili detracto cortice nuda,
et cape qui carnem siccus liber implicat imam.
Exime et interno ferulæ de ventre medullam
quæ quondam furtivo incanduit igne Promethei;
et folia expedient nunquam morientia olentis
serpylli, et quas fert baccas asperrima myrtus;
Punica cum myrto quod gestant mala putamen
excoque, et infectum decocto prolue ventrem,
ut tandem austero vincas medicamine morbum.
Ne vero admotum labris fallare bibendo
viscosum ulophonon, quod præfert ocima gustu;
mox tumor et summam gravis inflammatio linguam
accendit, cordis vires animusque recedunt,
tum linguam rabido laceratam dente remordet;
et stupet attonitus, qui viscum exhausit, et ambo
in cæco obstructi connivent ventre meatus
potus atque cibi, flatus ubi carcere clausi
dant strepitum et circum spatiis volvuntur iniquis,
horrisono veluti cœlum tonat omne fragore,
aut celeres duris illisæ rupibus undæ
clamorem attollunt inter cava saxa, fremuntque.
Sic misere afflictus vix tandem ducere presso
ore potest animam, ac si quis medicata propinet
pocula, mox sordes similis profunditur ovis,
qualia concepit coitu gallina frequenti,
et pugnans crebris contuso corpore plagis
perdit humi, morbo vel conflictata molesto
abjicit, informe et crudum sine tegmine semen.
Sed tantos pellent absinthia cana dolores
et morbo expedient, musto diluta recenti;
et piceæ resina vel Oriciæ terebinthi
danda, aut quæ tristi de pinu lacrima venit,
Marsya ubi a Phœbo nudatus pelle pependit,
interitum cujus deplorans illa gemitque
perpetuo et mœstis implet juga sola querelis.
Convenit et polii redolentem mandere florem
parvaque ferventis decerpere germina rutæ,
et nardum et testem fluviali e castore cæsum;
laseris aut radix, obolum quæ pendeat unum,
secta juvat, succusve pari jam pondere dandus;
origanonque agreste hirci de nomine dictum
haustaque profuerit concreti copia lactis.
At si quis tauri nigrantem forte cruorem
sorbuit, afflictus sævo jacet ille dolore,
namque cruor subiens penetralia corporis alta
concrescit, mediaque coit glaciatus in alvo;
aeris arcta via est, presso quem gutture clausum
intus pulmo tenet; convulsus at ille frequenter
concutitur saliens et spumis oblitus ora.

Τῷ μέν τ' ἢ ὀπόεντας ἀποκραδίσειας ἐρινοὺς,
ὄξει δ' ἐμπίσαιο, τὸ δ' ἀθρόον ὕδασι μίξας
συγκεράων νύμφας τε καὶ ἔνστυφον ποτὸν ὄξους·
ἠὲ καὶ ἐκφλοίοιο καταχθέος ἕρματα γαστρός.
Καί τε σὺ πυετίην ὀθόνης πολυωπέϊ κόλπῳ
φύρσιμον ἠθήσαιο ποτὲ προκὸς, ἄλλοτε νεβροῦ,
ἢ ἐρίφου, τότε δ' αὖ σὺ καὶ εὐσκάρθμοιο λαγωοῦ
αἰνύμενος, μογέοντι φέροις εὐαλθέ' ἀρωγήν.
Ἠὲ νίτρου στήδην ὀδελοῦ πόρε τριπλόον ἄχθος
εὐτριβέος, κίρνα δὲ ποτῷ ἐνὶ δεύκεϊ Βάκχου·
ἐν καὶ σιλφιόεσσαν ὀποῖό τε μοιρίδα λίτρην,
καὶ σπέραδος κραμβῆεν ἅλις μεμορυγμένον ὄξει·
ἆσαι δὴ ῥάδικα κακοφλοίοιο κονύζης,
ἢ πέπεριν ἢ βλάστα κατασμώξαιο βάτοιο,
καί κεν πηγνυμένοιο χύσιν διὰ ῥεῖα κεδάσσαις,
ἠὲ διαθρύψειας ἐν ἄγγεσιν ἑστηκυῖαν.
Μὴ μὲν ἐπαλγύνουσα πόσις βουπρήστιδος ἐχθρῆς
λήσειεν, σὺ δὲ φῶτα δαμαζόμενον πεπύθοιο.
Ἡ δ' ἤτοι λίτρῳ μὲν ἐπιχρώζουσα χαλινὰ
εἴδεται ἐμβρυχθεῖσα βαρύπνοος· ἀμφὶ δὲ γαστρὸς
ἄλγεα δινεύοντα περὶ στομάτεσσιν ὄρωρεν·
οὖρα δὲ τυφλοῦται, νεάτη δ' ὑπὸ κύστις ὀρεχθεῖ·
πᾶσα δέ οἱ νηδὺς διαπίμπραται, ὡς ὁπόθ' ὕδρωψ
τυμπανόεις ἀνὰ μέσσον ἀφυσγετὸς ὀμφαλὸν ἵζει·
ἀμφὶ δέ οἱ γυίοις τετανὸν περιφαίνεται ἔρφος·
ἢ καί που δαμάλεις, ἐριγάστορας ἄλλοτε μόσχους,
πίμπραται, ὁππότε θῆρα νομαζόμενοι δατέονται·
τοὔνεκα τὴν βούπρηστιν ἐπικλείουσι νομῆες.
Τῷ καὶ εὐκραδίης τριπετῆ ἐν νέκταρι μίξαις
σύκων αὐανθεῖσαν ἅλις πόσιν ὀμφαλόεσσαν,
ἠέ τι καὶ σφύρῃ μιγάδην τεθλασμένα κόψας,
ἐν πυρὶ τηξάμενος πορέειν ἀλκτήρια νούσων·
καί κε μελιζώροιο νέον κορέσαιο ποτοῖο
ἀνέρα λαιμώσσοντα, τοτὲ γλάγος εἰν ἐνὶ χεύαις·
πολλάκι φοίνικος ψαφαρὸν καταμίσγεο καρπόν·
ἄλλοτε δ' αὐαλέης ὄχην ἀχράδος, ἢ ἀπὸ βάκχης,
ἢ ἀπὸ μυρτίνης ὀτὲ μυρτίδας οἰνάδι βάλλων.
Ἤ ὅγε καὶ θηλῆς ἅτε δὴ βρέφος ἐμπελάοιτο
ἀρτιγενὲς, μαστοῦ δὲ ποτὸν μοσχηδὸν ἀμέλγοι·
οἵη τ' ἐξ ὑμένων νεαλὴς ὑπὸ οὔθατι μόσχος
βράττει ἀνακρούουσα χύσιν μενοεικέα θηλῆς.
ἄλλοτε πιαλέης πόσιος χλιαροῖο κορέσκοις,
εἰς δ' ἔμετον βιάοιο, καὶ οὐ χατέοντά περ ἔμπης
χειρὶ βιαζόμενος ἢ καὶ πτερῷ, ἢ ἀπὸ βύβλου
στρεπτὸν ἐπιγνάμψαιο κακῶν ἐρυτῆρα φάρυγγος.
Ἢν δ' ἐπιθρομβωθῇ νεαλὲς γάλα τεύχεϊ γαστρὸς,
δή ποτε τόνδε τε πνιγμὸς ἀθροιζομένοιο δαμάζει.
Τῷ δή τοι τρισσὰς πόσιας πόρε, μέσσα μὲν ὄξευς,
ῥοιὰς δὲ γλυκέος, στεγανὴν δ' ὑποσύρεο νηδύν·
ἠέ τι καὶ Λιβύηθε ποτῷ ἐγκνήθεο ῥίζας
σιλφίου, ἄλλοτ' ὀποῖο, νέμοις δ' ἐν βάμματι τήξας·
πολλάκι δὲ ῥύπτειραν ἐπεγκεράσαιο κονίην,
ἠὲ νέον βρυόεντα θύμου στάχυν· ἄλλοτ' ἀμύνει
βότρυς, εὐκνήμοιο μέγα βρεχθέντος ἐν οἴνῃ·

Sed tu lacte graves ficorum collige grossos,
inque mero mergas acido, mox omnia lymphis
confundes, mordax ut acetum temperet unda;
et vacua tumidum tendentia pondera ventrem.
Quinetiam capreæ imbellisve coagula damæ
aut hædi, aut agili leporis de corpore rapta
liquida per tenuis angusta foramina veli
colanda; et facilem dabit hæc tibi cura salutem.
Aut nitri dones obolorum pondera ternûm
lævis et intriti, quæ miti dilue Baccho;
laseris et justam succique fluentis ab illo
libram adde et crambes madefactum semen aceto;
tuque olidæ exsatura stomachum radice conyzæ,
cui piper et duri sint germina mixta rubeti;
sic facile incides glomeratum in frusta cruorem
atque alte medio franges in viscere fixum.

Sed neque te lateat, si quis buprestida tætram
hauserit: epotam signa haud obscura sequentur.
Illa quidem nitro simili mox ora colore
inficit, ingratamque exhalat mansa mephitin,
et stomachum tumidumque exercent tormina ventrem.
Urina adstricta est, magno vesica dolore
ingemit, et venter valde inflatus tumet omnis,
umbonem quasi tympanicus simul obsidet hydrops,
contrahitur membris distenta cuticula totis;
sæpe etiam inflantur vituli fortesque juvenci,
si forte hanc avido lacerarint ore latentem;
unde illam Grajo buprestida nomine dicunt.
Sed tamen auxilium feret is, qui nectare siccas
miscuerit trimo, ficus dederitque bibendas,
aut simul in pila tunsas qui macerat igne,
egregium adversus febres medicamen, et inde
propinat pleno mellitum gutture potum,
quique, ubi lac pendenti expresserit ubere vaccæ,
sæpe levem haud dubitat palmæ conjungere fructum,
achradis aut duræ, vel quæ pyra Bacchica multi
myrteaque appellant, Lenæo immergere dono.
Maternam ille etiam pueri de more papillam
ubraque ut vitulus sugat distenta juvencæ,
qui petulans primùm ut cœpit prodire secundis,
elicit e mammis quadrantem viribus undam;
pinguis et interdum tepefacti potus olivi
provocet ad vomitum, atque immissis ora lacessens
coge recusantem digitis pennaque recurvoque
et modice intorto fauces purgante papyro.

Sin lac in grumos gravida glomeratur in alvo,
præcluditque animam, et pectus suffocat anhelum.
At potum præbe, cujus pars acris aceti
una sit, et passi geminæ; ventremque repurga
clystere, et Libycis devectum laser ab oris
intere, vel succum, dilutaque combibe posca;
sæpe etiam incidens lixivia danda thymique
semine spica gravis, sarmentosæque racemus
vitis opem tulerit Bacchi madefactus in imbre;

ἐν καί που τεμίσοιο ποτὸν διεχεύατο θρόμβους
καὶ χλοεραὶ μίνθης ἀπὸ φυλλάδες, ἠὲ μελίσσης
ἠὲ καὶ ἐν στύφοντι ποτῷ μεμορυγμέναι ὄξευς.
'Αλλ' ἄγε δὴ φράζοιο δορύχνιον, οὗτε γάλακτι
ὠπή τε βρῶσίς τε περὶ στομάτεσσιν ἔϊκται·
τῷ δή τοι λυγμοὶ μὲν ἀηθέσσοντες ὁμαρτῇ
αὐχέν' ἀνακρούουσιν, ὁ δ' ἀχθόμενος στόμα γαστρὸς,
πολλάκι μὲν δαίτην ἀπερεύγεται αἱματόεσσαν,
ἄλλοτε νηδυΐων θολερὴν μυξώδεα χεύει,
τηνεσμῷ ὡσεί τε δυσέντερος ἀχθόμενος φώς·
δή ποτε τειρόμενος καμάτοις κάρφουσι δέδουπε
γυῖα δαμεὶς, οὐ μὲν ποθέει ξηρὸν στόμα βρέξαι.
Τῷ δὲ σὺ πολλάκι μὲν γλάγεος πόσιν, ἄλλοτε μίγδην
ῥεῖα γλυκὺ νείμειας ἀλυκρότερον δεπάεσσι·
καί τε καὶ ὄρνιθος φιαρῆς πυρὶ τηκομένη σὰρξ
θωρήκων ἤμυνεν εὐτρεφέων βρωθεῖσα·
ἤμυνεν καὶ χυλὸς ἅλις χύμβησι ῥοφηθείς·
ὅσσα τε πετρήεντος ὑπὸ ῥόχθοισι θαλάσσης
κνώδαλα φυκιόεντας ἀεὶ περιβόσκεται ἀγμοὺς,
ὧν τὰ μὲν ὠμὰ πάσαιτο, τὰ δ' ἑφθέα, πολλάκι θάλψας
ἐν φλογιῇ, στρόμβων δὲ πολὺ πλέον, ἠέ τι κάλχης,
κηραφίδος, πίννης τε καὶ αἰθήεντος ἐχίνου,
δαῖτες ἐπαλθήσουσιν, ἰδὲ κτένες· οὐδέ τι κήρυξ
δὴν ἔσεται, τήθη τε γεραιόμενα μνίοισι.
Μηδέ σέ γ' ἐχθομένη λήθη πόσις, οὐ γὰρ ἄϊδρις,
Φαριακοῦ, γναθμοῖσιν ἐπεὶ βαρὺν ὤπασε μόχθον·
τὴν ἤτοι γευθμῷ μὲν ἰσαιομένην μάθε νάρδῳ.
Ἤνυσε δὲ σφαλεροὺς, ὁτὲ δ' ἄφρονας· ἐν δὲ μονήρει
ῥηϊδίως ἀκτῖνι βαρὺν κατεναίρεται ἄνδρα.
'Αλλὰ σὺ πολλάκι μὲν σταδίην εὐανθέα νάρδου
ῥιζίδα θυλακόεσσαν ὀπάζεο, τήντε Κίλισσαι
πρηδόνες ἀλδαίνουσι παρὰ πλημμυρίδα Κέστρου·
ἄλλοτε δὲ σμυρνεῖον ἐύτριβες, ἄλλοτε δ' αὐτὴν
ἶριδα λειριόεν τε κάρη, τό τ' ἀπέστυγεν 'Αφρὼ,
οὕνεκ' ἐριδμαίνεσκε χροιῆς ὕπερ· ἐν δέ νυ θρίοις
ἀργαλέην μεσάτοισιν ὀνειδείην ἐπέλασσε,
δεινὴν βρωμήεντος ἐναλδήνασα κορύνην.
Πολλάκι δὲ σκύλαιο κάρη, περὶ δ' αἴνυσο λάχνην
κέρσας εὐήκει νεόθεν ξυρῷ· ἐν δέ νυ θάλψαις
ἦϊα κριθάων νεοηλέα, φυλλάδα τ' ἰσχνὴν
πηγάνου, ἥντ' ὤκιστα βορῇ ἐπεσίνατο κάμπη, [σοις.
βάμματι δ' ἐνδεύσαιο, καὶ εὖ περὶ κόρσεα πλάσ-
Μὴ μὲν ὑοσκυάμῳ τις ἀΐδρήεντα κορέσκοι
νηδὺν· οἷά τε πολλὰ παρασφαλέες σπέρχονται,
ἠὲ νέον σπείρημα καὶ ἀμφικάρηνα κομάων
κοῦροι ἀπειπάμενοι, ὀλοὴν θ' ἑρπηδόνα γυίων,
ὀρθόποδες βαίνοντες ἄνις μογεροῖο τιθήνης.
* *
ἠλοσύνῃ βρύκωσι κακανθήεντας ὀράμνους
* *
οἷα νέον βρωτῆρας ὑπὸ γναθμοῖσιν ὀδόντας
φαίνοντες, τότε κνηθμὸς ἐνοιδέα δάμναται οὖλα.
Τῷ δόμεναι καθαρὴν γλάγεος πόσιν ἤλιθα πίνειν·
ἄλλοτε βουκέραος χιληγόνου, ὄφρα κεραίας

pota quoque interdum solvere coagula grumos
et viridis nepetæ stillantia germina melle
aut perfusa amni linguam mordentis aceti.
Nunc age contemplare dorycnion, adspice primum
quam color et gustus niveo sunt proxima lacti;
et mox singultus nascentes colla frequenter
comprimere insuetos, stomachumque indigna ferentem
sæpe cibos vomitu, respersos sanguine, sursum
pellere, nunc infra cænosum effundere mucum:
ut quem tenasmus miserandaque tormina vexant;
qui sævo cruciatu exhaustis viribus æger
stratus humi jacet atque arentia negligit ora
colluere. At contra poti vis maxima lactis,
et tepidi si quis miscebit pocula passi;
quinetiam elixi flammis caro candida galli
profuerit, quæ armos robustaque pectora vestit,
nec minus expressum juvat absorbere liquorem,
et quotquot petras inter scopulosque sonantes
algosa et circum pascuntur littora pisces,
hos crudos, vel si prunis libet indere, tostos
mande, sed imprimis prosunt conchylia, murex
et carabi et pinnæ, dabit et rubicundus echinus
auxilium et pecten, nec postponenda medelis
buccina et in musco quæ degunt ostrea vili.
Nec mage Phariaci potus (tam certa videntur
signa) latere potest, quod sensu torquet acerbo
maxillas, nulloque sapit discrimine nardum.
Perturbat mentem tremebundaque membra resolvit,
et patitur miseros lucem non amplius unam
vivere. Sed justo radicem pondere nardi
thylacitis præbe, Cilicum quæ montibus altis
crescit, ubi undosi labuntur flumina Cestri;
smyrnion terito interdum, simul irida sumas
lirineumque caput, dea quod Cytherea perosa,
de forma quoniam secum contendere vellet,
illius in mediis, probro cessura perenni
impressit foliis pudibunda rudentis aselli.
Sæpe caput radens tonsoris detrahe cultro
ægroti crines calvoque infunde foventem,
hordea quam primum fuderunt trita, farinam,
sive comam rutæ, quam campæ rodere gaudent,
hanc acido misce gemina et line tempora circum.
Nullus hyoscyamo male prudens expleat alvum,
ut faciunt, queis cæca animum dementia versat,
aut pueri, quando lanugo vertice prima
decidit, et pedibus possunt incedere rectis
repere jam obliti, nec adhuc nutricis egentes,
* *
flore malo insignes qui gaudent mandere ramos
* *
ut modo quum primos cœperunt edere dentes,
prurituque tumens illis gingiva doleret.
At noxam exhausti curabit copia lactis,
aut vescæ siliquæ, solitæ proferre recurvos

εὐκαμπεῖς πετάλοισιν ὑπηνεμίοισιν ἀέξει,
ἀτμενίῳ μέγ' ὄνειαρ ὅτ' ἐμπλώησιν ἐλαίῳ.
Ἠὲ σύ γ' αὐαλέον κνίδης σπόρον, ἄλλοτε δ' αὐτὴν
νείμαις ὠμόβρωτον ἄδην ἀνὰ φυλλάδ' ἀμέλξαι,
κίχορα καρδαμίδας τε καὶ ἣν περσεῖον ἔπουσιν,
ἐν δέ τε νάπειον ῥάφανόν θ' ἅλις, ἐν δέ τε λεπτὰς
ἄμμιγα κρομμύων γηθυλλίδας· ἤρκεσε δ' ἄτην
εὔαγλις κώδεια νέον σκορόδοιο ποθεῖσα.
Καὶ δὲ σὺ μήκωνος κεβληγόνου ὁππότε δάκρυ
πίνωσιν πεπύθοιο καθυπνέας· ἀμφὶ γὰρ ἄκρα
γυῖα καταψύχουσι· τὰ δ' οὐκ ἀναπίτναται ὄσσε·
ἀλλ' αὔτως βλεφάροισιν ἀκινήεντα δέδηεν·
ἀμφὶ δὲ ὀδμήεις καμάτῳ περιλείβεται ἱδρὼς
ἀθρόος· ὠχραίνει δὲ ῥέθος, πίμπρησι δὲ χεῖλη·
δεσμὰ δ' ἐπεγχαλάουσι γενειάδος· ἐκ δέ τε παῦρον
αὐχένος ἑλκόμενον ψυχρὸν διανίσσεται ἄσθμα·
πολλάκι δ' ἠὲ πελιδνὸς ὄνυξ μόρον ἠέ τι μυκτὴρ
στρεβλὸς ἀπαγγέλλει, ὁτὲ δ' αὖ κοιλωπέες αὐγαί.
Ἄσσα σὺ μὴ δείδιθι, μέλοιο δὲ πάμπαν ἀρωγῆς,
οἰνάδι καὶ γλυκόεντι ποτῷ κεχαφηότα πιμπλὰς
τινθαλέῳ· ποτὲ δ' ἔργα διαθρύψαιο μελίσσης
ἄμμιγα ποιπνύων Ὑμήττιδος· αἵ τ' ἀπὸ μόσχου
σκήνεος ἐξεγένοντο δεδουπότος ἐν νεμέεσσιν.
Ἔνθα δὲ καὶ κοίλοιο κατὰ δρυὸς ἐκτίσσαντο
πρῶτόν που θαλάμας συνομήρεες, ἀμφὶ καὶ ἔργων
μνησάμεναι Δηοῖ πολυωπέας ὤπασαν ὄμπας,
βοσκόμεναι θύμα ποσσὶ καὶ ἀνθεμόεσσαν ἐρείκην.
Δή ποτε δ' ἢ ῥοδέοιο νέον θύος εὔτριχι λήνει
ὀχλίζων κυνόδοντα τότ' ἡμύουσι χαλινοῖς
ἐνθλίβοις, μᾶλλον δὲ βαθὺν κεχορεσμένον ἕλκοις,
ἠὲ καὶ ἰρινέου· ποτὲ δ' αὖ μορόεντος ἐλαίης.
Αἶψα δὲ τόνδ' ἑκάτερθε διὰ ῥέθος ἔγρεο πλήσσων,
ἄλλοτε δ' ἐμβοόων, ὁτὲ δὲ κνώσσοντα σαλάσσων,
ὄφρα κατηβολέων ὀλοὸν διὰ κῶμα κεδάσσῃ,
τῆμος δ' ἐξερύγῃσιν ἀλεξόμενος κακὸν ἄλγος.
Σπεῖρα δ' ἐνὶ χλοερῷ λίπεϊ, πρὸ δὲ νέκταρι, βάπτων
τρῖβε, καὶ ἐκθέρμαινε ποτῷ ἐψυγμένα γυῖα.
Ἄλλοτε δ' ἐν δροίτῃ κεράων ἐμβάπτεο σάρκα·
αἶψα δὲ τινθαλέοισιν ἐπαιονάασσο λοετροῖς,
αἷμ' ἀναλυόμενος τέτανόν τ' ἐσκληκότα ῥινόν.
Εἰδείης δὲ λαγοῖο κακοφθορέος πόσιν ἔμπης
οὐλομένην, τὸν κῦμα πολυστείου τέκεν ἅλμης.
Τοῦ δή τοι λοπίδων μὲν ἴδε πλύματος πέλει ὀδμή,
γευθμὸς δ' ἰχθυόεις νεπόδων ἅτε σαπρυνθέντων,
ἠὲ καὶ ἀρρύπτων, ὁπόταν λοπὶς αὐξίδα χραίνῃ.
Ὃς δή τοι ῥυπόεις μὲν ὑπ' ὀστλίγγεσσιν ἀραιαῖς
τευθίδος ἐμφέρεται νεαλὴς γόνος, ἢ ἅτε τεύθου,
ἢ ἅτε σηπιάδος φυξήλιδος, ἥτε μελαίνει
οἶδμα χολῇ, δολόεντα μαθοῦσ' ἀγρώστορος ὁρμήν.
Τῶν ἤτοι ζοφόεις μὲν ἐπὶ χλόος ἔδραμε γυίοις
ἰκτερόεις, σάρκες δὲ περιστολάδην μινύθουσι
τηκόμεναι· ὁ δὲ δόρπα κατέστυγεν· ἄλλοτε ῥινὸς
ἄκρον ἐποιδαίνων σφυρὰ πίμπραται· ἀμφὶ δὲ μήλοις
ἄνθεά τε βρύοντα κυλοιδιόωντος ἐφίζει.

sub levibus foliis referentes cornua fructus,
a magna expresso si perfundatur olivo.
Crudam etiam urticam vel semina sicca comesse,
compressum et labiis foliorum exsugere succum
convenit, intybaque et nasturcia perseaque arbos
et napy et raphanus tenuisque cacumina porri
et caput auxilio est, quod junctis ordine granis
allia compactum gestant, potuque medetur.
Fecundi lacrimam quicunque papaveris hausit,
hunc sopor altus habet, glaciali frigore summi
torpescunt artus, nec lumina cæca recludit,
commissis sed vincta genis immota tenentur;
undique permulto corpus sudore gravique
exstillat, pallet facies, sunt fervida labra;
vincula malarum solvuntur, anhelitus imo
exiguum frigensque simul spiratur ab ore.
sæpe etiam obtortæ nares vel lividus unguis
aut oculi sunt certa cavi præsagia mortis.
Tu ne cede metu, sed curæ accingere morbi,
dulcia propinans et fervida vina trahenti
vix animam, nonnunquam et Hymettia mella remiscens
ex apium deprompta favis, quarum agmina densis
in silvis tauri liquefacto corpore nata.
Confertim sedes antiquo in robore quercus
condita legêre, atque operam navantia melli,
pasta thymum pedibus floremque virentis erices,
multifidos partus Cereri atque opsonia præbent.
Velleraque interdum redolenti imbuta rosato
instilles clauso reseratis dentibus ori,
aut satura irino fauces mittantur in imas,
vel solo interdum torta quod fluxit oliva.
Hinc atque hinc faciem palmis, clamoribus aures
tundito, dum excieas, et torpens concute corpus,
funestum ut fatis instantibus ille veternum
excutiat sumptoque vomat medicamine virus.
Tum molli madidas oleo vinoque lacernas
induat, et potu frigentia membra calescant.
Nunc tepidam affundens ægrum demergito corpus
in solium, calidisque lavetur et innatet undis;
sic densata cutis rubidusque liquabitur humor.
Disce venenatos leporis cognoscere potus
pestiferi, mediis peperit quem fluctibus æquor.
Virosi squamas et purgamenta marini
piscis olet piscemque sapit, qui putridus, et quem
non perpurgatum squamæ infecere relictæ.
Ille quidem sordens tenues lolliginis inter
defertur pendetque comas, quasi natus ab illa,
aut quæ piscantis vi pæne oppressa dolisque
diffugiens atro perturbat sepia fluctus.
His color ictericus, viridi nigroque remistis,
corpore fit toto, carnes tabescere sensim
incipiunt, odere cibos, cutis alta tumore
tollitur, inflanturque pedes, mox undique malas,
ceu flos exoriens, tumidas rubor occupat ambas.

Δὴ γὰρ ἐφωμάρτησεν ὀλιζοτέρη κρίσις οὔρων,
ἄλλοτε πορφυρέη, τότ' ἐπιπλέον αἱμάσσουσα.
Πᾶς δὲ παρὰ δρακέεσσι φανεὶς ἐχθαίρεται ἔλλοψ·
αὐτὰρ ὁ ναυσιόεις ἁλίην ἐμυδάξατο δαῖτα.
Τῷ μὲν Φωκήεσσαν ἅλις πόσιν ἐλλεβόροιο
νείμειας, τοτὲ δάκρυ νεοβλάστοιο χάμωνος,
ὄφρα ποτὸν νέποδός τε κακοῦ ἐκ φύρματα χεύῃ·
ἄλλοτε βρωμήεντος ἀμελγόμενος γάλα πίνοι·
ἠὲ χύτρῳ τήξας μαλάχης λιπόωντας ὀράμνους·
καί ποτε κεδρινέης πελάνου βάρος ἔμμορε πίσσης·
βρύκοι δ' ἄλλοτε καρπὸν ἅλις φοινώδεα σίδης
Κρησίδος οἰνωπῆς τε καὶ ἣν προμένειον ἔπουσι·
σὺν δὲ καὶ Αἰγινῖτιν, ὅσαι τ' ἐσκληκότα κάρφη
φοίνι' ἀραχνήεντι διαφράσσουσι καλύπτρῃ·
ἄλλοτε δ' οἰνοβρῶτα βορὴν ἐν κυρτίδι θλίψαις,
ὡσεί περ νοτέουσαν ὑπὸ τριπτῆρσιν ἐλαίην.
Ἢν δέ τις αὐαλέῃ πεπιεσμένος αὐχένα δίψῃ
ἐκ ποταμοῦ ταυρηδὸν ἐπιπροπεσὼν ποτὸν ἴσχῃ,
λεπτὰ διαστείλας παλάμῃ μνιώδεα θρῖα,
τοῦ μέν τε ῥοιζηδὰ φιλαίματος ἐμπελάουσα
ῥύμῃ ἅλις προὔτυψε ποτοῦ μετὰ χείλεϊ βρώμης
βδέλλα παρχὶ λαπάρῃ τε καὶ ἱμείρουσα φόνοιο.
Ἢ ὅθ' ὑπὸ ζοφερῆς νυκτὸς κεκαλυμμένος αὐγὰς
ἀφραδέως κρωσσοῖο κατακλίνας ποτὸν ἴσχῃ,
χείλεσι πρὸς χείλη πιέσας, τὸ δὲ λαιμὸν ἀμείψῃ
κνώδαλον ἀκροτάτοισιν ἐπιπλῶον ὑδάτεσσιν·
τὰς μὲν ἵνα πρώτιστον ὀχλιζομένας ῥόος ὤσῃ
ἀθρόα προσφύονται ἀμελγόμεναι χροὸς αἷμα,
ἄλλοτε μέν τε πύλῃσιν ἐφήμεναι, ἔνθα τε πνεῦμα
αἰὲν ἀθροιζόμενον στεινοῦ διανίσσεται ἰσθμοῦ·
ἄλλοτε δὲ στομίοισι πέριξ ἐπενήνοθε γαστρὸς,
ἀνέρα πημαίνουσα, νέην δ' ἐπενείματο δαῖτα.
Τῷ σὺ τότ' ἐν δεπάεσσι κεραιόμενον ποτὸν ὄξευς
νείμειας, ποτὲ δαῖτα συνήρεα χιονόεσσαν,
πολλάκι κρυστάλλοιο νέον βορέῃσι παγέντος.
Ἠὲ σὺ γυρώσαιο καθαλμέα βώλακα γαίης
ναιομένην, θαλερὴν δὲ πόσιν μενοεικέα τεύξαις,
ἢ αὐτὴν ἅλα βάπτε, τότ' ἠελίοισι δαμάζων
εἶθαρ ὀπωρινοῖσι, τότ' ἠνεκὲς ἐν φλογὶ θάλψας.
Πολλάκι δ' ἢ ἅλα πηκτὸν ὁμιλαδὸν ἢ ἁλὸς ἄχνην
ἐμπίσαις, τήντ' αἰὲν ἀνὴρ ἁλοπηγὸς ἀγείρει
νειόθ' ὑφισταμένην, ὁπόθ' ὕδασιν ὕδατα μίξῃ.
Μὴ μὲν δὴ ζύμωμα κακὸν χθονὸς ἀνέρα κήδοι,
πολλάκι μὲν στέρνοισι ἀνοιδέον, ἄλλοτε δ' ἄγχον·
εὖτ' ἐπὶ φωλεύοντα τραφῇ βαθὺν ὁλκὸν ἐχίδνης
ἰὸν ἀποπνεῖον στομίων τ' ἀποφώλιον ἆσθμα,
κεῖνο κακὸν ζύμωμα· τὸ δή ῥ' ὑδέουσι μύκητας
παμπήδην· ἄλλῳ γὰρ ἐπ' οὔνομα κέκριται ἄλλο.
Ἀλλὰ σύ γ' ἢ ῥαφάνοιο πόροις σπειρώδεα κόρσην
ἢ ῥυτῆς κλώθοντα περὶ σπάδικα κολούσας,
πολλάκι καὶ χαλκοῖο πάλαι μεμογηότος ἄνθην·
ἄλλοτε κληματόεσσαν ἐν ὄξεϊ ῥύπτεο τέφρην·
δή ποτε ῥιζίδα τρῖβε πυρίτιδα βάμματι ῥαίνων·
ἠὲ λίτρον, τοτὲ φύλλον ἐναλδόμενον πρασιῇσι

Urinæ exiguum vesica excernit, et illa
vel modo purpurea est, vel sanguine tincta rubescit.
Omnem aversatur piscem visoque repente
nauseat atque dapes, quas mittit pontus, abhorret.
Huic vero hellebori Phocæi pocula misce,
quamve reclusa recens lacrimam scammonia fundit,
piscis ut obsceni pellatur corpore virus;
aut asini interdum mulctram bibat ipse, vel olla
incocta absumat viscosæ vimina malvæ
concretamque picem, quæ cedri caudice manat,
vel modo granati fructus Cretensis abunde
mandat et œnopes, tum quæ promenea vocantur,
quæque ferax Ægina tulit, tum cuncta, rubentes
ac duros acinos tenui quæ cortice condunt;
nunc vero in quallum conjecta prematur edulis
uva, velut prælis udæ stringuntur olivæ.
Si quisquam multum sitiens e flumine vultu
ceu taurus prone liquidas potaverit undas,
seponens manibus sordes algamque natantem,
illius in fauces accedens impete magno,
longa, fame crepitans, quæ sanguine gaudet, hirudo
in labra cum potu, post ventrem fertur in altum.
Sive sub obscura quum lumina nocte teguntur,
ora, levare sitim cupiens, male providus urnæ
admorit, fluitans tunc summa vermis in unda
irruit et fauces subiens invadit apertas;
quoque illum varie jactatum cursus aquai
pertulit, heic hæretque et combibit ore cruorem,
nunc tenet obsessos animæ vocisque canales,
aer angustum qua prælerlabitur isthmum;
nunc vero medii circumsedet oscula ventris,
atque hominem excrucians ingesta cibaria pascit.
Hanc autem, urentis qui pocula miscet aceti,
quique nivem adjungit, Boreæ vel frigore duro
adstrictam præbet glaciem, decedere cogit.
Aut salsam terræ perfossam vomere glebam
accipias largoque bibas humore madentem,
mox etiam pelago ex ipso salis unda petatur
solibus autumni vel multis fervida flammis.
Effossique sales pariter vel mista juvabit
spuma salis, fundo demersam quam legit imo
confundens undis salsamentarius undas.
Ne mala te vexent terræ fermenta, caveto;
illis sæpe tument præcordia, collaque duro
ut laqueo arctantur, latebris si proxima crescunt
vipereis, tætrum quibus exit virus, et ipsum
concipiunt cæco qui mittitur halitus antro;
quisque vocat fungos, sed plurima nomina passim.
Tu contra raphani sinuosum corpus et acris
concede excisum rutæ de cespite ramum
chalcanthumque vetus, natum sutoris in usus;
vel modo clematidis cinerem miscebis aceto,
nunc vero in poscam nitrum tritamque pyrethri
radicem infundes, vel quæ nascuntur in hortis,

καρδαμίδος μῆδόν τε καὶ ἐμπρίοντα σινήπυν·
σὺν δὲ καὶ οἰνηρὴν φλογιῇ τρύγα τεφρώσαιο,
ἠὲ πάτον στρουθοῖο κατοικάδος. ἐκ δὲ βαρεῖαν
χεῖρα κατεμματέων ἐρύκοις λωβήτορα κῆρα.
Καὶ τὰ μὲν οὖν Νίκανδρος ἑῇ ἐνικάτθετο βίβλῳ
μοχθήεντα μύκητα παρ' ἀνέρι φαρμακόεντα.
Πρὸς δ' ἔτι τοι Δίκτυννα τέης ἐχθήρατο κλῶνας
Ἥρης τ' Ἰμβρασίης μούνη στέφος οὐχ ὑπέδεκτο
κάλλεος, οὕνεκα Κύπριν, ὅτ' εἰς ἔριν ἠέρθησαν
ἀθάναται, κόσμησεν ἐν Ἰδαίοισιν ὄρεσσι.
Τῆς σύ γ' ἀπ' εὐύδροιο νάπης εὐαλδὲς ὄνειαρ,
καρπὸν πορφυρόεντα συναλδέα χειμερίῃσιν
ἠελίου θαλφθέντα βολῇς, δοίδυκι λεήνας,
χυλὸν ὑπὲρ λεπτῆς ὀθόνης ἢ σχοίνιδι κύρτῃ
ἐκθλίψαντα πορεῖν κυάθου κοτυληδόνα πλήρη,
ἢ πλεῖον· πλεῖον γὰρ ὀνήϊον· οὐ γὰρ ἀνιγρὸν
πῶμα βροτοῖς· τόδε γάρ τε καὶ ἄρκιον, αἶκε πίῃσθα.
Ἢν δὲ λιποῤῥίνοιο ποτὸν δυσάλυκτον ἰάψῃ
φαρμακίδος σαύρης πολυκηδέος, ἥν σαλαμάνδρην
κλείουσιν, τὴν οὐδὲ πυρὸς λωβήσατο λιγνὺς,
αἶψα μὲν ἐπρήσθη γλώσσης βάθος· ἂψ δ' ὑπὸ μάλκης
δάμναται, ἐμβαρύθων δὲ κακὸς τρόμος ἅψεα λύει·
οἱ δὲ περισφαλέοντες ἅτε βρέφος ἑρπύζουσι
τετράποδες· νοεραὶ γὰρ ἀπὸ φρένες ἀμβλύνονται·
σάρκα δ' ἐπὶ τροχόεντες ἀολλέες ἄκρα πελιδναὶ
σμώδιγγες στάζουσι κεδαιομένης κακότητος.
Τῷ δὲ σὺ πολλάκι μὲν πεύκης ἀπὸ δάκρυ ὀμόρξας
τενθρήνης ἀναμίγδα πόροις ἐν πίοσιν ἔργοις·
ἠὲ χαμαιπίτυος βλαστήμονας ἄμμιγα κώνοις
φύλλα καθεψηθέντα, ὅσους ἐθρέψατο πεύκη·
ἄλλοτε δὲ σπέραδος κνίδης μυλοεργέϊ μίσγων
τερσαίνοις ὀρόβοιο παλήματι· καί ποτε κνίδην
ἑψαλέην κρίμνοισι παλυνάμενος ψαφαροῖσιν
σὺν λίπεϊ χραίνοιο, βορῆς δ' ἀέκοντα κορέσκοις.
Ναὶ μὴν ῥητίνη τε καὶ ἱερὰ ἔργα μελίσσης
ῥίζα τε χαλβανόεσσα καὶ ὠεὰ θιβρὰ χελώνης
ἀλθαίνει τότ' ἔνερθε πυρὸς ζαφελοῖο κεραίης,
(ἀλθαίνει καὶ γέντα συὸς φλιδόωντος ἀλοιφῇ·)
ἀμμίγδην ἁλίοιο καθεψηθέντα χελώνης
γυίοις, ἣ ταχινῇσι διαπλώει πτερύγεσσιν·
ἄλλοτε δ' οὐρείης κυτισηνόμου, ἥντ' ἀκάκητα
αὐδήεσσαν ἔθηκεν ἀναύδητόν περ ἐοῦσαν
Ἑρμείης· σαρκὸς γὰρ ἀπ' οὖν νόσφισσε
αἰόλον· ἀγκῶνας δὲ δύω παρετείνατο πέζαις.
Καί τε σύ γ' ἢ γερύνων λαιδροὺς δαμάσαιο τοκῆας,
ἄμμιγα δὲ ῥίζας ἠρυγγίδας· ἐν δὲ ἐπαρκὲς
θάλπε βαλὼν χύτρῳ σκαμμώνιον· οἷσι κορέσκων
ἀνέρα καὶ θανάτοιο πέλας βεβαῶτα σαώσεις.
Ἢν γε μὲν ἐκ φρύνοιο θερειομένου ποτὸν ἴσχῃς
ἠέ τι καὶ κωφοῖο λαχειδέος, ὅστ' ἐνὶ θάμνοις
εἴαρι προσφύεται μορόεις λιχμώμενος ἔρσην,
τῶν ἤτοι θερόεις μὲν ἄγει χλοον ἠΰτε θάψου,
γυῖα δὲ πίμπρησιν, τὸ δὲ συνεχὲς ἀθρόον ἆσθμα
δύσπνοον ἐκφέρεται, παρὰ χείλεσι δ' ἐχθρὸν ὄδωδεν.

cardamaque et Medum malum exurensque sinapi;
in cinerem pariter vini convertere fecem
gallinæque fimum ne spreveris, inque profundum
guttur, ut evites fatum, demittere dextram.
Ille ego Nicander, qui libro multa notavi
descripsique meo infesti medicamina fungi,
præterea moneo ramos, quos invida Pallas
odit, Junoni nec concessere coronam,
sed Venerem, quum essent formæ certamina divis,
victricem ornarunt frondosæ in collibus Idæ,
atraque stagnoso decerpere semina saltu,
cocta atque hiberno maturescentia sole,
egregium auxilium cochleari intrita levique
linteolo, aut curvo transmittere vimine succum,
et pleno expressum cyatho præbere bibendum,
aut multis, si plus cupias prodesse, (saporis
nil habet ingrati,) et certam hinc sperare salutem.
Sin quis viscosi tristisque venena lacerti
mortifera ebiberit, vero salamandra vocatur
nomine, damnosus quam non violaverit ignis,
extemplo ardentum vexant incendia linguam;
torpescunt proprioque trementia pondere membra
solvuntur, non firmi errant pedibusque quaternis
ut pueri incedunt, nam mens obtusa vacillat;
plurima perque cutem vibex livescit in orbem
et saniem exstillat, multum tardante veneno.
Huic vero lacrima celsæ medicabere pinus,
si lento cupias fusam componere melli;
necnon cum piceæ terrestris germine pini
incoque maturum, qui pendet in arbore, conum;
atque mola decussæ ervi miscere farinæ
expedit et siccare urticæ semen, et ipsam
urticam tenui conspersam polline, coctam
ex oleo edisse invitoque obtrudere ventri.
Quin resina tenax et apis fetura sacratæ
radix galbanea et tenerum testudinis ovum
cornigeræ coctum flammis ferventibus ignis,
(distentæque suum multa pinguedine carnes,)
cum curva auxilio veniunt testudine coctæ
quæ pelagi fluctus velocibus innatat alis;
aut montana etiam, cytiso quæ vescitur, et quam
reddidit e muta modulanti voce canoram
Mercurius, picto insontis qui cortice carnem
exemit geminumque ancona intendit in oris.
Dede neci turpes ranas stirpemque remisce
spinosæ erynges, simul et scammonia justo
pondere fervescat, saturumque a morte reduces
hoc potu inferni subeuntem limina Ditis.
Pocula si quisquam æstivis medicata rubetis
ebibit aut ranis, quæ mutæ hirtæque cohærent
vere novo arbustis rorantemque aera sugunt,
illa quidem thapso similem per membra virorem
molemque ingenerant, confertaque pectore anhelo
ducitur ægre anima, et fœtor gravis insidet ori.

Ἀλλὰ σὺ τῷ βατράχοιο καθεψέος ἠὲ καὶ ὀπτὴν
σάρκα πόροις, ὀτὲ πίσσαν ἐν ἡδέϊ μίγμενος οἴνῃ.
Καί τε σπλὴν ὀλοοῖο κακὸν βάρος ἤρκεσε φρύνης,
λιμναίης φρύνης πολυηχέος, ἥτ' ἐπὶ φύκει
πρῶτον ἀπαγγέλλουσα βοᾷ θυμάρμενον εἶαρ.
Αὐτὰρ ὅ γ' ἄφθογγός τε καὶ ἐν δονάκεσσι θαμίζων
πολλάκι μὲν πύξοιο χλόον κατεχεύατο γυίοις,
ἄλλοτε δ' ὑγραίνει χολόεν στόμα· καί ποτε λυγμοὶ
ἀνέρα καρδιόωντα θαμειότεροι κλονέουσι.
Δὴν δὲ κατικμάζων ἄγονον σπόρον ἄλλοτε φωτὸς,
πολλάκι θηλυτέρης, σκεδάων γυίοισι τελίσκει.
Ναὶ μὴν τοῖς ὅτε νέκταρ ἀφυσγετὸν ἐν δεπάεσσι
χεύοις, εἰς ἔμετον δὲ καὶ οὐ χατέοντα πελάζοις.
Ἠὲ πίθου φλογιῇ θάλψας κύτος αἰὲν ἀναλθῆ
ἀνέρα θερμάσαιο· χέαι δ' ἀπὸ νήχυτον ἱδρῶ.
Καί τε καὶ αὐξηρῶν δονάκων ἀπὸ ῥιζέα κόψας
οἴνῳ ἐπεγκεράσαιο, τὰ δή ῥ' ὑποτέτροφε λίμνη
οἰκείη, τόθι λεπτὰ δι' ἐκ ποσὶν ἑρπετὰ νήχει·
ἠὲ φιλοζώοιο κυπείριδος ἠὲ κυπείρου·
αὐτόν τ' ἠνεκέεσσι τρίβοις πανάπαστον ἐδωδῆς
καὶ πόσιος ξήραινε, κατατρύσαιο δὲ γυῖα.
Ἐχθομένη δέ σε μή τι λιθάργυρος ἀλγινόεσσα
λήσειεν, ὅτε γαστρὶ πέσῃ βάρος, ἀμφὶ δὲ μέσσον
πνεύματ' ἀνειλίσσοντα κατ' ὀμφάλιον βρομέῃσιν,
οἷά περ εἰλίγγοιο δυσαλθέος, ὅστε δαμάζει
ἀνέρας ἀπροφάτοισιν ἐπαΐσσων ὀδύνῃσιν.
Οὐ μὲν τῷ γ' οὔρων ἄνυται ῥύσις· ἀμφὶ δὲ γυῖα
πίμπραται· αὐτάρ που μολίβῳ εἰδήνατο χροιήν.
Τῷ δ' ὀτὲ μὲν σμύρνης ὀδελοῦ πόρε διπλόον ἄχθος,
ἄλλοτε δ' ὁρμίνοιο νέην χύσιν, ἄλλοτε κόψας
οὐρείην ὑπέρεικον, ὅθ' ὑσσώπου ὀροδάμνους.
Πολλάκι δ' ἀγριόεντα κράδην σπέραδός τε σελίνου
Ἴσθμιον· ᾧ ποτε κοῦρον ἀλίβαπτον Μελικέρτην
Σισυφίδαι κτερίσαντες ἐπηέξησαν ἀέθλους.
Ἠὲ σύ γ' ἐν πέπεριν ῥυσίμῳ ἐνομήρεα κόψας
οἴνῳ ἔνι θρύψαιο, κακῆς δ' ἀπερύκεο νούσου.
Κύπρου τε βλαστεῖα νεανθέα, πολλάκι σίδης
πρωτόγονον κυτίνοιο πόροις ἀνθήμονα καρπόν.
Μὴ μὲν δὴ σμῖλον σὺ κακὴν ἐλατηΐδα μάρψαις
Οἰταίην, θανάτοιο πολυκλαύστοιο δότειραν·
ἥντε καὶ ἐμπλείουσα χαλικροτέρη πόσις οἴνης
οἵη ἐπαλθήσειε παραχρέος, ἡνίκα φωτὸς
ἴσθμια καὶ φάρυγος στεινὴν ἐμφράσσεται οἶμον.
Καί κ' ἔνθ' ὑμνοπόλοιο καὶ εἰσέτι Νικάνδροιο
μνῆστιν ἔχοις, θεσμὸν δὲ Διὸς ξενίοιο φυλάσσοις.

Præsidio tamen est ranarum torrida flammis
aut elixa caro vel pix infusa falerno.
Letiferæque levat pondus crudele rubetæ
splan ranæ, stagni glauca quæ degit in ulva
garrulaque optati prædicit tempora veris.
Muta autem et longa latitans sub arundine, buxi
diffundit viridem per languida membra colorem;
os quoque bile madet; morsus aliquando molesti
corda premunt, crebris singultibus ilia saltant.
Inviti stillant, tam vir quam femina, multo
semine, nec superest sobolis spes ulla futuræ.
Sed tu funde merum pateris testaque repostum
promito et ad vomitum cogas, si forte recuset.
Illum etiam in labro, quod subdita flamma fovebit,
calfacias, fusoque cutis sudore madescat.
Quin et arundineam siccam cæsamque lyæo
radicem misce, illarum quæ plurima stagnis
crescit, ubi immundas gaudent innare per undas;
vel quam juncus habet grati quadratus odoris;
assiduo vacuum potusque cibique labore
exerce tumidumque resicca et digere corpus.
Argenti vero crudelis spuma latere
te nequit, alvus si gravis est, flatusque rotati
volvuntur medioque cient umbone tumultus;
ileon infestare putes, qui cæca volutans
murmura distorquet sævis cruciatibus ægros.
Sistitur urinæ cursus, tumor undique corpus
occupat, et vultum species plumbi æmula fœdat.
Ast obolos myrrhæ binos largire Sabææ
poculaque hormini, aut crescens hypericon in altis
montibus, hyssopi vel germina cæde cilissæ.
Sæpe etiam agrestem ficum Isthmiacumque selini
semen, quod merso Melicertæ funus agentes
Sisyphidæ puero, victori præmia donant.
Rugosumque piper simul intere cumque liquore
lenæo exhauri et tristem medicabere morbum.
Germinaque interdum florentis parva ligustri
puniceique novos granati collige fructus.
Parce venenata taxo, quæ surgit in Œta
abietibus similis letoque absumit acerbo,
ni præter morem pleno cratere meraca
fundere vina pares, quum primum sentiet æger
arctari obstructas fauces animæque canalem.
Jam te Nicandri memorem precor esse poetæ,
atque Jovem jura hospitibus reverebere dantem.

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΑ
ΤΩΝ ΛΕΙΠΟΝΤΩΝ
ΤΟΥ ΝΙΚΑΝΔΡΟΥ
ΠΟΙΗΜΑΤΩΝ.

ΕΚ ΤΩΝ ΓΕΩΡΓΙΚΩΝ.

I.

'Εκ τοῦ α'.

Ἀλλ' ὁπότ' ἢ ἐρίφοιο νεοσφάγος ἠὲ καὶ ἀρνὸς
ἢ αὐτοῦ ὄρνιθος ἐφοπλίζηαι ἐδωδήν,
χίδρα μὲν ἐκτρίψειας ὑποτρώσας ἐνὶ κοίλοις
ἄγγεσιν, εὐώδει δὲ μιγένθ' ἅμα φύρσον ἐλαίῳ.
ζωμὸν δὲ βρομέοντα κατάντλασον, αὐτὸν ἀπ' αὐτοῦ
ἀρνύμενος, ἵνα μηδὲν ὑπερζῇ· πνῖγε δὲ πῶμα
ἀμφιβαλών· φωκτὸν γὰρ ἀνοιδαίνει βαρὺ κρῖμνον·
ἠρέμα δὲ χλιάον κοίλοις ἐξαίνυσο μύστροις.

Athen. III. p. 126. (487. S.)

II.

'Εκ τοῦ β'.

Ἀλλὰ τὰ μὲν σπείροις τε καὶ ὡς ὡραῖα φυτεύοις
ἄνθη Ἰαονίηθε·γένη γε μὲν ἴασι δισσά,
ὠχρόν τε χρυσῷ τε φυὴν εἰς ὦπα προσειδές,
ἅσσα τ' Ἰωνιάδες νύμφαι στέφος ἁγνὸν Ἴωνι
Πισαίοις ποθέσασαι ἐνὶ κλήροισιν ὄρεξαν.
Ἤνυσε γὰρ χλούνην τε μετεσσύμενος σκυλάκεσσιν
Ἀλφειῷ καὶ λῦθρον ἑῶν ἐπλύνατο γυίων,
ἑσπέριος νύμφαισιν Ἰαονίδεσσι νυχεύσων.
Αὐτὰρ ἀκανθοβόλοιο ῥόδου κατατέμνεο βλάστας
τάφροις τ' ἐμπήξειας, ὁδὸν διπάλαιστα τελέσχων.
Πρῶτα μὲν Ὠδονίηθε Μίδης ἅπερ Ἀσίδος ἀρχὴν
λείπων, ἐν κλήροισιν ἀνέτρεφεν Ἠμαθίοισιν,
αἰὲν ἐν ἑξήκοντα πέριξ κομόωντα πετήλοις.
Δεύτερα Νισαίης Μεγαρηΐδος· οὐδὲ Φασηλίς,
οὐδ' αὐτὴ Λευκόφρυν ἀγασσαμένης ἐπιμεμφής,
Ληθαίου Μάγνητος ἐφ' ὕδασιν εὐθαλέουσα.
Κισσοῦ δ' ἄλλοτε κλῶνες ἐϋῤῥίζου καπέτοισι,
πολλάκι δὲ στέφος αὐτὸ κορυμβήλοιο φυτεύσαις
δάσκιον, ἀργοπόδην ἠδὲ κλαδέεσσι πλανήτην·
βλάστα δρέπου δὲ χυτοῖο καὶ εἰς μίαν ὄρσεο κόρσην,
σπεῖραν ὑπὸ σπυρίδεσσι νεοπλέκτοισι καθάπτων,
ὄφρα δύο κροκόωντες ἐπιζυγέοντε κόρυμβοις
μέσσα συνωρίζωσιν ὑπερφιάλοιο μετώπου,
χλωροῖς ἀμφοτέρωθεν ἐπηρεφέες πετάλοισιν.
Σπερματίνην κάλυκες κεφαλήγονοι ἀντέλλουσιν
ἀργῆεις πετάλοισι, κρόκῳ μέσα χροϊσθεῖσαι.

* * * * * * * *

FRAGMENTA
DEPERDITORUM
NICANDRI
POEMATUM.

E GEORGICIS.

I.

E libro 1.

Sin aut hœdi recens-jugulati aut agni
aut etiam gallinæ paras edulium,
grana novellis ex spicis extrita sterne in cavis
vasis, fragranteque admixto subige oleo;
tum jusculum fervidum affunde, ipsum ex se
hauriens, ne quid efferveat; suffoca vero opercuio
imposito; igni enim expositum valde intumescit hordeum;
sensim vero tepidum cavis epulare mystris.

II.

E libro 2.

Sed alios quidem severis et ut pulcros plantaveris
flores Ionica origine. Genera autem iadum (*violarum*) duo,
pallidum, et auro natura simile adspectu,
quas Ioniades nymphæ coronam castam Ioni
Pisæis in terris, amore captæ, obtulerunt.
Confecerat enim aprum, canibus persecutus,
et in Alpheo cruorem de suis abluerat membris,
noctu cum nymphis Ioniadibus cubiturus.
Porro spinis infestæ rosæ abscinde surculos,
et fossis infige, interstitium duorum palmorum faciens.
Primas quidem ex Odonia Midas, Asiæ regno
relicto, in fundis coluit Emathiis,
semper ad sexaginta circumcirca foliis comatas.
Secundæ *sunt* ex Nisæa Megarica; nec vero Phaselis,
nec ea quæ Leucophryn (*Dianam*) colit, spernenda,
Lethæi Magnetis ad undas florens.
Hederæ radicosæ interdum ramos in scrobibus,
sæpius vero coronam ipsam corymbiatæ serito,
umbrosam, lente serpentem et brachiis errabundam:
vel germina carpe diffusæ et in unam erige cristam,
sportam ex viminibus nuper textis adaptans,
sic ut duo crocei simul juncti corymbi
mediam partem conjungant erecti verticis,
utrinque virenti fastigiati fronde.
Semen calyces in apice nati producunt,
albi foliis, croco in medio tincti.

* * * * * * *

Ἁ κρίνα, λείρια δ' ἄλλοι ἐπιφθέγγονται ἀοιδῶν,
οἱ δὲ καὶ ἀμβροσίην, πολέες δέ γε χάρμ' Ἀφροδίτης·
ἤρισε γὰρ χροιῇ· τὸ δέ που ἐπὶ μέσσον ὄνειδος
ὅπλον βρωμήταο διέκτελλον πεφάτισται.
Ἶρις δ' ἐν ῥίζῃσιν ἀγαλλίδι ἠδ' ὑακίνθῳ
αἰαστῇ προσέοικε, χελιδονίοισι δὲ τέλλει
ἄνθεσιν, ἰσοδρομεῦσα χελιδόσιν· αἵ τ' ἀνὰ κόλπῳ
φυλλάδα νηλείην ἐκχεύετον, ἀρτίγονοι δὲ
εἴδοντ' ἠμύουσαι ἀεὶ κάλυκες στομίοισι.
Σὺν καί περ τοξία χροιῇ λυχνίς, οὐδὲ θρυαλλίς,
οὐδὲ μὲν ἀνθεμίδων κενεὴ γηρύσεται ἀκμή,
οὐδὲ βοάνθεμα κεῖνα, τά τ' αἰπύτατον κάρη ὑψοῖ,
φλὸξ δὲ θεοῦ αὐγῇσιν ἀνερχομένης ἀνιοῦσα.
* * * * * * * * * *

Ἕρπυλλον φρέατος πέλας ἐν βώλοισι φυτεύσεις,
ὄφρα κλάδοις μακροῖσιν ἐφερπύζων διάηται,
ἠὲ καταχρεμάσῃσι ἐφιμείρων ποτὰ νυμφέων.
* * * * * * * * * *

Καὶ δ' αὖ τῆς μήκωνος ἄπο πλαταγώνια βάλλοις,
ἄβρωτον κώδειαν ὄφρα κνώπεσσι φυλάξῃ·
φυλλοσινῇ γὰρ πάντα διοιγομένῃσιν ἐφίζει
ἑρπετά· τὴν δὲ δρόσοισιν ἐϊσκομένην βοτέονται
κώδειαν, καρποῖο μελιχροτέρου πλήθουσαν.
Θρίων δ' οἰχομένων, ῥέα μὲν φλόγες, ἄλλοτε ῥιπαὶ
πλῆξαν σάρκα τυπῇσι· τὰ δ' οὐ βάσιν ἐστήριξαν,
οὔτε τί πω βρώμην ποτιδέγμενα· πολλάκι δ' ἴχνη
στιφροῖς ὠλίσθησαν ἐνιχρίμψαντα καρείοις·
ἁδρύνει δὲ βλάστα βαθεῖ ἐν τεύχεϊ καρπόν.
* * * * * * * * * *

Σαμψύχου λιβάνου τε νέας κλάδας, ἠδ' ὅσα κῆποι
ἀνδράσιν ἐργοπόνοις στεφάνους ἐπιπορσαίνουσιν·
ἢ γὰρ καὶ λεπταὶ πτερίδες, καὶ παιδὸς ἔρωτες
λεύκη ἰσαιομένοι, σὺν καὶ κρόκος εἴαρι μύων,
κύπρος τ', ὀσμηρόν τε σισύμβριον, ὅσσα τε κοίλοις
ἄσπορα ναομένοισι τόποις ἀνεθρέψατο λειμὼν
κάλλεα, βούφθαλμόν τε καὶ εὐῶδες Διὸς ἄνθος,
χάλκας, σὺν δ' ὑάκινθον, ἰωνιάδας τε χαμηλάς,
ὀρφνοτέρας ἃς στύξε μετ' ἄνθεσι Περσεφόνεια·
σὺν δὲ καὶ ὑψήεντα πανόσμεον, ὅσσα τε τύμβοι
φάσγανα παρθενικαῖς νεοδουπέσιν ἀμφιχέονται·
αὐταί τ' ἠΐθεαι ἀνεμωνίδες ἀστράπτουσαι,
τηλόθεν ὀξυτέρῃσιν ἐφελκόμεναι χροιῇσιν.
Πᾶς δέ τις ἢ ἑλένειον ἢ ἀστέρα φωτίζοντα
δρέψας εἰνοδίοισι θεῶν παρακάββαλε σηκοῖς
ἢ αὐτοῖς βρετάεσσιν, ἅτε πρώτιστον ἴδωνται·
πολλάκι θέλκτια καλά, τό τε χρυσανθὲς ἀμέργων,
λείριά τε σχήλαισιν ἐπιφθίνοντα καμόντων,
καὶ γεραὸν πώγωνα, καὶ εὐτραπέας κυκλαμίνους,
σαύρην θ', ἣ χθονίου πέφαται στέφος Ἡγεσιλάου.

Quæ crina, alii vero lilia vocant cantores,
alii item ambrosiam, multi autem oblectamentum Veneris:
contendit enim (*cum ea*) de colore: quare in medio probrum,
membrum rudentis animalis, assurgere dicitur.
Iris autem radicibus agallidi et hyacintho
Ajacis e cruore orto similis est; hirundinariis vero adsurgit
floribus, simul cum hirundinibus proveniens. Hæ e gremio
folia sæva effundunt; recens nati vero
conspiciuntur flores inclinatis semper orificiis.
Simul, quamvis venenosa colore lychnis, neque thryallis,
nec anthemidum vanus dicetur esse vigor,
nec boanthema illa, quæque altissime caput attollunt,
flammula cum dei radiis redeuntibus surgens.
* * * * * * *

Serpyllum prope puteum in glebis plantabis,
ut ramis longis serpens perfletur,
aut dependeat expetens potum nympharum.
* * * * * * *

Jam vero papaveris folia abjice,
salvum ut caput a culicibus servet.
Folia enim quæ rodunt, omnia apertis insident
insecta, et roribus simile depascuntur
caput, fructu mellito repletum.
Foliis vero detractis, facile ardores (solis), subinde venti
percutiunt carnem ictibus: illa vero gradum non firmant,
nec jam quidquam cibi nanciscentia: sæpe vero vestigia
fallunt rigidis appropinquantia capitibus.
Augent vero germina profundo in (capitis) vasculo semen.
* * * * * * *

Amaraci *sere* et roris marini novos ramulos, et quotquot
horti] viris cultoribus coronas suppeditant.
Sane *huc referendæ* etiam tenues filices, et præderotes
populo similes, simul etiam crocus vere se abscondens,
et cyprus, et fragrans sisymbrium, et quoscunque cavis
sponte crescentes in locis et irriguis alit pratum
venustos flores, ut buphthalmum, et odoratum Jovis florem,
chalcas, et hyacinthum, et violas humiles,
quas obscuriores inter flores oderat Proserpina:
adhæc altum panosmium, et quos tumuli
gladiolos virginibus recens mortuis circumfundunt;
ipsæque juvenes anemonides fulgentes,
procul splendidioribus allicientes coloribus.
Quisquis vero aut helenium aut astera splendentem
colligis, triviis deorum adjice ædiculis
aut ipsis simulacris, quum primum conspexeris;
sæpe pulcra placamenta carpens, *ut* chrysanthemum,
et lilia, quæ in cippis marcescant defunctorum,
et gerontopogonem, et tortiles cyclaminos,
et sauram (*nasturtium*) quæ inferi corona dicitur Agesilai.

Athen. XV. p. 683. (490. S.)

III.

Γογγυλίδας σπείροις δὲ κυλινδρωτῆς ἐφ' ἅλωος,
ὄφρ' ἂν ἴσαι πλαθάνοισι χαμηλότεραι θαλέθωσι.

Rapas vero seras in area cylindro complanata,
ut in orbem patentes humiliores progerminent.

Βουνιὰς † ἀλλ' εἴσω ῥαφάνοις εἴσω λαθαρωχοί. †
Γογγυλίδος δισσὴ γὰρ ἰδὲ ῥαφάνοιο γενέθλη
μακρή τε στιφρή τε φαείνεται ἐν πρασιῇσι.
Καὶ τὰς μέν θ' αὔηνον ἀποπλύνας βορέῃσι,
προσφιλέας χειμῶνι καὶ οἰκουροῖσιν ἀεργοῖς·
θερμοῖς δ' ἰκμανθεῖσαι ἀναζώουσ' ὑδάτεσσι.
Τμῆγε δὲ γογγυλίδος ῥίζας, καὶ ἀκαρφέα φλοιὸν
ἦκα καθηράμενος, λεπτουργέας· ἠελίῳ δὲ
αὐήνας ἐπὶ τυτθὸν, ὅτ' ἐν ζεστῷ ἀποβάπτων
ὕδατι, δριμείῃ πολέας ἐμβάπτισον ἅλμῃ·
ἄλλοτε δ' αὖ λευκὸν γλεῦκος συστάμνισον ὄξει,
ἶσον ἴσῳ, τὰς δ' ἐντὸς ἐπιστύφας ἁλὶ κρύψαις.
Πολλάκι δ' ἀσταφίδας προχέας τριπτῆρι λεήναις,
σπέρματά τ' ἐνδάκνοντα σινήπυος· † εἶν ἐνὶ δὲ τρὺξ
ὄξεος, ἰκμάζουσα καὶ ὠμοτέρην ἐπὶ χόρσην. †
Ὥριον ἁλμαίην ἄρυσαι κεχρηόσι δαίτης.

Bunias. . . . .
Rapæ enim duplex et raphani progenies,
oblonga et globosa, conspicitur in areolis.
Et istud quidem genus, bene lotum, sicca ad boream;
amicum hiemi famulisque *tum* otiosis:
calidis humefactum aquis reviviscit.
Seca vero rapi radices, insiccato cortice
leniter detracto, minutatim: et in sole
paululum siccatas, aut ferventi intinctas
aquæ, multas acri immerge muriæ;
aut vero album mustum confunde cum aceto
partibus æqualibus; hasque intus stipatas obtege sale.
Sæpius autem uvas passas injiciens pistillo conteras
seminaque mordacia sinapi; . . . . . .
. . . .
Tempestiva salgama haurias indigentibus cibo.

Athen. IX. p. 360 (361. S.) et IV. p. 133. (24. S.)

IV.

Αὐτὰς μὴν σικύας τμηγῶν ἀνὰ κλώσμασι πείραις,
ἠέρι δὲ ξήρανον, ἐπεγκρεμάσαιο δὲ καπνῷ,
χείμασιν ὄφρ' ἂν δμῶες ἅλις περιχανδέα χύτρον
πλήσαντες ῥοφέωσιν ἀεργέες· ἔνθα τε μέτρῳ
ὄσπρια πανσπερμηδὸν ἐπεγχεύῃσιν ἀλετρίς.
Τῇ ἔνι μὲν σικύης ὅρμους βάλον ἐκπλύναντες,
ἐν δὲ μύκην † σίρας τε πάλαι λαχάνοισι πλακείσας †
οὐλοτέροις καυλοῖς τε μιγήμεναι † εὔφα ορίζῃ. †

Ipsas jam cucurbitas sectas filis transfige,
tum in aere sicca et suspende ad fumum;
ut hieme famuli satis patentem ollam
impletam sorbeant feriantes: ibique justa mensura
legumina omnis generis infundat molitrix.
In eam sicyæ monilia injiciant lota,
ac fungos. . . . .
cum crispis brassicis miscere. . . .

Athen. IX. p. 372. (376. S.)

V.

Ἐν δέ τε καὶ μαράθου καυλὸς βαθὺς, ἐν δέ τε ῥίζαι
πετραίου, σὺν δ' αὐτὸς ὑπαυχμήεις σταφυλῖνος,
σμυρνεῖον, σόγκος τε κυνόγλωσσός τε σέρις τε·
σὺν καὶ ἄρου δριμεῖα καταψήχοιο πέτηλα
ἠδ' ὅπερ ὄρνιθος κλέεται γάλα.

In his etiam fœniculi caulis crassus, in his radices
saxosi, et ipsa in arrida terra crescens pastinaca,
smyrnium, et sonchus, et cynoglossum, et cichorium.
Simul et ari acria contundas folia,
et herbæ quæ gallinæ vocatur lac.

Athen. IX. p. 371 (370. S.)

VI.

Καί τε σύ γε θρέψαιο Δρακοντιάδας διτοκεύσας,
ἢ Σικελὰς Μεγάροιο πελειάδας· οὐδέ φιν ἅρπαι,
οὐδέ φιν ὀστράκεοι νωμήσιμοι ἐξενίπτονται.

Tuque ale Dracontiadas biparas
aut Siculas Megari columbas; quibus nec falcones
nec accipitres nocere dicuntur.

Athen. IX. p. 395. (460. S.)

VII.

Φηγοί, Πανὸς ἄγαλμα.

Fagi, Panis decus.

Athen. II. p. 52. (201. S.)

ΑΔΗΛΑ ΕΚ ΤΩΝ ΓΕΩΡΓΙΚΩΝ.

INCERTÆ SEDIS E GEORGICIS.

VIII.

Καὶ μορέης, ἣ παισὶ πέλει μείλιγμα νέοισι,
πρῶτον ἀπαγγέλλουσα βροτοῖς ἡδεῖαν ὀπώρην.

Et mori arboris, quæ pueri est oblectamentum tenellis,
primum annuncians mortalibus suaves autumni-fructus.

Athen. II. p. 51. (197. S.)

X.

Ἐχθρὰ δ' ἐλαίης
ῥοιῆς τε πρίνου τε δρυός τ' ἄπο πήματα κεῖται,
οἰδαλέα, ξύγκολλα βάρη πνιγόεντα μυχήτων.
* * * * * * * * *

Συκέης ὁπότε στέλεχος βαθὺ κόπρῳ
καχκρύψας ὑδάτεσσιν ἀειναέεσσι νοτίζοις,
φύσονται πυθμέσσιν ἀκήριοι· ὧν σὺ μύκητα
θρεπτὸν, μή τι χαμηλὸν, ἀπὸ ῥίζης προτάμοιο.
* * * * * * * * * *

Καί τε μύκητας ἀμανίτας τότ' ἐφεύσαις.

Athen. II. p. 60,61. (233,234. S.)

IX.

Inimica ab olea,
a punica, ab ilice, a quercu, mala imminent·
tumidæ, adglutinatæ moles suffocantes fungorum.
* * * * * * * *

Arboris ficus truncum multo si lætamine
obrutum aquis perennibus rigaveris,
nascentur in imo innoxii (fungi) quorum tu fungum
esculentum, minimeque spernendum, a radice præcides.
* * * * * * * *

Et amanitas fungos tunc torrere licebit.

X.

Σπείρειας κύαμον Αἰγύπτιον, ὄφρα θερείης
ἀνθέων μὲν στεφάνους ἀνύῃς, τὰ δὲ πεπτηῶτα
ἀκμαίου καρποῖο κιβώρια δαινυμένοισιν
εἰς χέρας ἠϊθέοισι πάλαι ποθέουσιν ὀρέξῃς·
ῥίζας δ' ἐν θοίνῃσιν ἀφεψήσας προτίθημι.
* * * * * * * *

* Κυάμους λέψας κολοκάσιον ἐντμήξας τε.

Athen. III. p. 72. (284. S.)

X.

Serito fabam Ægyptiam, ut æstate
ex floribus coronas facias, delapsa vero
maturi fructus ciboria convivantibus
in manus tradas juvenibus, pridem desiderantibus.
Radices equidem epulis elixas appono.
* * * * * * *

* Fabis decorticatis colocasioque conciso.

XI.

Λείη μὲν κράμβη, ὁτὲ δ' ἀγριὰς ἐμπίπτουσα,
σπειρομένη πολύφυλλος ἐνήβησε πρασιῇσιν
ἡ οὔλη † καὶ τύριος ὁ † θαμνῖτις πετάλοισιν,
ἢ ἐπιφοινίσσουσα καὶ αὐχμηρῇσιν ὁμοίη,
βατραχέη Κύμη τε κακόχροος, ἡ μὲν ἔοικε
πέλμασιν, οἷσι πέδιλα παλίμβολα κασσύουσιν,
ἣν μάντιν λαχάνοισι παλαιγόνοι ἐνέπουσιν.

Athen. IX. p. 370. (264. S.)

XI.

Glabra brassica, subinde silvestris occurrens,
sata multifolia pubescit in areis hortorum,
crispa . . . fruticosa foliis
aut purpurascens et squalidis similis,
ranarum colore, et cyme decolor, quæ similis est
soleis quibus calceos vetustate detritos reficiunt,
quam mantin (*vatem*) inter olera prisci vocant.

XII.

Σὺν καὶ φοίνικος παραφυιάδας ἐκκόπτοντες
ἐγκέφαλον φορέουσι νέοις ἀσπαστὸν ἔδεσμα.

Athen. II. p. 71. (275. S.)

XII.

Simul et palmæ stolones excidentes,
cerebrum ferunt, exoptatum juvenibus cibum.

XIII.

Κάρδαμον ἄῤῥινόν τε μελάμφυλλόν τε σίνηπυ.

Athen. IX. p. 366. (352. S.)

XIII.

Nasturtium et nares lædens nigris foliis sinapi.

XIV.

Λόπιμον κάρυόν τε
Εὐβοίες, βάλανον δὲ μετεξέτεροι καλέσαντο.

Athen. II. p. 54. (208. S.)

XIV.

[Castaneam] lopimon ac nucem
Euboici, glandem vero alii vocabant.

XV.

Ἠὲ καὶ ὄστρεα τόσσα, βυθοὺς ἅτε βόσκεται ἅλμης,
νηρῖται στρόμβοι τε πελωριάδες τε μύες τε
γλίσχραι τελλινές τε καὶ αὐτῆς φωλεὰ πίννης.

Athen. III. p. 92. (360. S.)

XV.

Aut quotquot ostrea in profundo pascuntur mari,
neritæ turbinesque et peloriades musculique
lubricæque tellinæ et ipsius latibulum pinnæ.

ΕΚ ΤΩΝ ΟΙΤΑΙΚΩΝ.

XVI.

Ἐκ τοῦ β'.

Πομπῖλος, ὃς ναύτῃσιν ἀδημονέουσι κελεύθους
μηνύσας φιλέρωσι, καὶ ἄφθογγός περ ἀμύνων.

Athen. VII. p. 282. (31. S.)

EX ŒTAICIS.

XVI.

E libro 2.

Pompilus, qui nautis anxiis vias [dio est
monstrat ad amorem propensis, et quamvis mutus, præsi-

ΕΚ ΤΩΝ ΕΤΕΡΟΙΟΥΜΕΝΩΝ.

XVII.

Αὐτίχ' ὅ γ' ἢ Σιδόεντος ἠὲ Πλείστου ἀπὸ κήπων
μῆλα ταμὼν χλοάοντα τύπους μιμήσατο Κάδμου.

Athen. III. p. 82. (p. 321. S.)

EX TRANSFORMATIS.

XVII.

Statim ille ex Siduntis aut Plisti hortis
mala incidens virentia, imagines imitatur Cadmi.

XVIII.

Νίκανδρος ὁ Κολοφώνιος τοὺς μὲν Ἰνδοὺς κύνας ἀπογόνους φησὶν εἶναι τῶν Ἀκταίωνος κυνῶν, αἳ μετὰ τὴν λύτταν σωφρονήσασαι, διαβᾶσαι τὸν Εὐφράτην ἐπλανήθησαν εἰς Ἰνδούς, ὥσπερ τὰς Χαονίδας καὶ Μολοττίδας ἀπογόνους εἶναί φησι κυνὸς, ὃν Ἥφαιστος ἐκ χαλκοῦ Δημονησίου χαλκευσάμενος,

καὶ ψυχὴν ἐνθεὶς, δῶρον ἔδωκε Διΐ,

κἀκεῖνος Εὐρώπῃ, αὕτη δὲ Μίνῳ, καὶ Μίνως Πρόκριδι, καὶ Πρόκρις Κεφάλῳ. Φύσιν δ' εἶχεν ἄφυκτος εἶναι, ὥσπερ ἡ Τευμησία ἀλώπηξ ἄληπτος· καὶ διὰ τοῦτο ἀπελιθώθησαν ἄμφω, ὁ μὲν, ἵνα μὴ λάβῃ τὴν ἄληπτον ἀλώπεκα, ἡ δὲ, ἵνα μὴ φύγῃ τὸν ἄφυκτον κύνα. Αἱ δὲ Καστορίδες Κάστορος θρέμματα, Ἀπόλλωνος τὸ δῶρον. Ταύτας δ' ὁ αὐτὸς οὗτος ποιητὴς εἶναι τὰς ἀλωπεκίδας λέγει, μιξαμένου τὸ γένος ἀλώπεκι Κάστορος. Αἱ δὲ Ἐρετρικαί, καὶ ταύτας Ἀπόλλων ἔδωκε· τοὺς δὲ λαβόντας καὶ θρέψαντας Εὐρυτίδας φησὶν εἶναι. Καὶ μὴν τάς γε Μενελαΐδας τὰς αὐτὰς εἶναί φησι ταῖς Ψυλλικαῖς, ἐκ δυ' ἀδελφῶν κυνῶν ἐκεῖθεν ὑπὸ Μενέλεω περὶ τὴν Ἀργολικὴν τραφεισῶν. Polluc. Onom. 5. s. 38, 39, 40. Cf. Anton. Liber. cap. 31. Huc pertinent plura ejusdem capita, quæ fabulas ex eodem Nicandri opere excerptas tradunt.

XVIII.

Nicander Colophonius Indicos canes canum Actæonis posteros esse dicit, qui post rabiem cum resipuissent, Euphratem transgressi, in Indos errabundi delati sunt. Quemadmodum et Chaonides Molossicosque ejus canis posteros esse ait, quem Vulcanus, e Demonesio ære fabricatum,

anima indita, Jovi dono dedit,

hic vero Europæ, illa Minoi, Minos Procridi, Procris Cephalo. Natura autem inevitabilis erat, quemadmodum et vulpes Teumesia capi per fatum non poterat, et ob hoc ambo in lapides mutati sunt, hic quidem, ne vulpem, quam capi fata nolebant, caperet, hæc vero, ne canem effugeret inevitabilem. Castorides vero, Castoris alumni, et Apollinis donum sunt; quos idem poeta vulpinos nominat, mixto genere cum vulpe Castoris. Sed et Eretricos Apollo dedit; horum vero susceptores et educatores Eurytidas fuisse ait. Menelaides vero eosdem, quos Psyllicos esse vult, duobus scilicet canibus uterinis a Menelao in Argolide nutritis.

XIX.

Ἔχλυον, ὡς Λίβυες, Ψύλλων γένος, οὔτε τι θηρῶν
αὐτοὶ κάμνουσι μυδαλέαισι τυπαῖς,
οὓς Σύρτις βόσκει θηροτρόφος· εὖ δὲ καὶ ἄλλοις
ἀνδράσιν ἤμυναν, τύμμασιν ἀχθομένοις,
οὐ ῥίζαις ἔρδοντες, ἑῶν δ' ἀπὸ σύγχροα γυίων
* * * * * * * * * * * *

Ælian. de nat. an. XVI. 28.

XIX.

Audivi Libycos Psyllos, quos aspera Syrtis
serpentumque ferax patria alit populos,
non ictu inflictum diro, morsuve venenum
lædere; quin læsis ferre et opem reliquis,
non vi radicum, proprio sed corpore juncto
* * * * * * * GESN.

XX.

Οὐκ ἔχις οὐδὲ φάλαγγες ἀπεχθέες οὐδὲ βαθυπλὴξ
ἄλσεσιν ἐν ζώοις σκορπίος ἐν Κλαρίοις·
Φοῖβος ἐπεί ῥ' αὐλῶνα βαθὺν μελίαισι καλύψας
ποιηρὸν δάπεδον θῆκεν ἑκὰς δακέτων.

Ælian. de nat. an. X, 49.

XX.

In Clario luco non lædit scorpius ictu,
vipera non morsu, sed neque dira phalanx:
qua sibi fraxinea delegit Phœbus opacum,
reptilibusque procul, fronde comante locum GESN.

XXI.

Ἠρία τ' εἰς Ἀΐδαο κατοιχομένου Κορύθοιο,
ὄντε καὶ ἁρπακτοῖσιν ὑποδμηθεῖσ' ὑμεναίοις
Τυνδαρὶς, αἰν' ἀχέουσα, κακὸν γόνον ἤρατο βούτεω.

Parthen. c. 34.

XXII.

Οἰνεὺς δ' ἐν κοίλοισιν ἀποθλίψας δεπάεσσιν
οἶνον ἔκλησε * * * *

Athen. II. p. 35. (133. S.)

XXIII.

* * * * μῆλον, ὃ κόκκυγος καλέουσι.

Athen. II. p. 49. (290. S.)

XXIV.

* * * * κύπελλα δ' ἔνειμε συβώτης.

Athen. XI. p. 483. (289. S.)

XXV.

* * * * ἐΰκτιμένην Μαραθῶνα.

Porph. quæst. homer. p. 92. ed. Barnes.

XXVI.

Ἐκ τοῦ δ'.

Ἢ σκάρον ἢ κίχλην πολυώνυμον * * * *

Athen. VII. p. 305. (117. S.)

XXVII.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

Ἐν γὰρ ὄρει ῥάμνοι τε καὶ ἀσπάλαθοι κομέονται.

Etymol. M. v. Ἀσπάλαθος.

ΕΚ ΠΕΜΠΤΟΥ ΤΗΣ ΕΥΡΩΠΕΙΑΣ.

XXVIII.

Καί τις Ἄθω τόσον ὕψος ἰδὼν Θρήϊκος ὑπ' ἄστροις
ἔκλυεν, οὐ δὴ θέντος ἀμετρήτῳ ὑπὸ λίμνῃ,
ὃς † ἀναποῦν † χείρεσσι δύο ῥίπτεσκε βέλεμνα
ἠλιβάτου προθέλυμνα Καναστραίης πάρος ἀκτῆς.

Steph. Byz. v. Ἄθως. — Schol. ad Apoll. IV, 57, ex Europæ libro II narrationem de amore Selenæ memorat; Athen. VII, pag. 296 (p. 84. Schw.) alius fabulæ mentionem facit e tertio ejusdem operis libro.

ΕΚ ΤΗΣ ΣΙΚΕΛΙΑΣ.

XXIX.

Ἐκ τοῦ ι'.

Καίτοι καὶ Ζάγκλης ἐδάη Δρεπανηΐδος ἄστυ.

Steph. Byz. v. Ζάγκλη.

XXX.

Ὄμβρῳ τε κρυμῷ τε δέματ', ὅτε δάμνατο μᾶλλον.

Schol. ad Theriac. v. 382.

XXI.

Et ad tumulos Orci descendente Corytho,
quem etiam furtivis domita nuptiis
Tyndaris, vehementer lugens, malum filium sustulit bubulci.

XXII.

Œneus in cavas exprimens pateras
vinum, *vino* nomen dedit * * * *

XXIII.

* * * * quod cuculi malum vocant.

XXIV.

* * * * pocula vero distribuit subulcus.

XXV.

* * * * bene - constructam Marathonem.

XXVI.

E libro 4.

Aut scarum aut turdum multis nominibus appellatum * * * *

XXVII.

Ex eodem.

In monte enim spinæ et aspalathi proveniunt.

EX LIBRO QUINTO EUROPÆ.

XXVIII.

Et quidam, Athonis Thracii tanta altitudine visa sub astris,
ei nomen dedit, non jam siti sub immensa palude
qui. . . manibus duo jactavit jacula
prope pedem excelsi Canastræi promontorii.

EX SICILIA.

XXIX.

E libro 10.

Quamvis et Zancles Drepaneidis (*Siculæ*) combussit urbem.

XXX.

Imbreque frigoreque domabatur, postquam domitus est magis.

ΕΚ ΤΡΙΤΟΥ ΑΙΤΩΛΙΚΩΝ.

XXXI.

Καὶ Νίκανδρος ἐν τρίτῃ Αἰτωλικῶν ἐκ τῆς ἐν Αἰτωλίᾳ Ὀρτυγίας φησὶ τὴν Δῆλον ὀνομασθῆναι Ὀρτυγίαν, γράφων τάδε·

Οἱ δ' ἐξ Ὀρτυγίης Τιτηνίδος ὁρμηθέντες
οἱ μὲν τὴν Ἔφεσον,
οἱ δὲ τὴν πρότερον Δῆλον καλουμένην, ἄλλοι δὲ τὴν ὁμοτέρμονα Σικελίης
νῆσον, ὅθεν πᾶσαι * * Ὀρτυγίαι βοόωνται.

Schol. ad Apollon. I, 419. — Athen. VII. p. 206 (p. 84. Schw.) ex ejusdem operis libro primo narrationem de Glauco refert.

E LIBRO TERTIO ÆTOLICORUM.

XXXI.

Ac Nicander in tertio libro Ætolicorum Delon dicit ab Ortygia Ætoliæ appellatum fuisse Ortygiam; scribit enim hæc:

At ex Ortygia Titenide prorumpentes
alii Ephesum (occuparunt),
alii insulam, quæ Delus prius nominata erat, alii vicinam Siciliæ
insulam, unde omnes * * Ortygiæ vocantur.

ΕΝ ΒΟΙΩΤΙΑΚΩι.

XXXII.

Ὡς δ' ὁπότ' ἀμφ' ἀγέλῃσι νεηγενέεσσιν ἰώπων
ἢ φάγροι ἢ σκῶπες ἀρείονες ἠὲ καὶ ὀρφός.

Athen. VII. p. 329. (211. S.)

IN BŒOTIACO.

XXXII.

Ut cum circa greges recens natorum iopum
sive phagri, sive fortiores scopes, sive etiam orphus.

ΕΝ ΤΩι ΤΡΙΤΩι ΤΩΝ ΘΗΒΑΙΚΩΝ.

XXXIII.

Τείχεά τε προλιπόντες ὑπὲρ Παμβωνίδας ὄχθας
ἐσσύμενοι Μεγαρῆες ἐνευνάσσαντο δόμοισι.

Schol. ad Theriac. v. 214.

XXXIV.

* * * * δι' αἰπεινήν τε κολώνην
Οἰωνοῦ Ῥύπης τε πάγον καὶ Ὀνθίδα λίμνην
στείχοντο Ναύπακτον, ἐς Ἀμφιδύμην τε πέλαζον.

Schol. ad Theriac. v. 215.

XXXV.

Βουκαῖοι ζεύγεσσιν ἀμορβεύουσιν ὀρήων.

Schol. ad Theriac. v. 349.

XXXVI.

Καὶ μὲν ὑπὸ Ζωναῖον ὄρος δρύες ἀμφί τε φηγοὶ
ῥιζόθι δινήθησαν, ἀνέστησάν τε χορείαν,
οἷά τε παρθενικαί.

Schol. ad Theriac. v. 460.

IN LIBRO TERTIO THEBAICORUM.

XXXIII.

Mœnibusque relictis super Pambonia littora
festinantes Megarenses dormiebant in domibus

XXXIV.

* * * * perque arduum collem
Œoni Rypesque rupem et Onthida paludem
ibant Naupactum, et ad Amphidymen appropinquabant.

XXXV.

Bubulci juga sequuntur mulorum.

XXXVI.

Et quidem sub Zonæo monte quercus circa fagique
in radicibus volutæ sunt institueruntque choream,
tanquam virgines.

ΕΝ ΤΑΙΣ ΓΛΩΣΣΑΙΣ.

XXXVII.

Πνεύματος ἀργαλέοιο πόνοιό τε μαλκείοντες.

Schol. ad Theriac. v. 382.

XXXVIII.

Βάκχοισι κεφαλὰς περιανθέσιν ἐστέψαντο.

Eudoc. Violar. p. 87. coll. Suid. v. Βάκχος, et Schol. ad Aristoph. Equitt. v. 406. p. 113.

IN LINGUIS.

XXXVII.

Spiritu difficili laboreque rigentes.

XXXVIII.

Coronis Bacchicis floridis capita ornarunt.

PRÆFATIO.

Ante hosce quinque annos in lucem prodierunt, curante doct. F. S. Lehrs, inter alia Marcelli Sidetæ fragmentum de medicina e piscibus et libb. III de avibus qui vulgo pro paraphrasi carminis Oppianei de aucupio habentur. Postea doct. Miller, hujus editionis merita expendens (*Journal des savants*, *Juillet*, *Août et Septembre* 1850), monuit 1° in Biblioth. olim regia exstare duos codices, qui Marcelli fragmentum exhiberent nonnullis in locis contextu edito emendatius, 2° anno 1839 doct. Cramer typis mandasse duos priores libros de avibus multis supplementis locupletiores (Anecdota græca e codd. mss. Biblioth. reg. Paris. t. I, p. 21-42); exscripserat nimirum hos libros e cod. Paris. 1843, nondum editos esse arbitratus. Subjicit doct. Miller, non adeo accurate omnes hujus codicis lectiones investigasse doct. Cramerum, ut futuro editori nihil reliquerit faciendum. His rebus auditis, strenuus hujus bibliothecæ dispensator confestim duo supra dicta opuscula denuo prelo subjicere decrevit, ne scilicet lectores fructibus defraudarentur quos forsitan e codicibus a doct. Millero indicatis decerpere liceret; placuit autem viro erudito mihi demandare provinciam hujus novæ editionis curandæ. Restat igitur, ut lectoribus exponam, quomodo hoc munere functus sim.

Marcelli codd. evolvens, mox animadverti, alterum (2633) ex altero (2408) esse transcriptum. Constitit præterea, alterutrum horum codicum fuisse prototypum editionis antiquissimæ quam Morellio debemus. Itaque in edenda denuo eadem hac carminis lacinia eum mihi finem proposui, ut omnibus locis quos olim male legerat Morellius, vel præpostere immutaverat sive idem vir doctus, sive editores recentiores, e codd. veram lectionem restituerem. Unico tantum in loco cum a codd. tum ab editis recessi, vs. 30 nimirum pro καὶ ἀνθήεσσα metro id exigente, legi κἀνθήεσσα.

De inscriptione hujus fragmenti quam exhibent cum. codd. Parisienses, tum apographum Gudianum cod. Medicei a Fabricio (Bibl. Græc. ed. vet. t. I, p. 14 sqq.) excussum, Μαρκέλλου Σιδήτου σχόλια Χείρωνος περὶ ἰχθύων τὸ πρῶτον διὰ στίχων ἡρωϊκῶν ἰατρικά, erudite disseruerunt Schneider (in sua Marcelli editione ad calcem Plutarchi de liberis educandis Argentorati 1775. 8° p. 92) et doct. Miller (*l. l. septembre* p. 569). Lectores tandem latere nolo, titulum qui in editis inter vss. 46 et 47 legitur in nostris codd. deesse, loco vero alterius inter vss. 43 et 44 inveniundi codd. Parisienses exhibere περὶ τρίγλης θέσεως (ἐπὶ) ἄνθρακος καὶ πληγῆς θαλασσίου δράκοντος.

Quod ad libros de avibus attinet, si præfatio eorum cum clausula lib. III conferatur, procul omni dubio affirmare licet carmen, quod in pedestrem orationem ab ignoto quodam grammatico traductum exhibemus, non Oppianum, verum Dionysium quendam habuisse auctorem. Fuit autem hicce Dionysius, si Eustathio (Epist. ad Joannem Ducam Comment. in Dionysium Periegetem præmissa versus fin.) credamus, Philadelphensis, vir aliunde plane incognitus; nam recte doct. Miller (*l. l. Août,* p. 483) explosit conjecturam Fabricii (t. II, p. 800), verbo Φιλαδελφέα hic designari Dionysium, quem a Ptolemæo Philadelpho in Indiam missum esse, refert Plinius (VI, 17). Accurato autem examini submisso cod. Parisiensi, certior factus sum, eum præter supplementa ubique fere suppeditare lectiones contextui Windingiano vel Schneideriano longe anteponendas, quibus novam hanc editionem exornare non dubitavi; dolendum igitur quam maxime hunc cod. in medio capite lib. II ultimo voce γλυκύτερον subsistere. Jam monitos esse volo lectores, me tribus tantum in lôcis conjecturæ ope Dionysium nostrum emendare conatum esse : 1° primus invenitur cap. 23, lib. I ubi legi θηλυδριῶν βακχευταί, cod. exhibente θηλυδρίαι βακχεύειν· præterea duce Millero (l. l. p. 485) pro τελευτῆς l. τελετῆς. 2° Lib. I, cap. 29 legi ζηλευθείη, ubi cod. habet ζηλεύσειεν. 3° Lib. II, cap. 17 legi ἐξεώσασαι, ubi cum cod., tum edita suppeditant ἐξεῶσαι. Libenter etiam lib. I, cap. 28 pro διατεταγμένοις legissem διατεταμένοις, ita ut hoc participium non ad oculos in cauda pavonis pictos, sed ad veros hujus avis oculos referatur; sic etiam vel legisse vel emendasse videtur Gesnerus, ubi vertit *oculis lustrans*. Inveni præterea in nostro cod. lectiones aliquas

quarum dictio adeo erat insolita, ut eas in editionem nostram recipere non ausus sim, licet forsitan vel ipsius Dionysii vel saltem paraphrastæ genuina verba exhibeant: sic præf. legitur ὑπὸ τὰς θάμνους, lib. eod. cap. 2: Διὸς·σκήπτροις ἄγχοῦ τὸν κέραυνον ἐπικαθῆσθαι, et cap. 30 πότερον εἰ εἰς ὕδ. ἐμπεπτ. κ. δ. πτ. μ.· εἰ δὲ κατὰ τ. γ. ἐν., καιρὸς, κ. τ. λ.

Supplementa, e cod. Paris. desumta nova versione latina instruxi: versionem Gesnerianam, licet satis elegantem, ubi non amplius cum græcis consentire videbatur, hinc inde ad hanc normam exigere conatus sum. Monendum tamen, hanc versionem quam duce cod. Veneto contexuerat vir doctissimus (*Biblioth.* in Oppiano), sæpius magis cum nostro codice quam cum contextu Windingiano consentire. Futuro nostri Dionysii editori incumbet cura excutiendi cum cod. Vindob. cujus meminit Lambecius (Comment. de illustr. Bibl. Cæs. VI, II, cod. 5), tum cod. Escorialensem, de quo vide doct. Miller (*Manuscrits grecs de l'Escurial, Paris,* 1848, 4[to], p. 188). E verbis quæ nostrum Dionysium in hoc cod. inchoant (οἱ ἀετοὶ πλεῖστον) conjicere licet, eum supplementis carere quæ e cod. Paris. exhibemus. Adnitendum denique erit, ut denuo reperiantur cod. Venetus, quo usus est Gesnerus et cod. Vaticanus, cujus apographum in condenda editione sua adhibuit Windingius (1): frustra tamen de his codd. aliquid certi expiscari conatus sum.

Scripsi Nonis Februariis 1851.

(1) E quonam cod. transcriptum esset alterum apographum cui editionem suam superstruxit, dicere neglexit vir doctus.

ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ ΣΙΔΗΤΟΥ

ΙΑΤΡΙΚΑ ΠΕΡΙ ΙΧΘΥΩΝ.

(ΑΠΟΣΠΑΣΜΑ.)

Εὖ δὲ καὶ εἰναλίων ἐδάην φύσιν ἰήτειραν,
ἤμασι παντοίοισιν ἐμὸν νόον ἐξερεείνων·
ὧν τοι ἐγὼ πληθὺν ἠδ' οὔνομα πᾶν ἀγορεύσω,
ὡς αὐτός τ' ἐνόησα καὶ ἄλλων μῦθον ἄκουσα.
Βένθεα κητώεντα πολυσκοπέλοιο θαλάσσης
ἰχθύες ἀμφινέμονται ἀπείριτοι, ἀργινόεντες,
παμμέλανες, περκνοί τε καὶ αἰόλον εἶδος ἔχοντες,
φάγροι τε γλαῦκοί τε, πρέποντες βούφθαλμοί τε,
καὶ κέφαλοι, θύννοι τε καὶ ἀργύφεοι λάβρακες,
θοῦροί τε σκιαδεῖς τε καὶ ἥπατοι ἀγκυλόδοντες,
καὶ σαργοὶ, γλάνιές τε καὶ ἀργινοέντες ὀνίσκοι,
χρύσαφοι ἠδ' ἔλοπες καὶ πηλαμύδες καὶ ἀχάρναι
καὶ κεστρεῖς, ἐρυθροί τε καὶ ἀκταῖοι μελάνουροι,
γόγγροι τ' ἐγχέλυές τε καὶ αἰνόμοροι σμύραινοι,
βῶκες καὶ περόναι καὶ πετρώεντες ἴουλοι
καὶ πέρκαι, τρίγλαι τε πολύστικτοί τε χελῶναι,
μόρμυρος αἰγιαλεύς τε καὶ ὠκυπέτεια χελιδὼν,
κυκλοτερεῖς ῥόμβοι τε καὶ ἐκτάδιον βούγλωσσον,
καὶ σκάροι ἀνθεμόεντες ἐρευθήεσσά τε φυκὶς,
καὶ βατίδες, κίχλαι τε καὶ ἀργιόδους κορακῖνος,
ἵπποι τε βράταχοί τε καὶ ὀξύκομοι κόκκυγες,
καὶ τρυγὼν, ἅρπη τε καὶ ἠϊόεις κόλλουρος,
σκορπίοι ἠδὲ λύκοι καὶ σηπίαι ἠδὲ τραγίσκοι,
καὶ σπάρος ὀξυόδους καὶ κωβιὸς ἠϋκάρηνος,
τυφλῖνοι, νάρκη τε καὶ ἡδείη ἀκαλήφη,
καὶ φθεῖρες, σμαρίδες τε καὶ ἀνθήεις βασιλίσκος,
τρηχαλέη ῥίνη τε καὶ ἀργινόεις ἀλιπλεύμων,
καὶ τυτθαὶ μαινῖδες, ἀτὰρ κύνες ἠδὲ λαγωοὶ,
καὶ κριοὶ συνόδοντες ἰδὲ ξιφίαι θρανίαι τε,
καὶ μύες εὐθώρηκες κἀνθήεσσά τε σάλπη,
ἠδὲ λέων, τευθίς τε καὶ ἀστακοὶ ἠϋκέρωτες,
καὶ ξανθαὶ καρῖδες ἐρευθήεις τε πάγουρος,
καὶ σαῦροι, χάνναι τε καὶ ὀρφέες ἠδὲ γαρίσκοι·
κάραβος ὀκριόεις καὶ εὐόνυχες κήρυκες,
καὶ λεπάδες, χῆμαί τε καὶ ὀξυέθειρες ἐχῖνοι,
πουλύποδές τε πολυπλόκαμοι κόχλοι τε φαεινοὶ,
ὄστρεά τε γλαφυραί τε πελωρίδες ἠδὲ γερῖνοι,
τελλῖναι, βάλανοί τε πετρηγενέες τε μυΐσκοι,
καὶ γυροὶ δελφῖνες, ἀεὶ ναύτῃσιν ἑταῖροι,
φῶκαί τε κριοί τε καὶ αἰόλα κήτεα πόντου.
Τῶν ὁπόσων ἰήματ' ἔχει φύσις, οὐδέ τι νούσων
ῥιγεδανῶν ἀλέγουσι βροτοὶ χραισμήϊ' ἔχοντες
ἐξ ἁλὸς, ἐκ γαίης τε καὶ ἠέρος εὐρυπόροιο.

MARCELLI SIDETÆ

MEDICINA EX PISCIBUS.

(FRAGMENTUM.)

Æquoreis didici medicam vim piscibus esse,
multas per luces scrutando pectoris ima:
quorum ergo numerum referam cum nomine vero,
ut me usus docuit, simul et plerique periti.
Æquoris immensos scopulosi findere campos
innumeri fuerunt pisces splendore decoro,
omninigri, percni, varia formaque notati,
et phagri glaucique, prepontes buphthalmique,
et cephali et thunni et labraces luce micantes,
præstantes umbræ ac jecorini dentibus uncis,
sargini, atque glanes, miri candoris aselli,
chrysophrysque elopesque et pelamydes et acharnæ,
mugil cum rubris et littoreis melanuris,
læves congri, anguillæ murænæque feroces,
boces, pungentes et acus, et iulides acres,
et percæ et mulli una cum testudine picta,
littoreus murmur, pernici et hirundo volatu,
oblongi rhombi et soleæ, queis plana figura est,
florentesque scari et phucis fulgore rubenti,
et batides, turdi et coracinus dentibus albis,
ponti et equi, ranæ et cuculi pinnis peracutis,
turtur, milvago, labeo quoque littora quærens,
scorpius atque lupi, versutæ sepiæ et hirci,
dentatus sparus et præstanti gobius ore,
typhlini, torpedo lenta, urtica feroxque,
vermiculi, smarides, basiliscus corpore amœno,
et squalens squatina et candens pulmo marinus,
vertibula et mænæ, catuli, peregrina lagois;
dein aries, synodontes et gladii thraniæque,
et loricati mures et salpa venusta;
tum leo lolligoque et cornigero astacus ore,
squillaque flavescens, ruber, ambiguusque pagurus;
inde lacertorum species, coliæ atque garisci,
et carabus rudis et contorta buccina testa,
et lepades chemæque, et acutus et asper echinus,
polypus astutus crinali corpore, conchæ,
ostrea dura cavæque pelorides atque gerini,
tellinæ, glandes, mytuli, qui cautibus hærent,
delphini, comites nautarum, vertice curvo,
phocæque atque aries pontique ingentia cete.
Scilicet omnibus his tribuit natura medelas,
morbos ut nullos mortalia corda pavescant,
queis pelagus tellusque dedit medicamen et aer.

ΠΕΡΙ ΤΡΙΓΛΗΣ ΕΠ' ΑΝΘΡΑΚΟΣ.

Τρίγλα μὲν ἀνθεμόεσσα πυρὸς ῥιπῇσι καεῖσα
σὺν μέλιτι ξουθῷ κυαναυγέας ἄνθρακας ἕλκει
ῥιζόθεν, οἳ πνείουσι φόβον κρυεροῦ θανάτοιο.

ΠΕΡΙ ΤΡΥΓΟΝΟΣ ΚΑΙ ΑΛΛΩΝ ΕΠΙ ΠΛΗΓΗΣ ΘΑΛΑΣΣΙΟΥ ΔΡΑΚΟΝΤΟΣ.

Τύμματα δ' εἰναλίοιο πελιδνήεντα δράκοντος
τρυγόνος ὀξείης τε καὶ ἀμφιβίου σμυραίνης
ἴαται πυρσωπὸν ἀνελκόμενον χροὸς ἧπαρ·
τεύχεϊ δ' ἐν γλαφυρῷ μέθυος πλήθοντι πνιγεῖσα,
κεῖνο ποτὸν βαρύθοντα τόκον σβέννυσι γυναικῶν.
Ζωμὸς ἀποσσεύει δὲ μιαιφόνα φάρμακα φώτων
δαϊσαμένων, βρώμη δὲ πέλει χαριεστάτη ἄλλων
εἰναλίων μερόπεσσι μετὰ σκάρον ἰχθυμέδοντα.
Τοῦ δριμεῖα χολὴ μέλιτος μέτα φάεα θέλγει,
ὀξὺ σέλας φορέουσα λιπαυγέσιν ὀφθαλμοῖσιν.
Σπληνὶ δ' ἐπ' ὀκρυόεντι πλατυνόμενον βούγλωσσον
σφιγκτῷ σὺν τελαμῶνι, νοσηφόρον αἴνυται ἄχθος.
Δευόμενον δὲ κάρηνον εὐγλήνου κεφάλοιο
ἁλμυροῦ ἐν χύτρῃ κεραμηΐδι καὶ λιβάδεσσι
κιρνάμενον μέλιτος λυκαβηττίου εὔκυκλον ἕδρην
ἀλθαίνει συκῇσι περίδριον ὀφρυοέσσαις.
Πηλαμύδος χαροπῆς τε κάρη καὲν εἴκελα τεύχει·
πέρκης δ' αὖ περὶ σαρκὶ κυλινδομένην μελανῶπιν
σηπεδόνα κρατέει, πυρὸς ἄσθματι ἰσοφαρίζον.
Σὺν χλοεροῖς λαχάνοις δὲ καθεψομένου γλαύκοιο
ζωμὸς ἄγει γάλα λευκὸν ἐελδομένῃσι τιθήναις
πινόμενος, τῆθαι δὲ φίλαι τότε νηπιάχοισι
ἕλκουσιν πόμα λαρὸν εὐγλαγέων ἀπὸ μαζῶν.
Ἧπαρ δ' αὖτε χολή τε φιλοσκοπέλου θύννοιο
οὐκ ἐᾷ ὄρνυσθαι θαμινὰς τρίχας ἐν βλεφάροισι,
νυσσούσας εὖτ' ἄν κε τριχηλάβῳ ἐξερύσειας.
Εἰναλίου δ' ἵπποιο χολὴ ἀτάλαντος ὑαίνης.
Ζωοῦ δ' ἑψομένου μεγάλου ἐνὶ τεύχεϊ γόγγρου
παλλαδίου πλήθοντι πυρὸς καθύπερθεν ἐλαίου,
κεῖνο λίπος τρητοῦ διανεύμενον ἠθητῆρος
ἤν τις ἑλὼν τήξειεν ἐλευσινίου μετὰ κηροῦ,
ἐν δὲ πλάσας ὀθόνῃ μαλακῇ περὶ γαστέρα θείη
ἀρτιτόκοιο γυναικὸς, ἀναιδέες οὔ νύ τι ῥωχμαὶ
σάρκα διαρραίουσιν, ἀεὶ δ' ἀγανῶπιν, ἄτρωτον,
οἷά τε παρθενικῆς ἁπαλόχροος αἰνήσουσι.
Καιομένη ῥίνης δὲ δορὴ τρηχεῖα φαεινοῖς
ὕδασι λειωθεῖσα φέρει φυμάτεσσιν ἀρωγήν.
Τύμμα δ' ἀκανθήεντος ἀκέσσεαι ὦκα δράκοντος,
αὐτὸν ἀνατμηγέντα βαλὼν ἐπὶ τραύματι θερμῷ.
Φθειρὸς κυανέου δὲ χολὴ μογερῇσιν ἀκουαῖς
τειρομέναις ἴαμα φέρει προφερέστατον ἄλλων.
Τρυγόνος αὖ κέντρῳ πεφρικότος ἄλγος ὀδόντος
ἐξελάσεις, ῥίζην ὀδυνηφόρον ἀμφιχαράσσων.
Μαζοὶ δ' ἀλγεινοῖο μεμυκότες ἔκ γε τόκοιο
χριόμενοι σαύροιο χολῇ γάλα κυμαίνουσι.
Σκορπίου εἰναλίου δὲ πολυσχοίνων ἀπὸ κύρτων
αὐτίκ' ἐνὶ κρητῆρσι βεβριθόσιν ἡδέος οἴνου

DE MULLO CONTRA CARBUNCULUM.

Purpureus mullus flammis crepitantibus assus
cum flavo melle ardentes permitigat ignes
carbonum ex imo jaculantum spicula leti.

DE PASTINACA ET ALIIS CONTRA ICTUM MARINI DRACONIS.

Vulnera letiferi liventia tabe draconis,
letalis trygonis, simul ambiguæ murænæ
pectoribus jecur avulsum sanare putatur;
vino meraci decoctum in vase patente
si bibitur, fetus exstinguit pondera in alvo.
Jus liquidum pellit de pectore dira venena
epota in cœnis, cibus est lautissimus ejus
piscibus e cunctis, si rex scarus excipiatur.
Hujus fel melli commixtum lumina mulcet
mortalesque acuit visus, tenebrasque repellit.
At solea insignis petulanti admota lieni
vinctæ fasciolis, morbi pondus grave tollit.
Verum magnoculi cephali salsum caput olla
figlina mersum, mellisque liquore rigatum
præstantis, ficos piloso in podice natos,
et tumidas penitus poterit sanare mariscas.
Pelamydis lepidæ caput id præstabit adustum.
Offensæque adjuncta cuti cito perca coercet
nigrantem saniem, fere par afflatibus ignis.
Cærulei glauci cocti in viridantibus herbis
jus niveum cupidis auget nutricibus amnem,
quum bibitur, gratasque suis ita reddit alumnis,
queis præbent dulci distentas lacte papillas.
At thunni jecur et nigrum fel saxa colentis
non sinit in ciliis superis succrescere pilos,
pungentes oculos, si forcipe vulseris ante.
Æquorei quoque equi fel felli compar hyænæ.
Ingentem congrum si vivum condis aheno
Palladio exundante oleo, fervente sub igne
pinguis adeps cribro aut colo transmissus aperto,
dummodo Eleusinam quis ceram temperet una,
et lini superimposito velamine, ad alvum
applicet enixæ modo, nunquam membra notabunt
informes maculæ et rugæ, formaque decora
illæsa, ut fruitur quæ virginitate, manebit.
Combustum rhinæ corium, splendentibus undis
et rite appositum sanat tubercula fœda.
Ictus æquorei facile est sanare draconis,
si sectum in partes nova supra vulnera ponas.
Felque venenatum phthiris pulicisque marini
auxilium præsens cruciatis auribus adfert.
Turturis at jaculo facile est lenire dolentes
dentes, si hoc fodias causam stirpemque dolorum.
Ubera post partum fuerint si obstrusa recentem
effundent lactis rivos felle uncta lacertæ.
Scorpius æquoreus nassa conclusus in arcta,
si subit… emoritur generosi in munere Bacchi,

πνιγομένου, πόμα κεῖνο πιὼν βροτὸς, ὃν μέλαν ἧπαρ
ἢ σπλὴν ἀλγύνει πολυώδυνος, ἀτρεμὲς ἴσχει
πᾶν δέμας, ἀχθήεντος ἀναπνεύσας καμάτοιο.
Σμαρίδες αὖ λεῖαι μυρμηκώεντα χάρηνα
ῥηϊδίως θαμινάς τ' ἀκροχορδόνας ἐξακέουσι·
σὺν ῥαδινῇ χαίτῃ δὲ καθεψόμεναι μαράθοιο,
γλακτοφόρους τεύχουσι φίλην μετὰ δαῖτα τιθήνας.
Μαινίδων ἅλμη δὲ καλὸν χραισμήϊον ἄφθαις.

ΛΕΙΠΕΙ ΤΑΛΛΑ.

et bibat hunc calicem mortalis splene laborans,
aut jecore affecto, securus deinde quiescet,
libera membra dolore videns, qui torserat ante.
Callosæque cuti læves in vertice gerres,
et densis etiam verrucis rite medentur:
at si fœniculi molli cum crine coquantur,
post epulas lætæ nutrices lacte redundant.
Et mænidum salsugo aphtharum est medicamen.

RELIQUA DESIDERANTUR.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΤΑ ΠΕΡΙ ΒΟΤΑΝΩΝ.

[α'. Χαμαίμηλον.]

* *
*

Τοὺς δὲ πυρέσσοντας τὸ χαμαίμηλον θεραπεύει
σὺν ῥοδίνῳ λεῖον τετριμμένον, ὠφέλιμον δὲ
τοῖς μετριάζουσιν τὸ φυτὸν, φύεται δ' ἐπὶ θιναῖς
τὸ βραχὺ καὶ κάλλιστον, ὃ βαστάζουσιν ἰητροὶ
ἀρχομένου θέρεος, μέγας ἥλιος ἡνίχ' ὁδεύῃ,
ἕβδομον ἱππεύσας τετράζυγον ἄντυγα πώλων.

[β'] Ῥάμνος.

Ῥάμνον ἔχειν πανάκειαν ἐν οἴκοισιν πανάριστον
φυομένην φραγμοῖσιν ἄκανθαν λευκοπέτηλον.
Ὥρου δ' ἐστὶ φυτόν· τὸ δὲ σύμφορόν ἐστι βροτοῖσιν,
βαστάζειν τότε ῥάμνον, ὅταν φθίνουσα σελήνη
δέρκηται πάντεσσι βροτοῖς κατὰ μακρὸν Ὄλυμπον.
Κρημναμένη δύναται γὰρ ἀποτρέψαι κακότητας
φαρμακίδων τε κακῶν καὶ βάσκανα φῦλ' ἀνθρώπων.
Πρώτη γὰρ μακάρων ἐχρήσατο τῇδε φυτείᾳ
Παλλὰς Ἀθηναίη κούρη Διὸς αἰγιόχοιο,
Πάλλαντα κτείνασα μάχαις κρατερῆφι βίηφι
τῆμος ὅτ' ἀθάνατοί τε θεοὶ θνητοί τε Γίγαντες
σύμβαλον εἰς ἔριδα κρατερὴν κάρτιστοι ἐόντες.
Πανδερκὴς δ' ἄρ' ἔπειτα θεὰ Νέμεσις πολύμορφος
καὶ νηοὺς ἐκάθηρε θεῶν καὶ ἀγάλματα ῥάμνῳ. [σαι
Θρέμματα γοῦν νέποδάς τε καλὸν φυτόν ἐστι φορῆ-
πρός τε πόνον κεφαλῆς καὶ δαίμονας ἠδ' ἐπιπομπάς.
Πάντα γὰρ ἰήσαιτο βροτοφθόρα φάρμακα λυγρά.

[γ'] Ἀρτεμισία μονόκλωνος.

Ἀρτέμιδος βοτάνην δὲ συνώνυμον αἶρ', ἐπιφώσκειν
ἠελίου μέλλοντος ἐπὶ χθόνα φέγγος ἐρυθρὸν,
ἥντινα τοξότιν ἄνδρες ἐφήμισαν ἢ βοτρυῖτιν,
πασιθέην δ' ἕτεροι χαρίτων στέργηθρον ἔχουσαν·
οἱ δ' ἕτεροι λυκόφρυν φιλοπάννυχον ἀγροιῶται
ἀθανάτης καλέουσι, φυτὸν μέγα δῶρον ἔχοντες.
Λύει γὰρ κόπον ἀνδρὸς ὁδοιπόρου, ὅς κ' ἐνὶ χέρσιν
τὴν μονόκλωνον ἔχῃ· περὶ δ' αὖ ποσὶν ἕρπετα πάντα
φεύγει, ἥν τις ἔχῃ ἐν ὁδῷ, καὶ φάσματα δεινά.

ANONYMI CARMEN DE HERBIS.

1. Chamæmelum.

* *
*

Febricitantes autem chamæmelum curat
cum rosaceo minutissime tritum; emolumento est
ægrotantibus planta; nascitur autem in arenosis locis
brevis et pulcerrima, quam colligunt medici
ineunte æstate, magnus sol quando incedit,
septimum agitans quadrijugum currum equorum.

2. Rhamnus.

Rhamnum habeas panaceam domi longe optimam,
nascentem sepibus spinam foliis albis.
Est autem noctis planta; prodest vero mortalibus
colligere tum rhamnum, quum luna decrescens
videtur omnibus hominibus in magno Olympo.
Suspensa enim potest avertere malignitates
veneficarum malarum et fascinantia agmina hominum.
Prima enim deorum hac usa est planta
Pallas Minerva, filia Jovis ægidem-tenentis,
Pallantem occidens in pugnis magna vi,
tum quando immortales dii mortalesque Gigantes
concurrerunt ad acerrimam contentionem fortissimi.
Omnia videns deinde dea Nemesis multiformis
et templa lustravit deorum et signa rhamno.
Pecudes ergo infantesque convenit hanc plantam portare
et contra dolorem capitis et dæmones et incantamenta.
Omnia enim sanat venena noxia hominibus ac perniciosa.

3. Artemisia monoclonos (unipetia.)

Dianæ herbam cognominem tolle, quando missurus est
sol in terram rubrum jubar,
quam quidem toxotin homines nuncupant aut botryitin,
pasitheam vero alii gratiarum philtrum habentem:
alii lycophryn pervigilia amantem rustici
deæ (*Dianæ*) appellant, plantam magnum donum qui possident.] Solvit enim lassitudinem viatoris, si in manibus
monoclonon teneat; circum pedes vero reptilia omnia
fugat, si quæ fuerint in via, et visus horridos.

ΕΡΜΗΝΕΙΑΙ ΠΑΛΑΙΑΙ.

α'.

*
* *

β'.

Τὴν ῥάμνον ἥν τις ἄρῃ ἐν λειψοσελήνῳ καὶ βαστάζῃ, ὠφελεῖ πρὸς φάρμακα καὶ πρὸς ἀνθρώπους φαύλους. Ἁρμόζει δὲ φορεῖν αὐτὴν θρέμματα καὶ πλοίοις περιτίθεσθαι. Ὠφελεῖ δὲ καὶ πρὸς πόνον κεφαλῆς καὶ δαίμονας καὶ ἐπιπομπάς.

γ'.

Ἀρτεμισίαν τὴν βοτάνην εἴ τις ἔχει ἐν ὁδῷ, λύει τὸν κάματον. Καὶ ἐν τοῖς ποσὶν εἰλουμένη θηρία διώκει καὶ δαίμονας. Αἷμα δὲ ἐπὰν περὶ τὰ ἄρθρα σκιῤῥωθῇ, κλωνία λαβὼν μῖξον μετὰ ῥοδίνου· καὶ ποιήσας ζέσαι εἰς χύτραν σύγχριε τὸν πονοῦντα ὅλον ὡς ὑπάγῃ κοιμᾶσθαι. Καὶ ὑστερικαῖς γυναιξὶ πάνυ βοηθεῖ, στραγγουρίαν παύει καὶ ὀπισθοτόνου ῥῆγμα.

Αἷμα δ' ἐπισκιῤῥωθὲν ἐπὴν ἄρθροισιν ἐλάσσῃ,
κλῶνας ἑλὼν μῖξον ῥοδίνῳ, ζέσσας ἐνὶ χύτρῃ.
Χρῖε δὲ τὸν κάμνοντα τόπον μέλλοντος ὑπνώσσειν,
κεὐθὺς ἀπαλλάξεις ἀλγήματος ἐκ μεγάλοιο.
Ὑστερικαῖς τε γυναιξὶν ἄγαν σωτήριόν ἐστιν,
στραγγουροῦντά τε παύει ὀπισθοτόνοιό τε ῥῆγμα·
πάντα δ' ἀεὶ νοσοεργὰ πάθη στέλλουσα διώκει.

Sanguis vero induratus ubi artubus agitatur,
ramulos sumptos misce rosaceo, fervefactos in olla.
Ungue autem dolentem locum dormituri,
et statim eum liberabis magno dolore.
Hystericisque mulieribus admodum auxilio est,
Stillicidio urinæ laborantem levat opisthotonique curvaturam;] omnes tandem semper morborum dolores sistens fugat.

[δ'] Πενταδάκτυλος.

4. Pentadactylus.

Αὐτίκα δ' Ἑρμείαο τὸ δάκτυλον αἶρε χλοανθὲς
πενταπετὲς, διόπου δόσιν Ἑρμέω πᾶσιν ἀρωγὸν,
τὴν καὶ ὀνειροδότειραν, ἐπεὶ καὶ θέσφατα πάντα
θνητοῖς ἀνθρώποισιν ὀνείρατα καλὰ προφαίνει.
Πάντα γὰρ ἀλθήσαιο πόνον φορέων περὶ σῶμα,
ὀφθαλμῶν δέ τε πᾶσαν ἅμ' ἐξοίσειας ἀνίην.
Χοιράδας, ἀντιάδας, σταφυλὴν, οἴδημ' ὑπόγλωσσον
ἄρθρα τε καὶ νεύρων ὀδύνας καὶ ἕρκος ὀδόντων
ψώραν τ' ἐξακέσαιο βροτοφθόρον ἐκ κακότητος,
καὶ λοχίων ἔμμηνα κατασπασθέντα γυναικῶν.
Ἐν δ' ὕδατι λιαρῷ προσκλυζομένη παλάμαισι
πρός τε φόβους καὶ βασκοσύνας καὶ δαίμονας ἐχθροὺς
ἐστιν ἄκος πανάριστον· ὅθεν καὶ λάμβανε ποίην
μήνης αὐξομένης φαεσιμβρότου, ἠελίου τε
ἀντέλλειν μέλλοντος ἐπὶ χθόνα φέγγος ἐρυθρόν.

Illico Mercurii dactylum tolle florentem,
pentapetes, antistitis donum Mercurii omnibus auxiliare,
quam *plantam* etiam onirodoteram *vocant*, quoniam et divina omnia] mortalibus hominibus somnia ostendit jucunda.] Omnem enim sanabis laborem ferens *eam* circum corpus,] oculorum vero omnem simul expelles dolorem:
strumas, tonsillas, uvam jacentem, tumorem sub lingua,
articula et nervorum dolores atque septum dentium
scabiemque sanabis homines corrumpentem ob malignitatem,
et puerperarum purgationem suppressam feminarum.
In aqua autem tepida proluta manibus
contra terrores, fascinationes et genios inimicos
est medicamentum plane optimum: quare et accipe herbam
crescente luna quæ hominibus lucet, soleque
projecturo in terram jubar rubrum.

[ε'] Περιστεραί.

5. Verbenæ.

*

* *

πρὸς τὰ Κυθήριδος ἔργα θεᾶς κυδρῆς Ἀφροδίτης.
Τρυγόνιον τόδε πάντες ἐπιχθόνιοι καλέουσιν,
ἄλλοι δ' ἀρσενικόν τ' ἰδ' ἀριστερεῶνα τὸν ὀρθὸν,
ὕπτιον αὖθ' ἕτεροι χθαμαλὴν ἐπὶ γαῖαν ἐφέρπον.
Δοιοὶ γὰρ πεφύασιν ὁμοιότατοι πετάλοισιν.
Ὀρθὸς μὲν τείνει νεύρων φύσιν εἰς Ἀφροδίτην,
ὕπτιος εὐνάζει, δύναμις δ' αὐτοῖσι μεγίστη.
Εὖ δ' ἐθέλῃς ὁπόταν πόνον ὀφθαλμῶν ἀκέσασθαι,
ἁμματίσας περὶ σῶμα περιστερεῶνα τὸν ὀρθὸν
ἠελίου κόσμον τὸν ἀτέρμονα κυκλώσαντος,
παύσεις ὀφθαλμοῖο δυσαυγέας ἀμβλυντῆρας.
Καὶ κεφαλῆς πόνος ἐν ταύτῃ παραχρῆμα μειοῦται,
καὶ κόπον ἐξελάσαι δυνατὴ τριφθεῖσα μετ' ὄξους.
Χοιράδα δ' ἀντιάδας τε καλῶς παύει παραχρῆμα,
ἔσθ' ὅτε τοι γαῦρος χαρίτων, στέργειν τε γυναῖκας
τεύχειν τ' εἰς φιλίαν, δύναμιν κοίταις παρέχουσα.
Φρικάζῃ δ' ὁπόταν τις ἀνὴρ, βοτάνης ἀπὸ ταύτης
κλῶνας ἑλὼν κάμνοντος ἐναντίος ἵστασο μοῦνον,
κεὐθὺς ἀπαλλάξεις τὸν δαίμονα μηκέτ' ἐπελθεῖν.

ad opera almæ deæ Cythereæ Veneris.
Trygonium hoc omnes terrestres vocant,
alii autem marem nuncupant, ac verbenam rectam,
supinam vero alii humilem super terram repentem.
Duo hæc genera nascuntur simillima foliis.
Recta quidem tendit nervorum naturam ad venerem,
supina sopit, virtus autem utrique maxima *inest*.
Sin autem vis morbis oculorum bene mederi,
annectens circum corpus verbenam rectam,
sole mundum infinitum cingente,
levabis oculi tenebrosam hebetationem.
Et capitis dolor hac statim minuitur,
et ad lassitudinem abigendam efficax *est*, trita cum aceto.
Strumam autem tonsillasque bene tollit subito;
interdum tibi audax ad voluptates, et ad amandas feminas
et ad parandas ad venerem, vim coitibus præstans.
Quando autem quis febre laborat, herbæ hujus
ramulos sume atque ex adverso ægroti sta modo,
et statim avertes dæmonem, ne ultra ingruat.

δ'.

Ταύτην εἴ τις φορεῖ περὶ τὸ σῶμα, ἄπονος μένει. Καὶ ὀφθαλμοὺς ὠφελεῖ, χοιράδας, ἀντιάδας, σταφυλὴν καὶ τὰ ὑπὸ τὴν γλῶσσαν, ἄρθρα τε καὶ νεύρων ὀδύνας καὶ ὀδόντας, ψώραν ἐκ λιμοκτονίας, λοχιῶν ἔμμηνα κατασπασθέντα. Ἐν ὕδατί τε χλιαρῷ προσκλυζομένη εἰς τὰς χεῖρας, πρὸς φόβους καὶ βασκοσύνας καὶ δαίμονάς ἐστι καλή. Διὸ λάμβανε τὴν βοτάνην, ὅτε αὔξει ἡ σελήνη καὶ ἡλίου ἀνατέλλοντος.

ε

Ὁ περιστερεὼν ὁ μὲν ὀρθὸς τείνει τὸ αἰδοῖον, ὁ δὲ ὕπτιος ξηραντικός ἐστιν. Ὠφελεῖ δὲ ὁ ὀρθὸς περιαφθεὶς πρὸς πόνους ὀφθαλμῶν. Ποιεῖ πρὸς ἀμβλυωπίαν, καὶ κεφαλῆς πόνον καὶ κάματον παύει. Τριφθεῖσα μετ' ὄξους χοιράδας ἀντιάδας τε παραχρῆμα παύει. Ὅτε δέ τις φρικιᾷ, ἀπὸ ταύτης κλωνία λαβὼν κατέναντι στῆθι τοῦ φρικιῶντος μόνος καὶ εὐθὺς θεραπεύεται.

[ϛ'] Περὶ δικτάμνου μικροῦ.

Δίκταμνον βοτάνην αἴρειν ἐπιβάλλεο, κοῦρε,
φροντίδι, ἀθάνατοι τὴν αὐτοὶ θέσπισαν ἡμῖν,
ὡς εἰδῇς δύναμιν βοτάνης καὶ χρήσιμα ἔργα.
Δικτάμνου γὰρ ἐπὴν αὖον δέμας ἐν παλάμαισι
τρίψας ἀλφιτοειδὲς, ἐνιστάξῃς Διόνυσον
Κουρήτων μακάρων ὑπερασπίζοντα πρεπόντως,
καὶ νεβρῷ στολίσῃς, ἕξεις περὶ σῶμα προσάψας
νῖκος ἀμίμητον πρὸς κνώδαλα πάντα τὰ γαίης.
Ἰητροὶ δ' ἅμα πάντες, ὅσοις σωτήριόν ἐστι,
βαστάζοντες ἔχουσιν ἐν ἄγγεϊ πρὸς τὰ μαδαῖα
ἕλκη, καὶ μυσαρὰς δὲ νομὰς πληροῖ προκαθαῖρον.
Κἂν σκόλοπες θραυσθῶσιν ὑπ' ἴχνεσιν ἢ περὶ σῶμα,
πάντα τόπον κατάπλασσε καὶ αὐτόματος προφανεῖ-
καὶ σπληνὸς πόνος ἐν ταύτῃ παραχρῆμα μειοῦται [ται,
ξηρῇ κοπτομένῃ· καταπλάσσοις δ' ἄλφιτον ὥσπερ.
Καί κεν ἐνὶ κρυφίμοισιν ἀναγκαίοις τε τόποισι
φλεγμαίνοντα πάθη καταπλάσμασι τοῖσδ' ἀκέσαιο.
Εἴαρι δ' αἶρε πόην καὶ καύματι καὶ φθινοπώρῳ.

[ζ'] Περὶ ἐλελισφάκου.

Ῥιζεῖον τόδε πάντες ἐπὶ χθόνα ναιετάοντες
ἄνθρωποι κλῄζουσ' ἐλελίσφακον, οἱ δέ τε θεῖον.
Λύει γὰρ ψυγμὸν κακοτέρμονα βῆχά τ' ἀνιγρὴν,
πάντα θ' ὅσ' ἀνθρώποις πέλεθ' ἕλκεα καὶ κακοποιὰ
μιγνύμενον ῥοδίνοιο λίπει κηρῷ τε βραχέντι
ἰᾶται, σπληνός τε πόνον λειεντερίην τε
πινόμενον μέθυος πολιοῦ πρὸς ἰσοῤῥεπὲς ἄχθος.
Τοὺς δ' αἱμοπτυϊκοὺς προποτιζόμενον θεραπεύει,
πρὸς δὲ γυναικείους κόλπους καὶ πάντα λοχείης·
μωλυθεῖσα πυρὶ σμαλερῷ ἔμμηνα καθαίρει.
Αἱ μυσαραὶ δὲ γυναῖκες ὅσαι κακὰ μηχανοῶνται
πεσσοποιησάμεναί ἑ κακῶς εὐχύμονι ῥύσει
καρπὸν καλλιθέμεθλον ὑπέμβρυον ἐκβάλλουσιν.

[η'] Βράθυ, κυπάρισσος, χαμαικυπάρισσος.

Φράζεο καὶ βοτάνην πατρὸς Κρόνου ἀγκυλομήτεω
ἥντε χαμαικυπάρισσον ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν
ἄνθρωποι κλῄζουσιν, ἐπεὶ μέγα τε σθεναρόν τε
ἐστιν ἄκος βρόγχοιο καὶ οὔατος ἀντιάδων τε.
Τοῦτο θεὸς γὰρ ἔδωκε βροτοῖς σωτήριον εἶναι
καὶ δίδοται πρὸς ὕδρωπα καὶ ἰσχιάδας θεραπεύειν.
Τὴν βοτάνην ταύτην πολυώνυμος εὗρετ' Ὄσιρις

6. De dictamno minore.

Dictamnum herbam ut legas, habeas, puer,
curæ, quam immortales ipsi vaticinabantur nobis,
ut scias vim herbæ et utilia opera.
Dictamni enim ubi sicco corpori manibus
contrito, farinulento, instillaveris Bacchum (*vinum*)
Curetes beatos decenter protegentem,
et pelle hinnuli indutus fueris, habebis ad corpus annexum
medicamentum inimitabile contra omnes bestias noxias
terræ.] Medici vero simul omnes, quibus remedium-salutare
est,] ferentes in vase habent contra humida
ulcera, ac putres etiam nomas *illud* implet purgans.
Et ubi spicula fracta-hæreant sub vestigiis aut in corpore,
totum locum obline, et sponte proveniet *spiculum*;
et lienis morbus hac *herba* confestim minuitur
arida contusa; insperges autem farinæ instar.
Præterea in occultis obscœnisque locis
inflammationum morbos cataplasmatis his sanabis.
Vere autem lege *hanc* herbam, et æstate et autumno.

7. De elelisphaco.

Radiculam hanc omnes in terra habitantes
homines vocant elelisphacum; nonnulli vero etiam theion.
Solvit enim perfrictionem tenacem tussimque molestam,
omniaque, quæ hominibus oriuntur, vulnera ac ulcera,
mixtus cum rosaceo oleo ac cera ferventi
curat, lienisque morbum et lævitatem intestinorum,
potus cum vini vetusti æquali pondere.
Sanguinem vero vomentibus, si propinabis, medetur;
præterea muliebres sinus et omnia puerperii,
assus igne rapido, menstrua purgat.
Detestabiles vero mulieres quotquot scelera machinantur,
pessum facientes ex eo, mala arte, felici tractu
fructum pulcre inchoatum fetum ejiciunt.

8. Herba sabina, cupressus, chamæcyparissus.

Cognosce etiam herbam patris Saturni versuti,
quam chamæcyparissum in fructifera terra
homines vocant; quia magnum validumque
remedium est raucitatis et aurium tonsillarumque.
Hanc enim deus dedit hominibus ut sit saluti,
daturque ad hydropem et ischiades sanandum.
Hanc herbam multinominis invenit Osiris,

ϛ'.

Αὐτὴν τὴν δίκταμνον ξηράνας τρίψον ἐν ταῖς χερσί σου· καὶ ὡς ἄλφιτον ποιήσας καὶ βαλὼν σταλαγμένον οἶνον θίγε τοῦ σώματος. Πρὸς πάντα γὰρ τὰ ἑρπετὰ ἁρμόζει, ἕλκη δὲ καὶ τὰς σαπρὰς νομὰς πληροῖ προκαθαῖρον. Κἂν σκολοπισθῇ τις, προσκατάπλασσε καὶ εὐθέως ὠφελεῖ. Πρὸς σπλῆνα δὲ καὶ τὰ ἐν κρυφίοις τόποις πάθη φλεγμαίνοντα κατάπλασσε ὡς ἄλφιτον ποιήσας. Αἶρε δὲ τὴν βοτάνην ἐν ἔαρι καὶ ἐν τοῖς καύμασι καὶ ἐν τῷ φθινοπώρῳ.

ζ'.

Ἐλελίσφακον λύει ψυγμὸν καὶ βῆχα. Πρὸς πάντα δὲ τὰ κακὰ ἕλκη, σὺν ῥοδίνῳ καὶ κηρῷ λυθέντι ὠφελεῖ, σπληνὸς πόνον καὶ δυσεντερίαν θεραπεύει πινόμενον μετὰ οἴνου λευκοῦ. Ἐξ ἴσου τοὺς αἱμοπτυϊκοὺς προποτιζόμενον θεραπεύει. Καὶ πρὸς πάντα ποιεῖ λοχεῖα γυναικός. Αἱ κάκισται δὲ γυναῖκες πέσσον ἐξ αὐτοῦ ποιήσασαι προστιθέασι καὶ ἐκβάλλουσι τα ἔμβρυα.

η'.

Κυπάρισσος βοτάνη ὠφελεῖ πρὸς βρόγχους καὶ ὠτία καὶ ἀντιάδας καὶ ὕδρωπα καὶ ἰσχιάδας θεραπεύει.

Αἰγύπτου γαίης προκαθήμενος ἠδὲ Κανώπου,
ἐξ ἀρετῆς ἕνα πρῶτον ἐφημερίων θεραπεύσας.

[θ'] Περὶ κενταυρίου μεγάλου.

Νῦν δ' ἤτοι διερῶ μάλ' ἀριφραδὲς, οὐδέ σε κεύσω
κενταύρου Κρονίδαο φερώνυμον εὕρεμα ῥίζαν
Χείρωνος σθεναροῦ, τὴν πὰρ νάπῃ εἰνοσιφύλλῳ
Πηλίου, ἢ νιφόεντι κιχὼν ἐφράσσατο δειρῇ.
Ἣν βαθύρους Ἀχελῷος ἐγείνατο, καὶ φάτο πᾶσιν
ἐσθλὴν Παιήων Ἀσκληπιὸς ἠπιόδωρος
κικλήσκειν πανάκειαν, ἐπεὶ πάνθ' ὅσσα βροτοῖσι
φλεγμαίνοντα πάθη παύει καὶ κρούσματα πληγῶν,
ὑστερικαῖς τε γυναιξὶ λίην σωτήριον ἐστι,
στραγγουροῦντά τε παύει ἐν ἤματι καὶ λιθιῶντας.
Ἣν κέλομαί σε λαβεῖν φαεσιμβρότου Ἠελίοιο
ἀντέλλειν μέλλοντος ἐπὶ χθόνα φέγγος ἐρυθρὸν
ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ ὅτε οἱ πληροῦνται ἅπαντα·
πάντα γὰρ ἰήσαιτο πάθη πολυφάρμακος οὖσα.

[ι'] Βούφθαλμον.

Βούφθαλμον δ' αἱρεῖν ἐπιβάλλεο Εἰλειθυίης
μήνης αὐξομένης φαεσιμβρότου, ἀγλαὲ κοῦρε, [θρούς
πρός τε φόβους τοὺς γινομένους καὶ δαίμονας ἐχ-
βασκοσύνας τε κακὰς μερόπων καὶ φάρμακα λυγρά.
Ταύτην τὴν βοτάνην Διὸς ὀφρύα πᾶς ὀνομάζει

* * *

χρυσωπὸν στίλβει παρυπεύκυκλος ἀνθεμὶς ἁβρή.
Τῆς βοτάνης τὴν ῥίζαν ἐπὴν ἀλγῇ τις ὀδόντα
λαμβανέτω, μούνην δὲ μασησάμενος παραχρῆμα
εὐθὺς ἀποπτυσάτω καὶ ἐλεύσεται ἔκτοθι ῥεῦμα.
Γαστέρα δ' εἴ τις ἔχει στεγνὴν καὶ ἀνέκκριτον οὖσαν
μωλυθεῖσα καθαίρει ἀνεγκλήτως καὶ ἀλύπως.

[ια'] Παιονία.

Πασάων βοτανέων βασιληΐδα δίζεο, κοῦρε,
Σειρίου ἀντέλλοντος ὅτε σκυλακόδρομος ὥρη,
νυκτιφαής τ' ἄστροισι θεὰ πλήθουσα σελήνη
δέρκηται, τότε δ' ἠελίῳ μέλλουσα συνάπτειν,
πασιθέην, ἣν πάντες ἐδωρήσαντο ἄνακτες
Λητοΐδῃ Παιᾶνι θεῷ κατὰ μακρὸν Ὄλυμπον.
Δῶκε δὲ παιονίην καλέσας κατ' ἀπείρονα γαῖαν
παιδὶ ἑῷ πανάκειαν ἔχειν ἀκεσίμβροτον ἄνθος.
Ἥν ποτε πεντόροβον κλήζουσι Ῥέης πολιῆται
κύμβαλά τε Φρυγίης μητρὸς μακάρων βασιλείης,

Ægyptiæ terræ præsidens atque Canopo,
virtute *ejus* quendam principem hominum sanans.

9. De centaurio majore.

Nunc sane edisseram valde manifestum, neque te celabo
Centauri, Saturni filii, de ipso cognominatum inventum, [ra-
dicem] Chironis validi, quam in valle frondosa
Pelii, aut in nivoso inveniens animadvertit jugo.
Quam profunde fluens Achelous genuit, et edixit omnibus
utilem Pæan Æsculapius largitor [fu-
vocandam panaceam, quod omnes, quot hominibus oriun-
inflammationes levat et vulnera plagarum,
mulieribus utero laborantibus valde salutare est,
stillicidio urinæ laborantem uno die adjuvat et calculosos.
Quam jubeo te colligere, quando sol, qui hominibus lucet,
fusurus est super terram fulgorem rubrum
tempore verno, quum ea implentur omnia.
Omnes enim sanabit morbos, multis remediis prædita.

10. Buphthalmus.

Buphthalmum legere cura Ilithyiæ
crescente luna, quæ hominibus lucem præstat, splendide
puer,] contra terrores oborientes et dæmones inimicos
fascinationesque malas hominum et venena noxia.
Hanc herbam Jovis supercilium unusquisque nominat:

* * *

aureo colore fulget bene orbiculata anthemis pulcra.
Hujus herbæ radicem, quando dolet alicui dens,
accipiat, solam autem confestim mandens
sine mora exspuat, et foras exibit fluxio.
Alvum si quis habet astrictam et suppressam,
cocta *hæc herba* purgat sine molestia ac sine dolore.

11. Pæonia.

Omnium plantarum reginam investiga, puer,
Sirio exorto quando caniculares dies,
noctivagaque cum astris dea luna plena
conspicitur, tunc quidem solem conventura,
pasitheam, quam omnes donarunt principes
Latonigenæ Pæani deo in magno Olympo.
Dedit autem pæoniam vocans super universam terram
filio suo, panaceam ut habeat mortales-sanantem florem.
Quam olim pentorobon vocarunt Rheæ cives
cymbalaque Phrygiæ matris, deorum reginæ,

θ'.

Κενταύριον ὠφελεῖ πρὸς φλεγμαίνοντα πάθη καὶ κρούσματα πληγῶν. Ὑστερικαῖς γυναιξὶ βοηθεῖ στραγγουριῶντάς τε παύει καὶ λιθιῶντας. Αἶρε δὲ τὴν βοτάνην ἐν ἔαρι ἡλίου ἀνατέλλοντος.

ι'.

Ταύτην τὴν βοτάνην σελήνης αὐξανούσης λαμβάνειν δεῖ. Ποιεῖ δὲ πρὸς φόβους καὶ δαίμονας καὶ βασκοσύνας καὶ φάρμακα κακὰ ταῦτα ἀποστρέφουσα. Καὶ ὀδόντα εἰ τίς ποτε τὴν ῥίζαν μασησάμενος εὐθὺς ἀποπτύσῃ, τὸ ῥεῦμα στέλλουσα ὠφελεῖ. Λύει δὲ καὶ γαστέρα.

ια'.

Παιονία βοτάνη αἴρεται ἐν τοῖς κυνοκαύμασι πρὸ τοῦ [τὸν] ἥλιον ἀνατέλλειν καὶ κρεμᾶται. Καὶ ὠφελεῖ πρὸς φάρμακα [καὶ] βασκοσύνας καὶ φόβους καὶ δαίμονας καὶ ἐπιπομπὰς καὶ εἰς [πυ]ρετὸν ἐκ φρικιάσεως νυκτερινόν τε καὶ ἡμερινὸν καὶ τεταρταῖ[ον]. Λέγεται δὲ ὅτι ποτὲ ἐν τῷ ὄρει, ἔνθα ἦσαν δαίμονες, φυ[γ]... τούτους ἀπεδίωκε.

Κρηταέες δέ ἑ Δικταῖοι Διὸς ὑψιγενέθλου
γαμόροι ἧς κλῄζουσι φερώνυμον ἀθανάτου γῆς·
ἣν πάντες καλέουσι θεοὶ μάκαρες γλυκυσίδην,
ἀμβρόσιον βλάστημα καὶ εὐανθῆ ἑκάτερθεν·
ἠελίου δ' Αἴγυπτον ὅσοι περιναιετάουσιν
ἀγλαοφώτιδα πάντες ἐπικλῄζουσι βοῶντες,
φέγγεος οὕνεκα λαμπομένου πυρὸς ἄνθος ἀναίθει.
Ἣν κυνὸς ἀντέλλοντος ἀναίρεο, κοῦρε δαΐφρον,
πρὶν μέγαν ἠέλιον τὸν ἀτέρμονα κύκλον ὁδεύειν,
μή σε θεοὶ βλάψωσι νόῳ καὶ ἐχέφρονι βουλῇ
τὴν ὥρην προλιπόνθ' ἥν σε φράζεσθαι ἄνωγα.
Οὐ γὰρ ἐν ἀθανάτοισιν ἀτημελίη πεφάτισται,
οὕνεκα δὴ καλέουσι κυνόσπαστον κατ' Ὄλυμπον
ἀθάνατοι μάκαρες ἐφιαλτείαν τε βοῶσιν.
Κρημναμένη δεινὴ γὰρ ἀποτρέψαι κακότητας
φαρμακίδων φοβερῶν καὶ βάσκανα φῦλ' ἀνθρώπων,
πρός τε φόβους δυνατὴ καὶ δαίμονας ἠδ' ἐπιπομπάς,
καὶ πυρετὸν φρίκαισι καταρχόμενον στυγέοντι
νυκτερινόν τε καὶ ἡμερινὸν χαλεπόν τε τέταρτον.
Ὅντινα καὶ τηροῦσι Διὸς φύλακες μεγάλοιο
ἄγγελοι ἑξήκοντα τριηκόσιοι δ' ἐπὶ τούτοις.
Ταύτην γὰρ λέγεταί ποτ' ἐν οὔρεσι ῥιζωθεῖσαν
δαίμονας ἐξελάσαι κεῖνον τόπον οἰκήσαντας.

[ιβ'] Περὶ πολίου.

Δεῖ δέ σε καὶ περὶ σῶμα φορεῖν πολίοιο κόρυμβον
πρὸς τὸν ἀπαυλισμὸν τὸν ἀπ' αἴθερος ὃν καλέουσιν
ἄνθρωποι χαλεπὴν ἱερὴν νόσον ἀμπλακιῶτιν,
οἱ δὲ σεληνιακὴν ἐπὶ σῶμα κακὴν ἐπιπομπήν·
καὶ κόπον ἐξελάσαι δυνατὴ τριφθεῖσα μετ' ὄξους
ἡ βοτάνη καταχειομένη πόδας ἀκροκορύμβους.

[ιγ'] Μῶλυ.

Μῶλυ δὲ ῥιζοτομηθὲν ἀρεῖς πρὸς φάρμακα λυγρὰ
φαρμακίδων χαλεπῶν καὶ βάσκανα φῦλ' ἀνθρώπων.
Τοῦτο γὰρ Ἑρμείας Λαερτιάδῃ Ὀδυσῆϊ
δῶκε φορεῖν περὶ σῶμα προσαψάμενον φυλάκειαν,
Αἰαίην εἰς νῆσον ὅτ' εἰς κλυτὰ δώματα Κίρκης
ἤϊε, πολλὰ δέ οἱ κραδίη φρεσὶ μερμήριζεν.
Οὐδὲ γὰρ οὓς ἑτάρους ᾔδει δυνατοὺς ὑπαλύξαι,
εἰ μὴ τοῦτό γ' ἔδωκε διάκτορος Ἀργειφόντης
ἐκ γαίης ἐρύσας ἐναλίγκιον ἄνθεϊ λευκῷ
ὡς γάλα λαμπόμενον καρποτρόφον, αὐτὰρ ἔνερθεν
ναρκίσσῳ ἴκελον, ῥίζῃ ζοφοειδὲς ἰδέσθαι.
Πάντα γὰρ ἐξακέσαιο βροτοφθόρα φάρμακα λυγρά.
Τὴν βοτάνην περὶ σῶμα φορῶν ἐχθροὺς ὑπαλύξεις.

[ιδ'] Ἐναλιδρῦς.

Αὐτὰρ ἁλὸς κόλποισι καθεζομένην ἱερὴν δρῦν,

Cretaees autem eam Dictæi, Jovis alte nati
coloni, suæ vocant cognominem immortalis terræ.
Quam omnes dii beati nuncupant glycysiden,
immortale germen ac floribus decorum utrinque;
solis vero Ægyptum qui circumhabitant,
aglaophotin omnes cognominant vocantes,
quia splendorem fulgentis ignis flos accendit.
Quam canicula oriente tolle, puer, si sapis,
antequam magnus sol infinitum circulum pervadat,
ne dii te lædant mente et prudenti consilio
tempus prætermittentem quod a te observari jubeo.
Non enim inter immortales negligentiæ conceditur,
quapropter vocant cynospaston (*canis thalamum*) in Olympo
immortales dii ephialtiamque nuncupant.
Suspensa potens *est* ad avertendas malignitates
veneficarum terribilium et fascinantia agmina hominum,
contraque terrores efficax ac dæmones et incantamenta,
et febrem horroribus incipientem peroso
nocturnam atque diurnam molestamque quartanam.
Quam etiam custodiunt Jovis custodes magni,
nuntii sexaginta trecentique insuper.
Hanc enim sermo est olim in montibus radices agentem
dæmones fugasse illum locum habitantes.

12. De polio.

Oportet vero te etiam ad corpus ferre polii corymbum
contra apaulismon morbum a cœlo *immissum*, quem vocant
homines gravem, sacrum morbum, amplaciotin,
alii vero lunarem, corpori funestum incantamentum;
et lassitudinem exigere valet trita in aceto
hæc herba, affusa pedibus summis.

13. Moly.

Moly autem radicitus evulsum sumes contra venena noxia
veneficarum atrocium ac fascinantia agmina hominum.
Hoc enim Mercurius Ulyssi Laertis filio
dedit ut portaret corpori alligatum custodiam,
Ææam in insulam quando ad famosam domum Circes
ibat, multa vero ejus cor cum animo deliberabat.
Non enim suos socios scivisset posse liberari
nisi illud dedisset nuntius Argicida,
ex terra evulsum simile flori albo,
tanquam lac, splendidum, fructiferum, sed intus
narcisso simile, radice nigra aspectu.
Omnia enim sanabis, quæ homines perdunt, venena tristia.
Hanc herbam circa corpus portans inimicos effugies.

14. Enalidrys (quercus marina).

Sed maris sinibus insidentem sacram quercum

[ιβ'.]

Αὕτη ἡ βοτάνη φορουμένη περὶ τὸ σῶμα ὠφελεῖ πρὸς σεληνιασμὸν καὶ κόπον. Δύναται δὲ τριφθεῖσα μετὰ ὄξους ἡ βοτάνη καὶ καταχεομένη πόδας ἀκροκορύμβους ὠφελεῖν.

ιγ'.

Αὕτη ἡ βοτάνη ῥιζ[οτο]μηθεῖσα καὶ περὶ τὸ [σῶ]μα φορουμένη ὠφ[ελεῖ πρὸς φάρμακα καὶ [βασ]κανίαν.

ιδ'.

Ταύτην τὴν βο[τάνην ὅταν] ἡ σελήνη λήγῃ [μῖξον] μετὰ ῥοδίνου ἐ[λαίου καὶ] χρῖσόν σου τὸ πρό[σωπον], ὅταν ἐπὶ πράγματ[α ἀπέλ]θῃς. Ζωογονεῖ δὲ [καὶ παι]δία ὑπὸ τὴν κο[ιλίαν] φορουμένη καὶ [πρὸς τοὺς] φόβους τοὺς γι[νομέ]νους ἔχε κατὰ ν[ύκτα. Καὶ] πρὸς βασκανία[ν τε] καὶ πάντα τὰ [κακὰ] ὠφελεῖ καὶ τὸ σ[ῶμα] φυλάσσει· ὅσον [γὰρ] οἱ βάσκανοι ἀφε[στῶ]

κύμασιν ἐν πάντεσσι τετιμένον ἔρνος ἄφυλλον
ἠδ' αὐτῷ πόντοιο Ποσειδάωνι ἄνακτι
ἀνθελετὴ, τὴν πάντες ἐπιχθόνιοι καλέουσιν,
λάμβανε τεχνήεντι νόῳ καὶ ἐχέφρονι βουλῇ,
ἦν τῆλ' Οὐλύμποιο θεὰ φθίνουσα σελήνη
δέρκηται, καὶ μίσγε ῥόδων εὐῶδες ἔλαιον,
καὶ χρίσαιο πρόσωπον ἐπὴν ἐπὶ πρᾶγμα πορεύῃ·
καὶ τότε σοι συνέριθος ἅμ' ἕψεται ἰὰ φοβεῦσα.
Τοῦτο γάρ ἐστιν ἄκος καὶ ἀλεξητήριον ἐχθρῶν
πάντων ὅσσα τε γαῖα φέρει καὶ πόντιον οἶδμα.
Ζωογονεῖ τε βρέφη [ἀλόχοις] ὑπὸ γαστρὶ φορηθέν·
πρός τε φόβους τοὺς γινομένους ἔχε μιν κατὰ νύκτα
βασκανίην τε κακὴν μερόπων καὶ πήματα λυγρὰ,
ἣ καὶ δῶμα φυλάσσει ἀπόῤῥητόν τ' ἀποπέμπει.
Ὅσσοι γὰρ φθονεροὶ μὲν ἀφεστήκασι, μέμυκεν·
ἐρχομένων δ' ἐγγὺς τούτων, τότε κάρφος ἀνοίγει.
Ταύτην παμμήτωρ φύσις εὕρετο· μηκέτι λᾶας,
μαντοσύνης ἕνεκεν δολιχ' ἢ πτερὰ μηκύναντας
πτηνοὺς ἄνθρωποι θαυμάζετε· καὶ γὰρ ἀμείνων.

[ιε'] Χρυσάνθεμον.

Ἔνδροσον ἐκ γαίης αἶρειν χρυσάνθεμον ἁγνὸν,
πρὶν μέγαν ἠέλιον τὸν ἀτέρμονα κύκλον ὁδεύειν,
καὶ περὶ σῶμα φόρει, καὶ ἔχ' εἵματος ἐντὸς ἀείρων.
Κρημναμένη δύναται γὰρ ἀποτρέψαι κακότητας
φαρμακίδων ἀλόγων καὶ βάσκανα φῦλ' ἀνθρώπων.

[ις'] Ἐρύσιμον.

*
* *.

n aquis omnibus honorata stirps foliis expers
atque ipsi Neptuno maris regi
prælata, quam omnes terrestres vocant,
lege prudenti mente et sapienti consilio,
quando procul a cœlo dea occidens luna
conspicitur, et misce rosarum fragrans oleum,
et unguas faciem, ubi ad opus accedis;
et tunc te adjutrix simul sequetur venena timens.
Hæc enim est remedium ac præsidium infestarum rerum
omnium, quot et terra fert et marinus fluctus.
Et gignit fetus [uxoribus] sub ventre portata;
atque contra terrores obortos habeas eam per noctem
fascinationemque malam hominum et morbos tristes,
quæ etiam ædes custodit prohibitumque abigit.
Nam quot invidiosi quidem recedunt, claudit,
accedentibus autem prope his, tum calicem aperit.
Hanc omnium mater natura invenit. Ne amplius
aut augurii causa longas alas extendentes
volucres, homines, admiramini; namque *illa* præstantior.

15. Chrysanthemum.

Roscidum e terra tolle chrysanthemum sanctum,
antequam magnus sol infinitum circulum pervadat,
et ad corpus porta, et habe in vestimento ferens.
Suspensa enim *hæc herba* potest avertere malignitates
veneficarum insanarum et fascinantia agmina hominum.

16. Erysimon.

*
* *

κασιν, μέμυκ[εν· ἐρ]χομένων δὲ αὐ[τῶν ἐγ]γὺς ἀνοίγει τὸ κά[ρφος.]

ιε'.

Τοῦτο τὸ χρυσάν[θεμον εἴπερ] αἴρεις ἐκ τῆς γῆς π[ρὸ τοῦ] τὸν ἥλιον ἀνατέ[λλειν] καὶ περιάπτει[ς τῷ σώ]ματι καὶ ἐκ τοῦ [τρα]χήλου ἀποκρημν[ᾷς], ὠφελεῖ ἀποστρέφ[ον] τὰς φαρμακίδας γυ[ναῖκας] καὶ πάντας τοὺς βασ[κάνους].

ις'.

Ἐρύσιμον λεῖον μετ' οἴνου πρὸς κοιλίας πόνον πιέτω. Ἐὰν κόκκους ζ' εἰς οἰκίαν βάλῃς, ἀψιμαχία ἔσται.

ΜΑΝΟΥΗΛΟΥ ΤΟΥ ΦΙΛΗ

ΣΤΙΧΟΙ ΙΑΜΒΙΚΟΙ

ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙΔΙΟΤΗΤΟΣ.

MANUELIS PHILÆ

VERSUS IAMBICI

DE PROPRIETATE ANIMALIUM.

COLLATIS CODICIBUS EMENDARUNT ET LATINE VERTERUNT,

F. S. LEHRS ET FR. DÜBNER.

PRÆFATIO.

Dilectissimum Lehrs quum fata non sivissent finem attingere Φιλῆ versuum *de animalibus* emendandorum et latine vertendorum, neque ultimam adhibere manum iis quæ scripserat morbo jam graviter affectus, licere mihi putavi ut in his retractandis paullo liberius versarer. Substitit autem opera Ejus in fine capitis *de monocerote*, in ipso versu 1000. Hanc partem libelli ea qua conspicuus erat diligentia et judicii sanitate tractavit, usus scriptura codicum quattuor et editionis principis, quam enotaverat Camus in *Notices et Extraits* vol. V, p. 623-667, et emendationibus Struvii, quas codices tantum non ubique confirmant. Ipse inspexi codicem qui nuper illatus est thesauro Regio (*Suppl.*), chart. sæc. XVI, τοῦ σοφωτάτου ... ἰδιότητος, ἤγουν φυσιολογία συγραφῆσα (sic) ἐκ χειρὸς παναγιώτου (sic) παλαιολόγου, paucissima habentem sibi propria. Sed quum de optimo et poetæ ferme æquali codice bombycino, n. 1630, sæpius scrupulum injiceret Cami vel testimonium vel silentium, hunc iterum tractavi : quo eventu, cognoscetur infra; nam italico charactere voculæ *opt.* indicavi scripturas a Camo sive omissas sive falso relatas. Denique *Jacobsius* mihi concessit emendationes suas, quas de exemplo ipsius Pauwiano enotavi. Uncis inclusa sunt quæ ex aliis libris accesserunt codici Arseniano. Pauca ex his additamentis ad Philen auctorem referri possunt, debet fortasse nihil : nam alia sunt prorsus χυδαῖα, meliora imitatorem potius quam ipsum Philen sapiunt.

Jam igitur hos iambos *de animalium proprietate*, in Pauwiana editione multis partibus laborantes, tradimus Tibi ferme integritati restitutos scriptorum codicum beneficio. De singulis locis addo

quæ in schedis anno 1843 paullo post obitum Lehrsii exaratis inveni notata.

Versu 20 scripsi λόγῳ, ex conjectura Pauwii, pro vulg. λόγων, opt. λόγον. Jacobsius conjecit μογῶν. Idem versu 23 conjecit εὐτυχοῖς. Tenui in hoc scriptore quod dedit *opt.* εὐτυχῆς. Nimirum a pr. m. habet εὐτύχης αὐτοκράτωρ, a sec. εὐτυχῆς αὐτοκράτορ. Vulgo εὐτυχὴς αὐτ. — V. 88 *opt.* δέρην, non δέρρην. — V. 91 *opt.* a pr. m. βλέπτοι. Suppl. solus ἀετὸν λέγει. — V. 127 codd. omnes Αἰγυπτίους, « quod fortasse restituendum, suppleto γῦπας. » *Lehrs.* — V. 161 opt. solus verum servavit. Legebatur στέργουσιν. — V. 176 in *opt.* δ' post ὅταν erasum est. — V. 300. « Libri omnes [etiam Suppl.] διαπλέκοι, quod sane mirum. » *Lehrs.* In similibus locis, si Camum audias, omnes κρίνοι v. 995, θέλοι v. 344. Sed v. 300, *opt.* indicativum habet a pr. m., v. 995 intactum, v. 344 item θέλει intactum. — V. 316 θρύβεται (non θρίβεται) omnes et ipse Arsenius. Sic v. 1307 διαθρύβει. — V. 349 *opt.* θαυμάσει, v. 398 θαυμάσεις, sed in his ob usum scriptoris subjunctivos non mutavi. Aperto iotacismo v. 366 *opt.* ἀπεπνίγει. — — V. 375 *opt.* ὄνπερ præbet, non ὅπερ quod ceteri, male defensum a Phileta (Dorvillio?) in Misc. Obss. vol. VI, p. 455. — V. 581 opt. iterum solus servavit ταῖς ῥοπαῖς, quod verum esse cognoscitur ex v. 583, οὐ μηδὲν ἀγώγιμον ἡ πλάστιγξ φέρει. Ceteri ταῖς ῥοαῖς. — Versu 596 τι καὶ mutavi in νικᾷ, cujusmodi aliquid sententia postulat : nam Arsenius et codd. habent πτερόν τι καὶ χρὼς ... At latebit aliud vocabulum si librarius optimi cod. in πτερὸν δὲ καὶ χνὼς (sic Camus : sed χρὼς potius vult ille calami ductus) non aberravit ad voces his superne impositas ἐνώτιον δὲ καὶ ... : nam in hoc codice, ut in multis aliis, duarum columnarum versiculi sese excipiunt singuli, non universi. Locus haud dubie aut corrupto vocabulo aliquo aut (quod probabilius) lacuna laborat. — V. 611 ex opt. Lehrsius recepit εὐστεφής pro vulg. εὐσταθής, quod præstare videtur. Præcedens ἐρυθροβαφής puto errorem in terminatione insequentis adjectivi peperisse. — V. 624 *opt.* ἑαυτῆς. Male vulgo ἑαυτοῖς. — V. 825 *opt.* σκύλλης habet intactum. — V. 894 ῥιπτεῖ *opt.* Ceteri ῥίπτει. — V. 912 Jacobsius conjecit προβάλλει. Idem versu 950 εὖ pro οὐ, quod recepi. — V. 1159 mirum est quod legitur καὶ μητροπάτωρ οὐκ οἶδ' ὅπως γίνεται, correpto vocabulo οἶδ'. Hoc equidem excidisse puto Philæ per consuetudinem politicorum versuum, in quibus vocabula in unam phrasin arcte conjuncta uno et proprio accentu proferuntur tanquam vocabulum unum, οὐκοιδόπως. Struvii con-

jecturam Lehrsius in margine indicavit : οὐκ οἶδ' ὅπως, καὶ μητροπάτωρ γίνεται. — V. 1174 singularis error effugerat omnes : Ὕαινα δὲ τίκτουσα τὰς κύνας δόλῳ. Scripseram κτανοῦσα quum viderem in *opt.* exstare κτείνουσα.— V. 1247 recepi egregiam conjecturam Jacobsii αὖοι pro αὖθις. Οἶδεν, *solet*, pro εἶδεν idem conjecerat v. 1284, et præbuit opt. — V. 1282 ex *opt.* ὑφερπύσῃ pro vulg. ἐφερπ. — V. 1388 ἔξαμμα scripsi cum Kuhnio pro ἔξαλμα. Sic v. 1194 in omnibus, etiam opt., est ἰταλῶν pro ἰταμῶν. — V. 1414 κνησμονὴν pro κνησμὸν legendum esse viderat Jacobsius, et præbet *opt.*, cujus compendium non intellexit Camus. — V. 1428 opt. solus πικρόφυλλος, quod notandum. — V. 1433 δῆγμα, quod Bersmannus verterat, recepi ex opt. pro δεῖγμα, sed quærendum unde hæc duxerit Philes. Jacobsius δεῖμα, eo sensu quem Pauwius exponit. — V. 1441 βρόχοις ex *opt.* Vulgo male βρόχον. — V. 1461 omnes præter unum cod. 2526 μακρόπους. — V. 1543 edebatur εἰ δή τι μικρὸν καὶ καθεύδει τὴν φύσιν, sed in codicibus est καθεύδειν, apud Ælianum ὕπνου δεόμενος. Scripsi igitur εἰ δεῖ τι, et vidi δεῖ esse etiam in *opt.* — V. 1591 πραγμάτων quod conjectura assecutus fuerat Jacobsius, pro τραυμάτων, est in codd. Idem v. 1634 conjecit τῆς θύρας. — V. 1657 πεφυρμένης, quod Bersmannus expresserat, ex *opt.* Vulgo πεφρυγμένης. — V. 1664 *opt.* προσπέσοι a pr. m., προσπέσῃ a sec. — V. 1746 κλῶν scribere debebam ob auctoritatem opt. — V. 1791 *opt.* λανθάνων, non λανθάνον. — V. 1796 προκείμενος et 1798 τριβῇ ex *opt.* Sic locus sanatus. — V. 1810 codd. omnes εἰς ἕρμα, et 1872 μικροῖς. — V. 1889 ξανθοῖς πλοκαμοῖς etiam *opt.* — V. 1905 καὶ πυκνὰς ἐκ Jacobsius ad Ælian. p. 327, secundum Oppian. Hal. I, 174. Scripsi nonis Septembribus, MDCCCXLV.

FR. DÜBNER.

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΛΟΓΙΩΤΑΤΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΜΑΝΟΥΗΛΟΥ ΤΟΥ ΦΙΛΗ

ΣΤΙΧΟΙ ΙΑΜΒΙΚΟΙ

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ

ΜΙΧΑΗΛ ΤΟΝ ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΝ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΖΩΩΝ ΙΔΙΟΤΗΤΟΣ.

ΤΩι ΕΥΣΕΒΕΣΤΑΤΩι ΚΑΙ ΘΕΟΣΕΠΤΩι ΒΑΣΙΛΕΙ

ΚΑΡΟΛῼ ΑΡΣΕΝΙΟΣ

Ο ΜΟΝΕΜΒΑΣΙΑΣ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΣ,
ΑΙΡΕΙΝ ΑΕΙ ΤΡΟΠΑΙΑ ΚΑΤΑ ΒΑΡΒΑΡΩΝ.

Ὀππιανὸς μὲν πάλαι, γαληνότατε Βασιλεῦ, Ἁλιευτικὰ καὶ Κυνηγετικὰ συγγραψάμενος, τῷ βασιλεῖ Ἀντωνίνῳ ἀφωσιώσατο, οἷς ἐκεῖνος ὑπερησθεὶς, τὸν μὲν ἐκείνων πατέρα μεγαλοπρεπῶς τε ἅμα καὶ ἐλευθερίως ἐδεξιώσατο, τὸν δὲ πάππον ἐξόριστον ὄντα, τῷ υἱῷ φίλα φέρων, τῇ πατρίδι κατήγαγε. Φιλῆς δέ τις τῶν μεταγενεστέρων, ἔν τε ἄλλοις, κἀν τῷ ἰαμβοπλοκεῖν θαυμαζόμενος, ἐν δυσὶ χιλιάσιν ἰάμβων ἐγγὺς, περὶ ζώων ἰδιότητος βιβλίον συνέθετο, ὃ δὴ Μιχαήλῳ τῷ Αὐτοκράτορι προσεφώνησε, φιλοτιμηθεὶς καὶ αὐτὸς παρὰ τοῦ βασιλέως τὰ μάλιστα. Ἀλλὰ τὰ μὲν τοῦ Ὀππιανοῦ, καὶ πρὶν τυπωθῆναι, εὑρίσκετο δήπου παρὰ πολλοῖς, τὸ τοῦ Φιλῆ δὲ τοῦτο καὶ μόνον ὡς λέγουσι τὸ πρωτότυπον παρ' ἐμοὶ, πλήν γε καταπεπατημένον καὶ εἰς πολλὰς διεῤῥηγμένον τομὰς, εἱρμὸν ἀνάρμοστον ἔχον, τῶν φύλλων μετατιθεμένων καὶ ἐναλλάγδην διεῤῥαμμένων, καὶ ὡς ἄλλος Πελίας πρὸς ἀνακαινισμὸν ἑτέρας Μηδείας δεόμενον. Ἀλλ' οὖν ἐγὼ τὸ βιβλίον ἀνατεμὼν καὶ τὰ φύλλα κατὰ τάξιν συνθείς τε καὶ ἁρμολογησάμενος, εἴς τε τὴν προτέραν ἀποκατάστασιν ἐπιμελείας ζέσει συναγαγὼν, ἔγνων ἐντυπῶσαι καὶ ἀφιερῶσαι τῇ βασιλείᾳ σου. Ὃ δὴ, συναιρομένου Θεοῦ, καὶ πεποίηκα, δῶρον ἐπωφελές τε καὶ χάριεν νομίσας προσκομίσαι τῷ κράτει σου. Ἐνταῦθα γὰρ ἂν ἴδοις τὰ ζῶα, θειότατε βασιλεῦ, ὅπως τῷ κοινῷ νόμῳ τῆς φύσεως χρώμενα, ἄνευ προσταγμάτων καὶ διαγραμμάτων βασιλικῶν τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ἐπιμελοῦνται, καὶ προαιροῦνται μὲν τὴν ἀφωρισμένην αὐτοῖς παρὰ τῆς φύσεως δίαιταν, ἐκφεύγουσι δὲ τὰ φευκτὰ καὶ προσκολλῶνται τοῖς κρείττοσι, τῶν λογικῶν μᾶλλον, οἳ λόγῳ καὶ νόμῳ καὶ παιδείᾳ κοσμούμεθα. Θεάσῃ δ' αὖ τὴν εἰς τοὺς γονεῖς φιλοστοργίαν τῶν πελαργῶν, ὅπως τε ἐπιδημοῦσι καὶ ἀποδημοῦσιν, ὡς ἐξ ἑνὸς συνθήματος. Καὶ αὖθις τὰς κορώνας, ὅπως αὐτοῖς τὸ συμπαθὲς ἐνδεικνύμεναι, καὶ ὥσπερ τινὰ συμμαχίαν

SAPIENTISSIMI AC ERUDITISSIMI DOMINI

MANUELIS PHILÆ

VERSUS IAMBICI

AD IMPERATOREM

MICHAELEM PALÆOLOGUM

DE ANIMALIUM PROPRIETATE.

RELIGIOSISSIMO ET AUGUSTISSIMO REGI

CAROLO ARSENIUS

MONEMBASIÆ ARCHIEPISCOPUS,
TROPHÆORUM SEMPER CONTRA BARBAROS
ERECTIONEM.

Oppianus quondam, Auguste Rex, Piscatoria Venatoriaque quum scripsisset, Antonino Regi dicavit; quibus ille mirum in modum delectatus, eorum quidem parentem magnifice simul ac liberaliter accepit, avum vero exulem, filio gratificatus, patriæ reddidit. At Philes posterius genitorum quidam, cum in aliis, tum in iambis texendis, admirationi habitus, ad duo fere iamborum millia, de Animalium Proprietate librum condidit. Quod Michaeli utique Imperatori nuncupavit, honoratus et ipse a Rege inprimis. Verum Oppiani quidem scripta, et priusquam imprimerentur, penes multos inveniri erat; Philæ vero id, unicumque ut perhibent, exemplar penes me, veruntamen conculcatum atque in multa fragmenta discissum, incoibili serie, foliis ab invicem dissutis, et, ut ita dixerim, velut alius Pelias ad instaurationem alia Medea indigens. Codicem igitur recidens, ac folia seriatim componens, perque artus coagmentans, in priorem statum studii ardore quum coegissem, imprimendum statui tuæque dedicandum Majestati. Quod cum Deo et feci, gratum munus atque utile ratus adferre Potentiæ Tuæ. Hic enim videas, Divine Rex, quomodo animalia communi naturæ lege utentia sine jussis et præscriptis Regiis propriam salutem curent, et appetant quidem præfixam ipsis a natura vivendi rationem, ac fugienda devitent, adhæreantque iis, quæ meliora sunt, rationalibus magis, qui sermone legeque ac disciplina ornamur. Contempleris ciconiarum in parentes charitatem, quomodoque accedant recedantque veluti ex compacto. Rursum cornices, quomodo erga illos affectum ostendentes

αὐτοῖς παρεχόμεναι πρὸς ἀλλοτρίους ὄρνιθας παραπέμπουσι. Θαυμάσῃς ἔτι τὸ προφυλακτικὸν τῶν γεράνων, ὅπερ ἔν τε τῷ καθεύδειν, κἂν τῇ πτήσει φυλάττουσιν. Ἡ μὲν γὰρ ἡγεῖται πρὸς ὥραν, εἶτα πάλιν κατόπιν ἐλθοῦσα τὴν ὁδηγίαν τῇ μεθ' ἑαυτὴν παραδίδωσι. Γνώσῃ τὴν κατὰ τοὺς σῆρας μεταβολὴν, κἀκ τούτων προσέτι μνησθεὶς τῆς ἀναστάσεως τὴν ἀσφάλειαν, καταφρονήσεις τῶν ἀθετούντων αὐτῆς τὸ ἀπόῤῥητον δόγμα. Ἀποβλέψῃς πάλιν τοὺς γύπας, πῶς ἀσυνδυάστως τίκτουσι, καὶ καταπτύσεις τῶν καταγελώντων τὸ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας μέγα μυστήριον, ἀδύνατον καὶ ἔξω τῆς φύσεως εἶναι ληρούντων παρθένον τεκεῖν, τῆς παρθενίας αὐτῇ φυλαττομένης ἀχράντου, ἣν Χριστιανοῖς ὑμνητέον εἶναι, ἐπαινετέον τε, καὶ δοξαστέον, μετὰ τὸν ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντα Θεὸν ἡμῶν νενόμισται. Ἀγασθείης δὲ πάλιν τὴν τῶν ἰχθύων καὶ τῶν λοιπῶν ζώων τὴν σοφὴν καὶ εὔτακτον διακόσμησιν· πῶς τὰς μεταβολὰς τῶν καιρῶν, τῇ φυσικῇ αἰσθήσει προκατανοοῦσι καὶ προγινώσκουσιν· ὅπως τε τοῖς Ἱπποκράτους εἰπόντες χάριν ἀφορισμοῖς, ἄλλα ἄλλῳ χρώμενα τῶν φαρμάκων, ἑαυτὰ ἐξιῶνται. Καὶ ἄρκτος μὲν τῷ φλώμῳ τὰς ὠτειλὰς παραβύεται· χελώνη δὲ δι' ὀριγάνου τὴν τοῦ ἰοβόλου λύμην ἐκκρούεται· ἀλώπηξ τῷ δακρύῳ τῆς πίτυος ἑαυτὴν ἰατρεύει· ὄφις ἐμφορηθεὶς μαράθῳ τὴν ὀφθαλμίαν ἀποβάλλεται. Τούτων καὶ τῶν λοιπῶν ζώων, πτηνῶν, πεζῶν, ἑρπυστικῶν τε καὶ νηκτῶν, τῇδε θεάσῃ τὴν ἔμφυτον φύσιν καὶ ἰδιότητα. Ἥδιστον οὖν, ὡς ἔφην, καὶ ἐπωφελὲς διὰ ταῦτα νενόμικα τὸ βιβλίον γενέσθαι τῇ βασιλείᾳ σου. Πέπεισμαι δὲ τήνδε τὴν δευτέραν ἔκδοσιν τούτου τῆς προτέρας τὴν εὐδαιμονίαν γε ὑπερακοντίσασθαι, ἐπείπερ ἀνατίθεται βασιλεῖ ἅπασι τούτοις τὴν βασιλείαν κοσμοῦντι, οἷς ἐκείνη σεμνύνεται τῶν προτέρων βασιλέων ἐπέκεινα. Ἔῤῥωσο

Οὕτω σε τανῦν ἑστιῶ τὸν κράτιστον
νηκτοῖς, πετεινοῖς, κτήνεσιν, ἑρπυστοῖς τε.
Αὖθις δέ σοι τράπεζαν, εἰ δοίης, θήσω,
εἰς ἐκτύπωσιν πορισμὸν τὸν ἀρκοῦντα,
λαμπροῖς στρατηγήμασι τοῦ Πολυαίνου,
οἷς κεῖνος εἱστίασε τὼ βασιλῆε
πάλαι, τὸν Οὖῆρόν τε καὶ Ἀντωνῖνον.

Κύων ἐγὼ σὸς, καὶ γλυκὺς σὺ δεσπότης·
οὐκοῦν ὑλακτῶ, καὶ φαγεῖν ζητῶ βρῶμα.
Ἄναξ λεοντόθυμε τὸν κύνα τρέφε.
Θρέμματα γὰρ θηρᾷν σε βλέπω Βαρβάρων.

velutque subsidium quoddam ipsis præbentes adversus externas aves exeant. Mireris gruum præcautionem, quam cum inter dormiendum, tum inter volandum servant. Alia quidem ad horam præit, tum retrofacta, ducatum sequenti se tradit. Agnoscas in seribus vermiculis transmutationem, et ex iis amplius eruditus Resurrectionis certitudinem, despicies reprobantium ipsam nefarium dogma. Respicias vultures, quomodo citra copulam pariant, et despues qui derident magnum in carne dispensationis Mysterium, impossibile ac præter naturam esse nugantes, Virginem parere, virginitate ei impolluta servata, quam Christianis celebrandum esse, laudandumque et glorificandum post ex ipsa incarnatum Deum Nostrum sancitum est. Admireris præterea piscium, aliorumque animalium sapientem compositamque dispositionem; quomodo temporum instabilitates naturali sensu præintelligant præcognoscantque; quomodoque jussis valere Hippocratis Aphorismis, alia aliis Pharmacorum usa, se ipsa curent. Et ursus quidem phlomo vulnera obturat. Testudo origano venenati labem repellit. Vulpes pinus lacrima se ipsam medicatur. Serpens fœniculo pastus oculorum morbum excutit. Horum reliquorumque animalium, volucrium, pedestriumque, reptiliumque, et natatilium hic genuinam specuíeris naturam proprietatesque. Igitur jucundissimum, ut dixi, atque utilem, ob hæc hujusmodique, arbitratus sum librum fore Imperio Tuo. Persuasus autem sum secundam hujus emissionem prioris felicitatem superaturam, quia Regi dicatur omnibus his regnum exornanti, quibus supra priores Reges honestatur. Vale.

Sic te, quod ad præsens spectat, Potentissimum pasco
Natatilibus, volucribus, jumentis, reptilibusque.
Mox tibi rursum mensam apponam, si dederis
In impressionem facultatem sufficientem,
Celebribus consiliis Polyæni,
Quibus ille reges pavit
Quondam, Verum Antoninumque.

Canis ego tuus, et dulcis tu dominus.
Igitur allatro, et comedere cibum quæro.
Rex leoninæ generositatis, canem ale.
Armenta enim venari te Barbarorum aspicio

ΦΙΛΗ

ΣΤΙΧΟΙ ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙΔΙΟΤΗΤΟΣ.

Ἐχρῆν μὲν Ἀδὰμ τὸν γενάρχην τὸν μέγαν,
τὴν δεσποτικὴν ἐντολὴν δεδεγμένον,
τηρεῖν καθαρὰν τῆς ψυχῆς τὴν ἀξίαν,
καὶ θηρίων ἄρχοντα παντοίων μένειν.
Ἐπεὶ δὲ φαγὼν τοῦ ξύλου τῆς γνώσεως,
ἔγνω παρευθὺς τὴν τιμὴν καθυβρίσας,
ἤμειψε καὶ τὸ σχῆμα τῆς ἐξουσίας,
καὶ θῆρες αἰδοῦς ἀγνοήσαντες νόμους,
ὡς δυσμενῆ φεύγουσι τὸν πρὶν δεσπότην·
καὶ τὸν χαλινὸν ἐνδακόντες τοῦ κράτους,
ῥήσσουσιν οὓς ἔστεργον εὐνοίας βρόχους,
καὶ ζῶσι λοιπὸν εἰς ἐρήμους γῆς τόπους.
Ἐγὼ δέ σοι θήρατρον εὐνοίας πλέκων,
ἤνεγκα τοὺς φυγάδας ἐξ ἐρημίας.
Σοῦ γὰρ ἀνατέλλοντος ἡλίου δίκην,
ὡς εἶπε Δαυὶδ ζωγραφήσας τὴν κτίσιν,
εἰς μάνδραν ἐχρῆν συνδραμεῖν τούτους λόγων·
καὶ λίνα ῥυθμοῦ τεχνικῶς ὑφαρμόσας,
πολλῶν πετεινῶν οὐ παρέδραμον φύσεις·
καὶ πάντα βυθὸν ἐξερευνήσας λόγῳ,
συνέσχον ἰχθῦς τῇ πλοκῇ τῆς λέξεως·
ὡς ἂν ἔχοις καὶ ταῦτα, κἀκεῖνα βλέποις,
καὶ τἄλλα μαθὼν εὐτυχὴς αὐτοκράτωρ.
Ποῖος γὰρ ἄλλος προσφυὴς μᾶλλον φόρος
ἄνακτι, πατρὸς Αὐσονάρχου φιλτάτῳ;
οὗ τὴν ὑπερφυῆ τε καὶ ξένην φύσιν,
καὶ τὸν γλυκασμὸν, καὶ τὸ πρὸς πάντα κράτος,
καὶ τὸν πλατυσμὸν τῆς ψυχῆς, καὶ τὸν τρόπον,
ὀκνοῦσιν ὑμνεῖν οἱ κατ' ἄνθρωπον λόγοι.
Νικᾷ γὰρ αὐτοὺς, κἂν παρὼν φράζοι Πλάτων
ὡς αἰγυπιὸς τοῖς πτεροῖς τὰς ἐμπίδας.
Μᾶλλον δὲ κἂν ἓν εὑρεθῇ πάντα στόμα,
καὶ πρὸς λόγων ἅπασαν ἀρκέσῃ χάριν,
προσῆκον οὐδὲν τῷ τεκόντι σε φράσει.
Τῇ γὰρ σιωπῇ τοῦτον ὑμνήσει πλέον,
εἰ μὴ θρασυνθὲν εἰς κενοὺς ᾄδει κτύπους.
Πλὴν εἴ τι καινὸν ἡ διήγησις φέροι,
τῆς φύσεως καὶ τοῦτο τῆς πολυτρόπου·
ἧς οἶδε σαφῶς τοὺς ἀποκρύφους λόγους
ὁ καὶ προμηθῶς καὶ σοφῶς πάντα κτίσας.
Ὅσον γε μὴν ἔνεστι τοῖς λόγοις τέρας,
τῆς τῶν παλαιῶν τοῦτο φιλοτιμίας·
ἐξ ὧνπερ εὑρὼν τὰς ἀφορμὰς τῶν λόγων,
τὸν εἱρμὸν ὠργάνωσα τῆς εὐρυθμίας.
Ἕλλησι μὲν γὰρ τοῖς σοφοῖς, καὶ βαρβάροις,
ὡς δημιουργοῖς καὶ βραβεῦσι τῶν μύθων,
οὐ φορτικὸν τὸ ψεῦδος, ἀλλ' ἀνεύθυνον·
ἡμῖν δὲ δεινὸν τοῖς τιμῶσι τὸν λόγον,
ὅς ἐστι φῶς ἄνωθεν ὠθοῦν τὸ σκότος.

Oportebat quidem Adamum generis humani magnum satorem,
Domini mandato accepto,
servare integram animi dignitatem,
et animalium omnigenorum regem manere.
Postquam vero gustavit de arbore scientiæ
cognovitque statim honorem se suum proculcasse
mutavit etiam naturam suæ potestatis,
et feræ pudoris leges non jam agnoscentes
velut hostem fugiunt pristinum dominum;
et frenum roboris mordentes
rumpunt benevolentiæ vincula, quæ amaverant,
et vivunt in posterum in desertis terræ regionibus.
Ego autem tibi rete benevolentiæ nectens
reduxi fugaces ex deserto.
Te enim oriente solis instar,
ut dixit David pingens creationem,
in septum verborum oportebat eas concurrere:
et lina numeri affabre texens
multarum avium diligenter notavi naturam;
et totum fundum investigans mente,
pisces coegi in rete orationis:
ut habeas et hæc, et illa videas,
et reliqua per doctrinam assequaris, Imperator.
Quod enim aliud tributum magis conveniat
regi, patris in Ausonia regnantis *filio* carissimo?
cujus eximiam ac raram naturam,
et suavitatem, et omnium rerum dominationem,
et animi magnitudinem, et mores
canere humana verba dubitant.
Vincit enim ea, etiamsi præsens Plato loqueretur,
velut vultur volatu culices:
immo si vel cuncta *ora* unum esse invenirentur os,
quod ad omnem verborum gratiam sufficeret,
nihil tuo genitore dignum proferet.
Silentio enim hunc dicet melius,
si nihil canit elatum temere in vanos clamores.
Ceterum si quid novi hæc narratio ferat,
naturæ id etiam multifariæ *munus est;*
cujus occultas causas bene novit
qui et prudenter et sapienter omnia condidit.
Quantum sane miri inest his sermonibus,
id studio veterum debetur;
e quibus sumpto argumento orationis
nexum concinnavi decentis metri.
Græcis enim sapientibus, et barbaris,
ut conditoribus et arbitris fabularum,
non dedecori est mendacium, sed impunitum;
nobis autem turpe, reverentibus Verbum,
quod est lux desuper tollens caliginem.

ΠΕΡΙ ΑΕΤΩΝ.

Τοὺς ἀετούς, κράτιστε, τοὺς ὑψιδρόμους,
ποτοῦ θεωρῶν ἀκριβῶς ὑπερτέρους,
τέθηπα τὸν κτίσαντα τὴν τούτων φύσιν.
Ἐχρῆν γὰρ αὐτοὺς ὡς κρατίστους ὀρνίθων,
παθῶν ἐπαχθῶν εὑρεθῆναι κρείττονας.
Πλὴν ὀξυδερκής ἐστιν ὁ πτηνοκράτωρ,
καὶ μέχρι σητὸς, ἐκ νεφῶν πάντα βλέπει.
Τούτου δὲ καὶ τὸν ῥοῖζον ἀκούσας δράκων
ἔπτηξε παραχρῆμα, καὶ συνεστάλη,
καὶ τοὺς μυχοὺς ὑπῆλθε τοὺς ἀποκρύφους,
μὴ θᾶττον αὐτὸν συλλαβὼν διασπάσῃ.
Θηρᾷ δὲ καὶ τὸν χῆνα, καὶ τὴν δορκάδα
καὶ τὸν λαγωὸν, καὶ τὸ τῶν ταύρων γένος.
Ὃς τοὺς νεοττοὺς ὄντας ἀπτῆνας τέως
ἐπὶ ξένην βάσανον ὡς νόθους ἄγων,
ποιεῖ δικαστὴν πρακτικὸν τὸν φωσφόρον.
Ὁ μὲν γὰρ αὐτοῦ ταῖς βολαῖς ἀντιβλέπων
τῶν φιλτάτων εἷς ἐστι, καὶ τῶν ἐκκρίτων,
ὀφθεὶς καθαρὸς δυσγενοῦς ὑποψίας.
Ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν σκαρδαμύξας, εὐθέως
ἀλλοτρίου σπέρματος εὑρέθη τόκος,
καὶ τῆς καλιᾶς δυστυχῶς ἀπεκρίθη.
Εἶναι δέ που λέγει τις ἀετοῦ γένος
κρεῶν ἀφεστὸς, καὶ σιτούμενον χλόης.
Θήρας γε μὴν ἐκεῖνος ὁ κρεωβόρος
οὐκ ἂν ὅλως ἅψαιτο τῆς ἀλλοτρίας.
Ἐν ἄσθματι δὲ φυσικῆς δυσοδμίας,
τὰ τῆς τροφῆς λείψανα τηρῶν ὡς λέων,
παντὸς πετεινοῦ δυσμενοῦς εἴργει θράσος,
ὡς ἂν ἐπ' αὐτὰ δυστυχῶν ὑποστρέφοι.
Πτερὸν δὲ πᾶν ἔφθειρεν ἡ τούτου πτέρυξ,
ἂν ὁ πτερωτὴς τῶν βελῶν τοῦ τοξότου
λαθοῦσαν αὐτὴν εἰς φαρέτραν ἐμβάλῃ.
Τούτου, βασιλεῦ, τὸν πολὺν ζώοις βίον,
ἀεὶ νεουργῶν καὶ κρατύνων τὴν φύσιν.

1. DE AQUILIS.

Aquilas, Potentissime, altivolantes
videns potus planissime contemptrices,
admiror illum qui condidit harum naturam.
Oportebat enim eas, ut validissimas avium,
doloribus molestis inveniri superiores.
Præterea acri visu præditus est rex alitum,
et tinea non excepta, e nubibus omnia videt.
Ejus vero clangore tantum audito draco
statim horrescit, et refugit,
et latebras subit absconditas,
ne ocius captum se dilaceret.
Venatur vero etiam anserem, et capream,
et leporem, et taurorum genus.
Qui pullos, dum implumes sunt,
ad novam obrussam, quasi nothos, ducit
et facit judicem idoneum Luciferum (*solem*).
Is enim qui hujus radios ex adverso adspicit,
carissimorum unus est, et selectorum,
visus purus a suspicione adulterini generis.
Is autem qui adversus illum connivet, statim
alieni seminis invenitur proles,
et ex nido misere relegatur.
Esse autem uspiam, ait quidam, aquilæ genus
carne abstinens, ac se nutriens gramine.
At illa quidem carnivora pastum
omnino non tetigerit alienum.
In anhelitu naturalis fœtoris
alimenti reliquias servans, uti leo,
cujusvis avis infestæ propulsat audaciam,
ut ad ipsas infortunata revertatur.
Pennas vero omnes consumit hujus penna,
si opifex qui pennis instruit tela sagittarii,
occultam ipsam in pharetram injecerit.
Hujus, rex, longam vivas vitam,
semper renovans et confirmans naturam.

ΠΕΡΙ ΓΡΥΠΟΣ.

Γρὺψ ὁ πτερωτὸς, καὶ πολὺς, καὶ τετράπους
ὄνυχας ὀξεῖς τῶν ποδῶν ὑπεκφύει,
καὶ πορφυροῦς μέν ἐστι τοῖς ἐμπροσθίοις,
τὰ δ' ἄλλα λευκὸς, τήν γε μὴν δέρην μέλας·
καὶ πῦρ χέων ἄντικρυς ἐκ τῶν ὀμμάτων.
Οὗ τὴν κεφαλὴν, βασιλεῦ, καὶ τὸ στόμα
κἂν μακρόθεν βλέπῃ τις, ἀετός λέγει.
[Ἀσπάζεται μὲν τοὺς ἐρημαίους τόπους,
δεινοὺς ἰδεῖν τε καὶ τραχεῖς ὑπὲρ φύσιν·
οὗ καὶ χρυσοῦ μέταλλον ἡ γῆ ἐκφύει,
ἐξ οὗ ἑαυτῷ καὶ καλιὰς ἐντύνειν
ἐν ἠλιβάτοις τῶν ὀρῶν θ' ὑπερτάτοις.
Τῷ καὶ λαβεῖν τέλειον οὐκ ἔστι γρύπα,

2. DE GRYPHO.

Gryphus alatus, et magnus, et quadrupes
ungues acutos e pedibus procreat,
et purpureus quidem est in antica parte,
reliqua autem candidus, collo tamen niger;
et ignem fundens adversus ex oculis.
Cujus caput, rex, et os
si quidem procul quis spectet, aquilam *esse* dicit.
[Diligit quidem locos desertos,
terribiles aspectu et asperos supra modum:
ubi et auri metallum terra emittit,
ex quo sibi et nidos parare *dicitur*
in inaccessis montiumque summis.
Quare et capere adultum non licet gryphum,

ἀλλὰ νεοσσοὺς ὄντας αἱρεῖσθαι ἔτι.
Τοῖς δ' εἰς χρυσοῦ ἄθροισιν Ἰνδοῖς αὐτόθι
δεινῶς μάχεσθαί φασι τοῖς ἀφιγμένοις,
ὑποψίᾳ γε μὴ ὑπὲρ τοῦ τὰ βρέφη
ἥκοιεν αὐτῶν συλλαβεῖν ἀμωσγέπως.
Δεδοικότες δ' οὖν τὴν ἄγαν τῶν θηρίων
ἀλκὴν, μετ' ἦμαρ ἠρεμοῦσιν ἐν λόχμαις,
νύκτωρ δ' ἐπ' αὐτὰ τοῦ χρυσοῦ τὰ χωρία
χωρεῖν μεθ' ὅπλων πλὴν ταραχῆς καὶ ψόφου.
Κἀκεῖσε φειδοῖ κατορύττοντες τάχος,
τὸ ψῆγμά γ' αὐτὸ λαμβάνουσι σὺν πόνῳ·
καὶ εἴγε πως λάθωσι τοὺς γρύπας τότε,
ὄλεθρον ὥστε τὸν πρὸς αὐτῶν ἐκφυγεῖν
καὶ κῆρα τὴν μέλαιναν, εὖγε τῆς τύχης.

ΠΕΡΙ ΓΥΠΟΣ.

Ὁ γὺψ μαχητὴς τοῖς νεκροῖς ὢν τυγχάνει.
Καὶ γάρ ποτ' αὐτοὺς ᾗ τ' ἂν εὐκαίρως λάχῃ,
τρυφᾷ βεβρωκὼς ὡς βραβευτὴς γεννάδας.]
Πλὴν μαντικὴν ἔχουσιν οἱ γύπες φύσιν.
Καὶ γὰρ συνεκδημοῦσι τοῖς μαχουμένοις,
τῶν σωμάτων ἐλπίδι τῶν πεσουμένων.
Μεμήνασι δὲ τῇ βορᾷ τῶν λειψάνων,
ὡς ὀξυπεῖναι, καὶ σπαράκται, καὶ βλάκες,
οἳ τῷ μύρῳ θνήσκουσι, κανθάρων δίκην.
Θῆλυς δὲ πᾶς γὺψ, καὶ σπορᾶς ἄνευ κύει.
Χαίνων γὰρ ἀντίπρωρος ὕψοῦ πρὸς νότον,
συλλαμβάνει τὸ πνεῦμα, καὶ τρίτου χρόνου,
στρουθοὺς πτερωτοὺς ἀπὸ μήτρας ἐξάγει.
Οἳ ζῶσιν εὐθὺς ἐξ ὀνύχων ἁρπάγων,
πνίγους καλιῶν εὑρεθέντες κρείττονες.
Τοὐναντίον δέ φασι τοὺς αἰγυπιοὺς
τίκτοντας ᾠὰ τῇ σπορᾷ τῶν ἀῤῥένων,
εἰς τὰς καλιὰς τοὺς νεοττοὺς ἐκγλύφειν,
ῥώμης ἀγαθῆς καὶ πτερῶν ἀλλοτρίους·
εἶναι δὲ καὶ μέλανας ὡς Αἰγυπτίους.
[Τούτων γε, φασὶ, τὸ πτερὸν θυμιάσας,
ὄφεις ἐλάσεις χωρίου οὗ ἂν θέλῃς.]

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΣΤΡΟΥΘΟΥ.

Στρουθὸν δέ φασι τὴν μεγάλην οἱ Φρύγες,
οὖσαν πτερωτὴν, τοῖς ποσὶ χρῆσθαι πλέον.
Ὤκιστα γὰρ θέουσαν εἰς ἄρσιν μέσην
κολποῦν ἑαυτῆς τὰ πτερὰ πρὸς τοὺς δρόμους,
ὡς λαῖφος οἰδοῦν ἐκ πνοῆς πλησιστίου.
Ὠῶν δὲ συχνῶν εὑρεθεῖσαν ἐργάτιν,
τὰ μὴ καθαρὰ τῆς γονῆς ἀποκρίνειν.
Ὅσους γὰρ ἐξέλεψεν ἡ ζέσις τόκους,
ἐν τοῖς ἀποῤῥεύσασι κυλίνδροις τρέφειν·
καὶ τῶν διωκτῶν γειτνιώντων ἀθρόον,
ῥιπτεῖν κατ' αὐτῶν τοὺς ὀπισθίους λίθους

sed pullos adhuc prehendere.
Cum Indis vero ibi ad auri collectionem
advenientibus acriter eos pugnare aiunt
metu quidem, ne tu pullos ipsorum
comprehendant quodammodo, accesserint.
Extimescentes igitur nimium ferarum
robur, interdiu quiescunt in dumetis,
noctu vero ad ipsa auri loca *dicuntur*
accedere cum armis sine tumultu et strepitu.
Et ibi cum cura fodientes celeriter,
ramentum ipsum sumunt cum labore.
Et si quidem lateant tunc gryphes,
sic ut perniciem ab illis effugiant
et mortem nigram, euge boni eventus ergo.

---

3. DE VULTURE.

Vultur pugnator est in hominum cadavera.
Etenim ea ubicunque nactus fuerit opportune,
exsultat manducans, ut victor generosus.]
Præterea divinatricem habent vultures naturam.
Etenim proficiscuntur cum pugnaturis,
spe cadaverum eorum qui occisi fuerint.
Indulgent autem pabulo reliquiarum
ut famelici, et rapaces, et ignavi,
qui unguento moriuntur, cantharorum instar.
Femininus vero quivis vultur, et sine coitu concipit.
Hians enim in alto aere adversus notum,
recipit flatum, et tertio anno
pullos plumatos ex utero emittit.
Qui vivunt statim unguibus rapacibus,
nidorum angustiarum inventi impatientes.
Contra vero dicunt ægypios (*aliam vulturum speciem*).
edentes ova maris initu,
in nidis pullos excludere,
roboris boni et pennarum expertes;
nigros vero etiam esse instar Ægyptiorum.
[Horum quidem, aiunt, pennam suffiens,
serpentes abiges quo velis loco.]

---

5. DE MAGNO STRUTHIONE.

Struthionem autem magnum aiunt Phryges,
quamvis pennatum, pedibus uti magis.
Celerrime enim currentem, ad sublationem mediam
sinuare alas suas ad cursum,
sicut velum tumens vento, qui carbasa implet.
Ovorum autem permultorum genitricem
ea, quæ non vacua sint fœtu, segregare.
Quotquot enim pullos excluserit calor,
ovis defluentibus (*rejectis in delectu*) nutrire;
et insectatoribus confertim appropinquantibus;
conjicere in ipsos lapides a tergo

τοῖς ἐκτιναγμοῖς τῶν ποδῶν τοῖς εὐστόχοις·
καὶ τὴν καλιὰν τοῖς ποσὶ διαγλύφειν
εἰς ἀνέχουσαν ψάμμον ἐν τῷ δαπέδῳ
Ἧς καὶ τὰ νευρὰ, βασιλεῦ, καὶ τὸ στέαρ,
πολλῶν ὀδυνῶν εὑρεθῆναι φάρμακα.
Ταύτην ἀνατεμών τις εὑρήσει λίθους,
οἳ τοὺς πόνους παύουσι τῆς ὀφθαλμίας.

jaculationibus pedum bene directis;
et nidum eos pedibus fodere
in arenam eminentem in solo.
Hujus etiam nervos, rex, et adipem
multorum dolorum inventos esse medicamina.
Hoc dissecto aliquis inveniet calculos,
qui tormenta levant infirmitatis oculorum.

ΠΕΡΙ ΕΡΩΔΙΩΝ.

Ἐρωδιοὺς νῆσός τις Ἑλληνὶς τρέφει·
οἳ τὴν ἑαυτῶν εὐγενίζοντες φύσιν,
ὅσους μὲν ἂν ἴδωσι δεῦρο βαρβάρους,
μισοῦσι καὶ φεύγουσιν ὡς πτηνὸν γένος.
Ὅταν δὲ κατάρῃ τις ἐκ τῆς Ἀτθίδος,
εἰσὶ προσηνεῖς καὶ φιλέλληνες πάλιν.
Εὐθὺς γὰρ αὐτῷ προσδραμόντες ἀθρόοι,
τείνουσι τὰς πτέρυγας, ὡς χεῖρας φίλοι.
Κἂν οὗτος αὐτοῖς ὡς ἐθὰς προσεγγίσῃ,
στέγουσιν ἀφὴν εὐμενοῦς ἀλλοτρίου.
Οὕτω πτερωτοὺς τοῦ φιλεῖν διδασκάλους
τοῖς ἀπτέροις δίδωσιν ἡ νῆσος ξένοις.

5. DE ARDEIS.

Ardeas insula quædam Græca nutrit;
quæ natura sua generosæ,
quotquot vident illuc venientes barbaros
oderunt et fugiunt ut alatum genus.
Quando autem aliquis appellit ex Attica,
rursus blandi sunt et Græcorum amici.
Statim enim ad eum accurrentes conferti,
alas tendunt, ut amici manus.
Et ubi is ipsis ut familiaris appropinquavit,
sustinent tactum benevoli peregrini.
Sic alatos amoris magistros
implumibus advenis hæc insula dat.

ΠΕΡΙ ΚΟΡΑΚΟΣ.

Διψῆν δὲ τὸν κόρακα φασὶν ἐκτόπως,
θέρους ἐν ἀκμῇ δυστυχῶς πεφρυγμένον,
ὡς καὶ τραγῳδεῖν ἐξ ἀνάγκης τὸν πόνον,
καὶ μαντικὸν τὸ φθέγμα πολλάκις ἔχειν.
Πλὴν τοῦτο πιστὸν, ὡς μελαίνει τὰς τρίχας
κόρακος ᾠὸν συντεθὲν τῇ μυρσίνῃ.
Χρὴ γοῦν, βασιλεῦ, τὸν δολοῦντα τὴν κόμην,
μύσαντα τῷ στόματι συνέχειν στέαρ,
μὴ καὶ τὸ λευκὸν τῶν ὀδόντων αὐτίκα
τραπὲν μελανθῇ, τῆς βαφῆς προηγμένης.
Κόραξ δὲ κακῶς τοὺς κακοὺς τόκους τρέφων,
οὓς αὐτὸς ἐξέλεψε τοῦ γένους χάριν,
ὅταν ἐπιστῇ καὶ βραχὺς πείνης χρόνος,
βορὰν ἑαυτὸν ταῖς γοναῖς ἀντεισφέρει.

6. DE CORVO.

Corvum erunt vehementer sitire,
æstatisque ardore summo misere torreri,
ut adeo necessitatis causa mœste canat tormentum suum
et fatidicum cantum sæpe habeat.
Præterea id certum est, quod pilos nigrat
corvi ovum unguento admixtum.
Oportet tamen, rex, qui adulterat comam,
clauso ore teneat adipem,
ne etiam dentium candor statim
mutatus nigrescat, pigmento latius serpente.
Corvus autem male malos pullos pascens,
quos ipse exclusit propaginis causa,
quando vel breve famis tempus ingruit,
pabulum se ipsum liberis contra præbet.

ΠΕΡΙ ΠΕΛΑΡΓΩΝ.

Ἀλλ' οἱ πελαργοὶ τοὺς ἑαυτῶν φιλτάτους
ἐν ἀφθόνοις τρέφουσι ταῖς χορηγίαις
καθὼς ἐρωδιοί τε καὶ πελεκάνες.
Οἱ φίλτατοι δὲ τοὺς γονεῖς μετὰ χρόνον
ἀντιτρέφουσιν αὖθις, ὡς εὐεργέτας.
Τροφὴν δὲ τὴν χθὲς ἀνεμοῦσι τήμερον,
πρόσφατον οὐκ ἔχοντες, εἰ τύχοι, τρύφος·
καὶ δευτέραν τράπεζαν ἐξερασμάτων
ἡ φύσις αὐτοῖς ἐξ ἀνάγκης ἀρτύει.

7. DE CICONIIS.

Verum ciconiæ carissimos suos *pullos*
abundantibus nutriunt alimentis,
sicut ardeæ et pelecani.
Carissimi autem *pulli* parentes postea
vicissim alunt, ut beneficos.
Victum vero hesternum vomunt hodie,
novum non habentes, si ita accidit, frustum;
ac secundam mensam vomitionum
natura illis necessitatis causa struit.

ΠΕΡΙ ΤΑΩΝΟΣ.

Πτεροῖς ὁ ταὼς γαυριῶν πολυχρόοις,
λοξῶς ἀνακλᾷ καὶ σοβεῖ τὸν αὐχένα·
καὶ τοὺς θεατὰς ἐκφοβῶν ἀκινδύνως,
κτυπεῖ μεταξὺ τοῖς πτεροῖς, ὡς ὁπλίτης,
ὅτε κρεμαστὸν γωρυτὸν φέρων τρέχει.
Καὶ πάλιν αὐτοὺς ἑστιῶν ἐκ τῆς θέας
τὴν κατόπιν πτέρωσιν ὑπανιστάνει·
ἣν σφαιροποιῶν καὶ σοφῶς ἐπικλίνων,
ἀκμὴν θερινῆς φλεγμονῆς ἀποστέγει·
καὶ πνεῦμα λεπτὸν τοῖς πτεροῖς διαῤῥέον
ἀναψύχει τὸν ὄρνιν ἐξ ὀπισθίου.
Ἀλλ', ὦ βασιλεῦ, μὴ παρέλθῃς τὴν θέαν.
Λειμὼν γάρ ἐστιν ἡ γραφὴ τῶν ἀνθέων,
χρυσὸς δὲ λεπτὸς ἐγχεθεὶς τῇ πορφύρᾳ,
σμάραγδον ἀγνὸν ἐμφυτεύει τῇ κράσει,
καὶ σύνθετον φῶς, καὶ πτερωτὴν αἰθρίαν,
ἐκ τῶν φυσικῶν μειδιῶσαν ἀκτίνων.
Τοῖς δὲ πτεροῖς καί τινας ἀθρήσεις τύπους
εἰς ὀμμάτων μίμησιν ἐκπεπταμένων·
οἷς κλέπτεται τὸ χρῶμα τῆς ποικιλίας,
κινοῦν ἑαυτὸ πρὸς λαβὰς ἰνδαλμάτων.
Συστέλλεται δὲ καὶ κατασπᾷ τὸν τύφον,
ὁρῶν δυσειδεῖς ἐκ ῥυτίδων τοὺς πόδας,
ταὼς ὁ θερμὸς καὶ θρασὺς ὄρνις τέως.
Αἰσθάνεται δὲ τῆς τιμῆς καὶ τῶν κρότων,
οὓς ἄν τις αὐτῷ προσφυῶς διαπλέκοι.
Ἔτους δὲ συντίθησι τὴν ὥραν τρίτου
τῇ καταμικρὸν τῶν πτερῶν καταστάσει.

8. DE PAVONE.

Pennis multicoloribus superbiens pavo
oblique torquet et concutit cervicem;
et spectantes exterrens sine periculo,
crepat interea alis, ut miles armatus,
ubi suspensam pharetram ferens currit.
Et denuo eos invitans post hoc spectaculum,
posticas pennas erigit,
quas in gyrum agens et prudenter reflectens
æstivi fervoris vim depellit:
ac lenis aura pennas perflans
avem a tergo refrigerat.
Verum, o rex, ne prætereas hoc spectaculum.
Pratum enim est illa pictura florum,
aurumque tenue infusum purpuræ
smaragdum purum mixturâ gignit,
et compositam lucem, et pennatum æthera
ex naturalibus radiis subridentem.
In pennis vero etiam videbis imagines quasdam
ad imitationem oculorum patentium;
a quibus arripitur color varietatis,
movens se ad prehensiones imaginum.
At animum demittit et comprimit superbiam,
pedes spectans rugis deformes,
pavo, fervida audaxque avis eatenus.
Intelligit autem laudem ac plausus
quos quis ipsi convenienter composuerit.
Tertio autem anno pulchritudinem suam colligit
pennis sensim accrescentibus.

—

ΠΕΡΙ ΠΕΛΕΚΑΝΟΣ.

Κόγχην πελεκὰν ἐμβαλὼν τοῖς ἐγκάτοις,
καὶ πάλιν αὐτὴν ἐξενεγκὼν, ὀστράκοις
τὸ σαρκίον βέβρωκε ληφθὲν εὐστόχως.
Τοῦ γὰρ τόνου θλάσασα τὰς κλεῖς ἡ ζέσις
ἔλυσεν, ἃς ἔσφιγξεν ἡ κόγχη, πτύχας.
Ἐρωδιῷ δὲ κατὰ παντὸς ὀστρέου
τοῦτ' ἔργον ἐστὶ, συντελοῦν εἰς τὸν βίον.

9. DE PELECANO.

Concha pelecanus visceribus immissa
iterumque ejecta ea, ex testis
dextre sumptam carnem comedit.
Nervi enim clavibus fractis concoctio
plicas solvit, quas concha constrinxit.
Ardeæ autem in omnes ostreas
id negotii est, conferens ad victum.

—

ΠΕΡΙ ΚΥΚΝΟΥ.

Κύκνος θανατῶν ἐμμελεῖς φθόγγους πλέκει,
καὶ τῆς τελευτῆς δεξιοῦται τὸν χρόνον,
τοῦ ζῆν τὸ θανεῖν ἀσφαλέστερον κρίνων.
Ἀνίσταται γὰρ τῶν πτερῶν ἡ πυκνότης,
νευρῶν τάσιν ἔντεχνον ἐκμιμουμένη·
καὶ πλῆκτρον εὐθὺς ὁ ζέφυρος γίνεται.
Καὶ τῷ φυσικῷ τοῦ τραχήλου βαρβίτῳ
κινεῖ τὸν εἱρμὸν τῶν μελῶν ὁ τεχνίτης
πανηγυριστὴς εὑρεθεὶς τῆς ἐξόδου.

10. DE CYGNO.

Cygnus moriturus suaves cantus serit,
et vitæ finis tempus salutat,
mortem vita tutiorem judicans.
Surgit enim pennarum densitas,
chordarum intensionem artificiosam imitans:
ac zephyrus statim fit plectrum.
Et nativo colli barbito
movet modorum seriem artifex,
prædicator inventus exitus vitæ.

Βακχεύεται δὲ ταῖς ἀπίστοις ἐλπίσι,
ποθῶν ἀτεχνῶς τὴν φθορὰν ἐπιτρέχειν.
Ἄνθρωπε φιλόψυχε τὸν κύκνον βλέπων,
πρὸς τὴν τελευτήν, εἰ φρονεῖς, μὴ στυγνάσῃς

Bacchatur autem incerta spe,
plane cupiens in interitum incurrere.
Homo vitæ amans, cygnum adspiciens,
ad finem vitæ, si sapis, ne mœreas.

—

ΠΕΡΙ ΓΕΡΑΝΩΝ.

Τίς τὴν στρατιὰν τῶν γεράνων ὁπλίσας
θεσμοῖς φυσικοῖς, καὶ πτεροῖς ὀξυδρόμοις,
ἐπὶ τὰ κατ' Αἴγυπτον ἐξάγει μέρη,
τὸ τοῦ ψύχους φεύγουσαν εὐτέχνως βέλος;
ὃ κρύπτεται μὲν ὡς φαρέτρᾳ, τῇ Θράκῃ,
λυμαίνεται δὲ τὴν ὑπόπτερον φύσιν,
ὑπαιθρίοις πνεύμασιν ἐστομωμένον.
Τίς ἕρμα ποιεῖ ταῖς γεράνοις τὰς λίθους,
ἃς ἐγκαθειργνύουσι τοῖς παρισθμίοις,
πρὸς τὰς ὑπὲρ γῆς ἐμβολὰς τῶν πνευμάτων·
Δεδοίκασι γὰρ ἐκ τροπῆς ἀταξίαν,
ὅταν ὁ ταρσὸς τῶν πτερῶν τοῖς ὀρνέοις
ἔρημον ἰχνῶν παταγῶν τέμνῃ τρίβον,
εἰς ὁρμαθὸν τρίστοιχον ὀξυγωνίου.
Τίς αὖθις αὐτῶν ἐκδοθείσας τὰς λίθους,
ὅταν ὁ μακρὸς τοῦ πτεροῦ λήξῃ δρόμος,
ποιεῖ κριτικὰς τοῦ χρυσοῦ τοῖς ἐμπόροις;
Ὅταν δὲ καθεύδωσι ῥᾳστώνης χάριν,
ποίου στρατηγοῦ τακτικοῦ γνοῦσαι νόμους,
εἴργουσι πᾶν ἔξωθεν εἰσπίπτον δέος
σωτῆρσι πιστοῖς καὶ σκοποῖς ἀνεσπέροις;
οὓς τίς πάλιν ἔπεισε παρ' ἄλλοις λίθοις
ἀσκωλιάζειν εἰς ἀκάματον στάσιν;

11. DE GRUIBUS.

Quis exercitum gruum armans
legibus naturalibus, et alis velocibus,
ad Ægypti regiones educit,
sollerter fugientem frigoris telum?
quod quidem reconditum est, tanquam in pharetra, in Thracia,
lædit autem volatilem progeniem,
ventis acuminatum sub divo flantibus.
Quis saburram gruibus facit lapides
quos in tonsillis includunt,
contra ventorum supra terram impetus?
Metuunt enim a tergis versis perturbationem,
quandoquidem his avibus ala expansa
strepens desertam vestigiis viam cædit,
volantibus in ordinem triquetrum *qui est* acutis angulis.
Quis porro harum lapides editos,
quando longus alæ cursus finitus est,
auri judices fecit mercatoribus?
Quando autem dormiunt remissionis causa,
cujus ducis bellicæ artis periti leges edoctæ
propulsant omnem metum foris ingruentem
propugnatoribus fidelibus et speculatoribus exsomnibus?
quas quis porro docuit apud alios lapides
uni pedi inniti ad indefessum statum?

—

ΠΕΡΙ ΠΕΡΔΙΚΩΝ.

Λάγνον τὸ φιλόθηλυ περδίκων γένος·
τὰ γὰρ ἐν ᾠοῖς ὀργανούμενα βρέφη
συγκλῶν ὁ πατὴρ τῇ στροφῇ τῶν ...ράκων,
κτείνει πρὸ καιροῦ δυσμενῶς καὶ ...ἐει·
καὶ τὴν φυσικὴν ὁ φθορεὺς λύει σχέσιν,
ὡς ἂν ἐπ' αὐτῆς εὐθυμῇ τῆς συζύγου,
τὸ μητρικὸν τύρβασμα τιθεὶς ἐκ μέσου.
Εἰσὶ δὲ πολλαὶ φιλότεκνοι μητέρες,
αἳ τοὺς τόκους κλέπτουσι τοῦ γένους χάριν,
καὶ τῶν πτερῶν θάλπουσι τῇ ζέσει κρύφα,
καὶ τοὺς ἑαυτῶν εὐτυχοῦσι φιλτάτους.
Εἰ γὰρ ἐπεκράτησαν οἱ παιδοκτόνοι,
τῶν περδίκων ἔρημος ἦν ἂν ἡ κτίσις.
Εἰσὶ δὲ τινὲς καὶ γλυκεῖς φυτοσπόροι,
οἳ καὶ συνωδίνουσι ταῖς θηλυτέραις,
καὶ συνεπῳάζουσιν ἐξ εὐσπλαγχνίας,
καὶ συνδιατρίβουσιν ἐξ ἀπληστίας,
καὶ τοὺς νεοττοὺς ἑστιῶσιν ἀφθόνως,
ἂν τῶν πνιγηρῶν ἐκραγῶσιν ὀστράκων.

12. DE PERDICIBUS.

Libidinosum *est* perdicum mulierosum genus:
fetus enim in ovis qui formantur
pater confringens conversione testarum,
infeste necat ante tempus et confundit,
ac naturalem habitum corruptor solvit,
ut in ipsa delectetur conjuge,
matris impedimento ex medio sublato.
Sunt tamen multæ matres liberorum amantes,
quæ fetus subtrahunt generationis causa,
et pennarum calore clam fovent,
et pullos suos feliciter obtinent.
Nam si infanticidæ prævalerent,
perdicum procreatio deserta esset.
Sunt vero etiam quidam genitores mites,
qui et in parturitione feminas adjuvant,
et cum eis ovis incubant ex animo bene nato,
et cum eis commorantur ex amore inexplebili,
et pullos abundanter pascunt,
quando ex angustis putaminibus eruperunt.

Ἔτι δὲ καὶ πτήσσοντας ὡς μικροψύχους,
εἴ τις ὅλως θόρυβος αὐτοῖς ἐμπέσῃ,
καὶ τῷ ψύχει κάμνοντας, ὡς βραχυπτέρους,
ἁπλοῦντες εὐθὺς τὴν κατάπτερον στέγην,
σφίγγουσι καὶ θάλπουσιν ὡς ἐρασμίους.
Κἂν ὀρνιθευτὴς ἐκταράξῃ τὰ βρέφη,
τέχνῃ σοφῇ νικῶσιν οἱ φυτοσπόροι,
τῶν μητέρων τὸ φίλτρον ἐκμιμούμενοι.
Χαλῶσι μὲν γὰρ τὸ πτερὸν παραυτίκα,
εἱλούμενοι δὲ παρὰ τοὺς τούτου πόδας,
δοκοῦσι μικροῦ συμπατεῖσθαι ταῖς τρίβοις,
καὶ τὴν φυγὴν κλέπτουσι τῶν ζητουμένων,
τοὺς ἀπατηλοὺς ἐξελίττοντες δρόμους·
καὶ τοὺς ἀπαγεῖς οὐκ ἐῶσι φιλτάτους
εἰς χεῖρας ἐχθροῦ συμπεσεῖν, ὡς ἀπτέρους.
Ὁ γὰρ ἐφιστὰς εἰς κενὸν τὰς ἐλπίδας,
ἀφεὶς τὰ μικρὰ, πρὸς τὰ μείζονα τρέχει.
Μόλις γε μὴν φεύγουσι τὴν τυραννίδα,
μᾶλλον δὲ τὴν ὕποπτον ἐντεῦθεν βλάβην.
Μετὰ δὲ μικρὸν, ἐν καλῷ στάντες τόπου,
τὰ στικτὰ συλλέγουσι μακρόθεν βρέφη
τῇ τῶν ἐφολκῶν μουσικῇ προσφθεγμάτων.
Καὶ τὴν καλιὰν τὴν καλουμένην ἅλω,
πέρδιξ, βασιλεῦ, ταῖς γοναῖς διαπλέκει,
θαυμάσιόν τι χρῆμα, καὶ τέχνης γέμον.
Ξύλοις γὰρ αὐτὴν μαλθακοῖς ὑφαρμόσας,
θάλαμον ἀπέφηνε μικροῦ τὴν στέγην·
κἀνταῦθα λαβὼν ἐγκαθίζει τοὺς τόκους·
οἷς καὶ κόνιν μάλιστα λεπτὴν ἐγχέων,
τῆς φύσεως τὸ κάλλος ἀναφαιδρύνει.
Καὶ γῆν παραθεὶς πορφυρὰν πρὸ τοῦ τρύφους,
ὡς ἡ πελειὰς ἁλμυρίδα τοῖς τόκοις,
τοὺς κακοσίτους εὐσίτους εἰργάσατο.
Πλὴν οὐκ ἀναμένουσι τὰς λοχευτρίας
πρὸς τὴν ποθεινὴν ἐκγλυφὴν τὰ νήπια,
ἀλλὰ περιῤῥήσσουσι τὴν ἔξω σκέπην
ἐν τοῖς ὑποκρούμασι τῶν σφαδασμάτων
Ἐπείγεται γὰρ ἐκδραμεῖν πρὸ τοῦ χρόνου,
καὶ μικρὸν ἐκκύπτοντα κινεῖται πλέον·
καὶ θρύβεται μὲν εὐχερῶς τὸ θριγγίον,
ἐξίπταται δὲ, καὶ βαδίζει, καὶ τρέχει
ἰσχνῶς τὰ λεπτὰ κακκαβάζοντα βρέφη.
Τῶν θήλεων δὲ μὴ παρόντων εἰς γάμον,
χωρεῖ πρὸς ὀργὴν ὁ στρατὸς τῶν ἀῤῥένων·
ἐμφύλιον δὲ συγκροτήσαντες μάχην,
οὕτως ἐνυβρίζουσι τοῖς νικωμένοις.
Ἐν ἡμέραις δέ φασιν ἑπτὰ μὲν κύειν,
καὶ τοὺς νεοττοὺς ἐν τοσαύταις ἐξάγειν,
καὶ πάλιν αὐτοὺς ἐν τοσαύταις ἐκτρέφειν,
καὶ τὴν καλιὰν ἐν τοσαύταις ἐμπλέκειν,
οἱ θηρατικοὶ τὰς γονὰς τῶν περδίκων·
εἶναι δὲ πειθοῦς δεκτικὰς χειροτρόφου,
καὶ ζῆν ἐν εἱρκταῖς, καὶ τρυφᾷν ἀφ' ἑστίας·
οὐ πείθεται δὲ συροπέρδιξ ἐνθάδε.

Adhæc eos et paventes, utpote qui pusillanimes sunt,
si quis denique tumultus ipsis ingruat,
et frigore laborantes, quippe brevibus tectos pennis,
expandentes statim alarum tegmen
amplectuntur et fovent, tanquam delicias.
Quodsi auceps exterret pullos,
arte prudenti *eum* genitores vincunt,
matrum amorem imitantes.
Laxant enim extemplo alas,
et provoluti ante illius pedes
videntur fere calcari una cum semitis;
et fugam eorum qui quæruntur occultant,
fallaces cursus volventes,
nec sinunt carissimos infirmos
in manus inimici incidere, ut implumes.
Ille enim in vanum posita spe,
relictis parvulis, ad majores currit.
Enimvero ægre effugiunt crudelitatem,
aut potius perniciem inde imminentem.
Paulo autem post, in securo loco stantes,
varios maculis pullos e longinquo colligunt
allicientium cantuum musica.
Et nidum, quam aream vocant,
perdix, rex, parvulis struit,
miram quandam rem, et artis plenam.
Lignis enim teneris illo compacto,
thalamum fere reddit hoc tectum;
ibique collocat prehensos pullos,
quibus etiam pulverem tenuissimum inspergens
nativam pulchritudinem nitidiorem reddit.
Ac terram rubram apponens ante cibum,
ut columba muriam pullis suis,
fastidiosos cibi appetentes reddit.
Præterea puerperas non exspectant
parvuli ad desideratam pullationem,
sed circum frangunt externum tegmen
percussionibus palpitationum.
Properant enim excurrere ante tempus,
et paululum prospicientes moventur amplius;
ac facile quidem frangitur murus,
prosiliunt autem, et ingrediuntur et currunt
tenuiter parvi pulli caccabantes.
Feminis autem non præsentibus ad nuptias,
in iram transit masculorum agmen:
domesticam autem ubi commiserunt pugnam,
tum exsultant insolentia contra victos.
Septem vero dies partum gestare,
et pullos totidem post dies excludere,
et porro eos per totidem dies educare,
et nidum totidem diebus construere
sobolem perdicum, aucupes tradunt;
dociles autem esse educationis domesticæ,
et in septis vivere, et opimari de foco:
nec vero syroperdix apud nos mansuefit.

Βραχύτερος γάρ ἐστι καὶ πάντως μέλας
καὶ ζῇ περιττοὺς ἑστιώμενος λίθους.
Τὸ δὲ δριμὺ σκόροδον εἰ πέρδιξ φάγοι,
βιβρώσκεται μὲν παρὰ τοῖς βορωτέροις,
νοσεῖν δὲ ποιεῖ ναυτιῶσαν τὴν φύσιν.
Ἄῤῥην δὲ πέρδιξ τὴν ὁμόζυγον βλέπων
ἑστῶσαν ἀγχοῦ τοῦ θεάτρου τῆς μάχης,
ὅταν ἐναθλῇ, συντονώτερος μένει·
αἰσχύνεται γὰρ μὴ κρατῶν, ὡς αὐθάδης.

Brevior enim est et prorsus niger,
et abundantes lapillos comedens vivit.
Sin autem perdix acre allium comedat,
gustatur quidem a voracioribus,
ægrotare autem facit nauseantem naturam.
Masculus vero perdix conjugem conspiciens
stantem prope spectaculum pugnæ,
quando certat, majore contentione sustinet;
nam pudet eum non vincere, quippe ambitiosum.

ΠΕΡΙ ΑΛΕΚΤΡΥΟΝΟΣ.

Ἀλεκτρυὼν μέντοι γε νικῶν τὴν μάχην,
σφριγᾷ καθαρῶς, καὶ σοβεῖ, καὶ τέρπεται·
νικώμενος δὲ μετριάζει σωφρόνως,
καὶ ζῇ σιωπῶν εὐαρίθμητον χρόνον.
Νοσεῖ γὰρ εὐθὺς, καὶ θανεῖν θᾶσσον θέλει.
Πύλην δὲ μακρὰν αὐθαδῶς ὑποτρέχων,
αὐτοκράτορ μέγιστε, τὸν λόφον κλίνει·
δοκεῖ γὰρ αὐτὸν, εἰ προσεγγίσει μόνον,
εἰς θραῦσιν ἐλθεῖν, καὶ ῥυῆναι τὸν τύφον.

13. DE GALLINACEO.

Gallinaceus vero victor pugnæ
turget planissime, et superbit, et exsultat;
victus autem, pudenter se continet,
et silens vivit breve tempus.
Ægrotat enim confestim, et ocius mori vult.
Altam vero portam superbe subiens,
Imperator maxime, cristam inclinat;
Opinatur enim hanc, si modo appropinquasset,
fractum iri, et defluxurum sibi fastum.

ΠΕΡΙ ΝΗΤΤΗΣ.

Τίς νῆτταν ἰδὼν, βασιλεῦ, μὴ θαυμάσῃ;
ἣ νήχεται μὲν εἰς ὕδωρ πηδήσασα,
πρὶν τοῦτο μαθεῖν ἐν σχολῇ διδασκάλου·
καταδύνει δὲ καὶ πάλιν ἀναδύνει,
καὶ τὴν κεφαλὴν δαψιλῶς διαβρέχει.
Νηττοκτόνος δὲ κίρκος εἰ ταύτην ἴδοι,
κάτεισιν εὐθὺς ἐκ νεφῶν, ὡς ἁρπάσων
Ἡ δὲ σκέπην τὸ ῥεῖθρον εὑρίσκει ξένην,
καὶ γίνεται μὲν εὐφυὴς βυθοδρόμος,
τὴν ζωτικὴν εἴργουσα τῆς πνοῆς χύσιν·
ἀλλαχόθι δὲ τῆς ῥοῆς ἐκκύψασα,
πάλιν ἐκεῖνον εἶδεν, εἶτα κατέδυ.
Χρόνῳ δὲ τῆς ἐνταῦθα λυθείσης μάχης,
ὁ μὲν πάλιν ἀπῆλθεν, ἡ δὲ νήχεται,
πλουτοῦσα λουτρὸν εὐκραῶν καθαρσίων.
Ἔστι δὲ κίρκος ἄλλος, Αὐσονοκράτορ,
ὃς νῆτταν ἰδὼν, καὶ καταπτὰς ὑψόθεν,
καὶ συγκαταδὺς αὐθαδῶς, ἀπεπνίγη.

14. DE ANATE.

Quis anatem videns, rex, non miretur?
quæ quidem natat in aquam prosiliens,
antequam id didicit in magistri schola;
immergitur autem et iterum emergit,
et caput abunde permadefacit.
Anaticida autem milvus si eam conspiciat,
descendit statim e nubibus, quippe rapturus.
Illa vero novum tectum reperit fluvium,
et optima fit urinatrix,
vitalem spiritus effusionem cohibens;
alibi autem ex flumine prospiciens
iterum illum videt, tum submergitur.
Sed tempore hac ibi lucta finita,
alter quidem recedit, altera natat,
abunde utens lavacro temperatarum lotionum.
Est autem alius milvus, Ausoniæ rex,
qui anate visa, devolans ex alto,
et una se immergens temere, suffocatur.

ΠΕΡΙ ΧΗΝΟΣ.

Ὁ χὴν δὲ θερμὸς καὶ διάπυρος φύσει,
καὶ φιλόλουτρός ἐστιν ἐν ταῖς νήξεσι.
Πόας δὲ καὶ θρίδακας ὑγρὰς ἐσθίων,
ποιεῖ διαῤῥεῖν εὐμαρῶς τὴν γαστέρα.
Καὶ πλὴν ἰατρῶν καὶ διαίτης βιβλίου,
δάφνης τὸ φύλλον οὐδὲ πεινῶν ἂν φάγοι·
φθερεῖ γὰρ αὐτὸν ἡ τροφὴ παραυτίκα.

15. DE ANSERE.

Anser autem calidus et fervidus natura
et lavacrorum amans est in natationibus.
Herbas vero et lactucas humidas edens
facile fluere facit alvum.
Ac sine medicis et diætæ libro
lauri folium, ne esuriens quidem, gustarit;
hoc enim alimentum confestim eum interficit

Λίθον δὲ τῷ στόματι μὴ κλάγξῃ στέγων,
ὅνπερ καλοῦσι Ταῦρον, ἀμείβει πάγον.
Τοὺς ἀετοὺς γάρ φασι τοὺς χηνοσκόπους,
ἐκεῖσε δεινῶς ἐλλοχᾷν πρὸ τοῦ ψύχους.

Lapidem autem ore occultans, ne clangat,
montem, quem Taurum vocant, transmittit.
Aquilas enim ferunt, anserum speculatrices,
vehementer ibi insidiari ante biemem.

ΠΕΡΙ ΙΒΕΩΣ.

Ἶβις ἐν ἀκταῖς τὴν τροφὴν παρεκλέγει.
Καὶ πίμπλαται μὲν ἡ στροφὴ τῶν ἐντέρων,
ἐμφράττεται δὲ τὸ στενὸν τῆς ἐξόδου.
Καὶ φρύγεται μὲν τῇ παρὰ φύσιν ζέσει,
λύει δὲ τὴν ἔμφραξιν ἐξ ὀπισθίου,
κλυστῆρα λοξὸν ὀργανοῦσα τὸ στόμα.
Ἅλμην γὰρ ἐγχέασα ῥευστὴν εἰς βάθος,
ἀφῆκεν ὑγρὰς τῆς πυγῆς τὰς ἐκκρίσεις,
καὶ πλὴν ἰατρῶν, καὶ γραῶν, καὶ φαρμάκων,
δύσοιστον ἀπέῤῥιψε κοπρίας βάρος.
Καὶ τῶν Λιβυκῶν ἐμφαγοῦσα σκορπίων,
ἀνεῖλε γοργῶς τοὺς ὑποπτέρους ὄφεις,
ἥκοντας εἰς Αἴγυπτον ἐξ Ἀραβίας.
Αὕτη νεοττεύουσα φοινίκων μέσον,
ὕποπτον ἐκπέφευγεν αἰλούρου θράσος.
Καὶ τῆς σελήνης οὐ παρῆλθε τοὺς δρόμους
μειουμένης, κράτιστε, καὶ πληρουμένης.

16. DE IBI.

Ibis in littoribus cibum conquirit.
Et impletur quidem tortus intestinorum,
obstruuntur autem angustiæ exitus :
et torretur quidem eo qui est præter naturam calore
solvit autem obstructionem a tergo,
clysterem faciens recurvum rostrum.
Salsuginem enim liquidam infundens in profundum,
humidas ani dejectiones emittit,
ac sine medicis et aniculis et medicaminibus
intolerabile stercoris pondus abjicit.
Et Libycis vescens scorpionibus
acriter interimit alatos angues
in Ægyptum venientes ex Arabia.
Hæc fœtans inter palmas
suspectam felis audaciam effugit.
Ac lunæ cursus non negligit
decrescentis, Potentissime, et crescentis.

ΠΕΡΙ ΣΑΛΑΜΑΝΔΡΑΣ.

Τὴν σαλαμάνδραν κἂν ἀὴρ, κἂν γῆ τρέφῃ,
ἐν ὀστέοις γάρ ἐστιν ἰσχνὸν σαρκίον,
καὶ δέρμα λιτὸν, καὶ πτερῶν ἔχει σκέπην,
ἀλλ' οὖν συνιδὼν, Αὐσονάρχα, θαυμάσῃς·
τὸ πῦρ γὰρ αὐτὴν οὐ φοβεῖ τὸ παμφάγον,
ἐφίπταται δὲ, καὶ διώκει τὴν ζέσιν.
Καὶ σβέννυσι μὲν τῆς καμίνου τὴν φλόγα,
κινεῖ δὲ πυκνὴν τοῖς βαναύσοις ἀσβόλην,
ψυχρός τις αὐτοῖς ἀνθρακεὺς δεδειγμένη.
Καὶ ζῇ μεταξὺ τῆς πυρᾶς καὶ τοῦ βρόμου
καὶ σπῶσα καπνοῦ καὶ δριμύτητος πνέει,
τῆς αἰθάλης πρὸς ὕψος ἠρεθισμένης.

17. DE SALAMANDRA.

Salamandram sive aer, sive terra alat,
in ossibus enim est exilis caro,
et pellem tenuem et alarum habet tegmen,
sed conspectam, Ausoniæ rex, miraberis;
ignis enim omnivorus hanc non terret,
involat vero et sequitur ardorem.
Et exstinguit camini flammam,
densamque fuliginem fabris suscitat,
frigidus aliquis carbonarius ipsis facta.
Et vivit inter rogum et fremitum,
et sorbens fumum atque acrimoniam respirat,
favilla sursum excitata.

ΠΕΡΙ ΑΗΔΟΝΟΣ.

Ὅταν ἀηδὼν ἀκροώμενον βλέπῃ,
μελῶν ἀγαθῶν ἐξερεύγεται κτύπους.
Ἀγχίστροφον γὰρ τὴν βοὴν διαπλέκει,
καὶ γαργαλισμοὺς ὀργανοῖ κεκλασμένους
ἐκ τῆς ἐν ἀκμῇ τακερᾶς μουσουργίας.
Καὶ μακρὸν ἂν δήπουθεν εὐφραίνοι χρόνον,
εἰ μή τις αὐτὴν ἐκταράττοι συγχέων.
Ὅταν δὲ γῆν ἄβατον ἀνθρώποις ἴδοι,
τὸν φθόγγον ἁπλοῦν καὶ βραχὺν παραπτύει
Μελῶν δὲ ῥυθμοὺς ἐκδιδάσκει τὰ βρέφη,

18. DE LUSCINIA.

Quando luscinia auscultantem conspicit,
modorum pulchrorum sonos eructat.
Versatilem enim vocem texit,
et titillationes efficit fractas
musica eximie molli.
Et per longum profecto tempus delectet,
nisi quis eam perturbet confundens.
Quando autem terram non tritam hominibus vidit,
vocem simplicem et brevem fundit.
Carminum vero numeros pullos docet,

τὸν πυκνὸν ἐγκόπτουσα τοῦ φθόγγου δρόμον.
Ἀηδόνος δέ πού τις εἰ φάγοι κρέας,
ἄγευστον ὕπνου τὴν φύσιν ἐργάζεται.
Ταύτην κατασχὼν, ἄφες ἐκπτῆναι πάλιν·
οἰχήσεται γὰρ ἐν σιγῇ παραυτίκα,
τὸν ἐκ λύπης θάνατον ἁρμοσαμένη.

crebrum vocis cursum inhibens.
Lusciniæ vero carnem si quis forte edat,
naturam somni expertem reddit.
Hanc captam evolare rursus sinas;
tabescet enim statim in silentio,
mortem præ mœrore sibi struens.

[ΠΕΡΙ ΑΚΑΝΘΙΔΟΣ Η ΑΚΑΝΘΥΛΛΙΔΟΣ.

Τέρπει δ' ἀκανθὶς ἡ πανεύμορφος μάλα
τοὺς εἰσακούειν ποικιλότραυλα μέλη
ὀρεκτικῶς ἔχοντας ᾠδῶν ὀρνέων.
Μέλπει γὰρ ἡδὺ καὶ λιγύφθογγον μέλος,
ἐπὶ τραχέσι τῶν ἀκανθῶν ἡμένη·
αἷς ἐνδιατρίβουσα τὸν βίου χρόνον,
τροφὴν παρ' αὐτῶν λαμβάνει ὁσημέραι.
Ὅθεν φασὶν (καὶ) τοὔνομ' ἐκ τούτου γ' ἔχειν,
τοῦ τῶν ἀκανθῶν ἐκτρέφεσθαι εἰκότως.
Ταύτης δ' ὁμοῦ τὸ αἷμα καὶ τοῦ ὀρνέου
τοῦ αἰγιθαλοῦ, φησὶν ὁ Σταγειρίτης,
εἰ μέν τις ἄμφω ταῦτα συμμίξαι θέλοι
ἐς ταὐτὸ ἀγγεῖόν τε καὶ ἓν, οὐκ ἴδοι
ὅλως ἑνοῦσθαι ταῦτά γ' εἰς κρᾶσιν μίαν·
ἀλλ' ὄψεται μὲν θάτερον τοῦ θατέρου
χωρίς θ' ὑπάρχειν καὶ μένειν ἀσυγχύτως,
λόγῳ ἀποῤῥήτῳ τε τῆς πολυτρόπου,
καὶ θαυματουργοῦ φύσεως τῶν πραγμάτων.]

[19. DE CARDUELE.

Carduelis autem formosissima valde delectat
eos qui multisonos modos audire
cantuum avium cupidi sunt.
Cantat enim suavem et acutum modum,
spinis carduorum insidens :
in quibus degens vitæ tempus,
cibum ex ipsis capit quotidie.
Unde dicunt etiam nomen eam ex eo habere,
quod carduis plerumque vescitur.
Hujus autem simul sanguinem et alitis
pari, ait Stagirita,
si quis ambos illos *sanguines* miscere velit
in idem vas et unum, non videat
omnino conjungi eos in unam mixturam :
sed videbit quidem alterum ab altero
sejunctim consistere et separatim manere,
ratione arcana multiplicis
et miraculosæ rerum naturæ.]

ΠΕΡΙ ΧΕΛΙΔΟΝΟΣ.

Ἔχει τι καινὸν ἡ χελιδόνος φύσις.
Εἰ γάρ τις αὐτῆς εὐπραγοῦσι τοῖς τόκοις
φθορεὺς ἀκερδὴς ἐξορύξει τὰς κόρας,
λαβοῦσα σεπτὴν ἡ σοφὴ μήτηρ πόαν,
πρὸς ἣν ἰατρῶν ἀσθενεῖ τέχνη βλέπειν,
αὖθις τὸν ἑσμὸν ὀμματοῖ τῶν φιλτάτων.
Ἃ καὶ κρόκῳ βαφέντα λευκαίνει πάλιν,
πρὸ τῆς πτερωτῆς, Αὐσονοκράτορ, σκέπης,
ἄλλῃ πόᾳ σμήχουσα τὴν ἀμορφίαν.
Πηλοῦ δὲ μὴ παρόντος εἰ κτίζειν θέλοι,
ψεκάσι πυκναῖς τὸ πτερὸν διαβρέχει,
καὶ χοῦν ἐπ' αὐτοῦ συντεθέντα λαμβάνει,
καὶ τὴν καλιὰν ὀργανοῖ πρὸ τῶν τόκων.
Ἐναντίαν δέ φασι τῇ τῶν ὀρνέων,
τὴν μίξιν αὐτῶν εὑρεθῆναι καὶ ξένην.

20 (19). DE HIRUNDINE.

Habet aliquid novi hirundinis natura.
Nam si quis pullis ejus bene habentibus
eversor noxius oculos effoderit,
prudens mater sacram capiens herbam
ad quam medicorum ars spectare non valet,
statim pullorum examen visu remuneratur.
Quos etiam croco tinctos dealbat iterum,
Ausoniæ rex, ante pennarum indutum,
alia herba abstergens deformitatem.
Luto autem non suppetente, si nidificare velit,
guttis crebris pennas madefacit
et limum in ipsis conglomeratum capit,
et nidum fabricat infantibus.
Contrarium autem ferunt avium aliarum coitui
harum coitum inveniri et mirum.

ΠΕΡΙ ΦΑΤΤΩΝ.

Σῶφρον τὸ φαττῶν, Αὐσονοκράτορ, γένος·
ἀλλότριον γάρ ἐστιν ὀθνείου λέχους.
Κἄν τις τὸ σεμνὸν τοῦ γένους ἀτιμάσῃ,
θνήσκει παρευθὺς ὑπὸ τῶν ἀνευθύνων,
αἳ ζῆν μόλις κρίνουσι τὴν μοιχαλίδα.

21 (20). DE PALUMBIBUS.

Castum, Ausoniæ rex, palumbium genus.
Alienum enim est ab adultero toro.
Sin autem quis generis integritatem maculet,
interficitur confestim ab innocentibus,
qui vivere vix sinunt adulteram.

ΠΕΡΙ ΤΡΥΓΟΝΩΝ.

Ὀρχούμενοι δέ τινες ἀπάτης χάριν,
τὰς τρυγόνας θηρῶσιν ἐκ τῶν ᾀσμάτων.
Κηλοῖ γὰρ αὐτὰς ἡδονή τις ἐνθάδε,
κἂν σωφρόνως φεύγωσι τοὺς νόθους γάμους.
Ὥστε σκοπεῖν δεῖ τὰς παρ' ἡμῖν παρθένους
μή τις μελουργὸς πορνικῶν ἐπᾳσμάτων
εἰς ἡδονῆς θήρατρον αἰσχρῶς ἑλκύσῃ.

22 (21). DE TURTURIBUS.

Saltantes autem quidam fraudis causa,
turtures venantur cantibus.
Voluptas enim quædam eos ibi fascinat,
etiamsi caste fugiant illegitimas nuptias.
Quare observare nos oportet virgines nostras,
ne quis cantor meretriciorum carminum
in libidinis rete eas turpiter trahat.

ΠΕΡΙ ΓΛΑΥΚΟΣ.

Αἱμύλον ἡ γλαὺξ ἡ φιλέσπερος φύσει.
Σκοπεῖν γὰρ εἰκὸς τῆς πανούργου τὸν δόλον
Μωκωμένη τὰς ὄρνις ἡμέρας ὅλης,
καὶ ποικίλῃ στρέφουσα μορφῇ τὴν θέαν,
σαίνει τὰ μικρὰ τῶν ὑποπτέρων γένη;
ἃ καὶ παραμένοντα μέχρις ἑσπέρας,
ὅταν ἔχῃ τὴν ὄψιν ἀσφαλεστέραν,
τῆς νυκτερινῆς εἰσρυείσης ἰκμάδος,
θηρᾷ παρευθὺς, καὶ τρυφᾷ χωρὶς πόνων,
τὸν μισθὸν ἀπέχουσα τῶν ἀθυρμάτων.

23 (22). DE NOCTUA.

Captiosa est noctua vesperæ amans natura.
Observare enim convenit callidæ dolum.
Illudens avibus totam diem,
et varia specie mutans faciem,
permulcet parva volucrum genera:
quæ etiam commorantia usque ad vesperam,
ipsa quando visum habet certiorem,
nocturno humore ingruente,
venatur statim, et pascitur sine laboribus,
præmium suorum reportans lusuum.

ΠΕΡΙ ΚΟΚΚΥΓΟΣ.

Κόκκυξ παρελθὼν εἰς καλιὰς ὀρνέων,
οἷς ἐστιν αὐτὸς ἐμφερὴς ἐκ τῶν τόκων,
τίκτει μεταξὺ τὰς γονὰς τῶν ὀστράκων·
τῶν γὰρ καλιῶν τὰς κενὰς παρατρέχει.
Καὶ τοὺς περιττοὺς τῶν κυλίνδρων συγκλάσας,
οὓς εὗρεν αὐτοῦ συντεθέντας ὁ πλάνος,
ὡς ἂν ὁμαλῶς ἀντιτάξῃ τοὺς τόκους,
καὶ πᾶσαν αὐτῶν ἐξελὼν ὑποψίαν,
τὰς εἰσαγωγὰς τῆς κλοπῆς μὴ φαυλίσῃ,
κοῦφος λαθὼν ἔξεισι τῶν ἀλλοτρίων.
Τὸ γὰρ πετεινὸν ὡς κρυμῶδες τὴν κράσιν,
νεοττοποιεῖν ἐκ πυρᾶς οὐκ ἰσχύει.
Ὅταν δὲ τὴν ἔκλεψιν ὁ χρόνος δράσῃ,
κόκκυξ ἐπελθὼν συγκομίζει τὰ βρέφη.
Τοιαῦτα φασὶ μηχανᾶσθαι τοῖς τόκοις
καὶ κίγκλον αὐτὸν, ὡς ἀνίσχυρον φύσει.

24 (23). DE CUCULO.

Cuculus clam ingressus in nidos avium,
quibus ipse similis est ovorum natura,
edit in mediis ovis ova sua:
vacuos enim nidos prætervolat.
Et *suis additis* numerum excedentia ubi fregit ova,
quæ ibi composita invenerat planus,
ut pari numero exæquet ova,
et omni suspicione illis exempta
furti illationem ne irritam reddat,
levis clam exit ex alienis *nidis*.
Hæc enim avis, utpote frigida temperatura,
fœtus excludere *suo* calore non potest.
Quando autem tempus pullationem perfecit,
cuculus accedens pullos suos abducit.
Talia dicunt machinari fœtibus
etiam cinclum ipsum, quippe infirmum natura.

ΠΕΡΙ ΠΥΡΙΓΟΝΩΝ.

Τὸ πῦρ δὲ γεννῶν τοὺς πυριγόνους τρέφει.
Οἳ κἂν μετ' αὐτὸ, βασιλεῦ, τὸ παμφάγον,
τὸν ἀέρα πνεύσωσι τὸν ζωηφόρον,
θνήσκουσιν εὐθὺς, ἐκ φθορᾶς ἀντιστρόφου.

25 (24). DE PYRIGONIS.

Ignis autem pyrigonos gignit et alit.
Qui adeo, rex, si post hunc omnivorum,
aerem spiritu ducant vitalem,
confestim moriuntur, interitu inverso.

ΠΕΡΙ ΤΕΤΤΙΓΩΝ.

Τοὺς ἄῤῥενας δὲ τῆς γονῆς τῶν τεττίγων
ποιεῖ φιλῳδοὺς ἡ μαγὰς τῆς ἰξύος.
Οἱ νυκτερινῆς ἐμφορούμενοι δρόσου,
τὸν ῥυθμὸν ἐντείνουσιν εἰς μεσημβρίαν,
ὅταν τὸ θερμὸν τὰς νοτίδας ἁρπάσῃ,
καὶ τοὺς ἀγωγοὺς τῶν μελῶν ἐξικμάσῃ.
Θῆλυς δὲ σιγῶν εὐπρεποῦς νύμφης τρόπον,
καὶ τῶν γυναικῶν σωφρονίζει τὰς λάλους,
αἰδοῦς νόμων ἄῤῥητον ὠδίνων μέλος.

26 (25). DE CICADIS.

Mares autem generis cicadarum
cantores facit lyra lumborum.
Qui nocturnum haurientes rorem
rhythmum intendunt usque ad meridiem,
quando calor humores abstulit
et carminum canales exsiccavit.
Femina autem silens modestæ sponsæ more,
etiam mulieres loquaces sapere docet,
pudoris legum tacitum carmen parturiens.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΘΡΑΚΩΝ ΘΗΡΑΣ ΚΑΙ ΤΩΝ ΚΝΩΔΑΛΩΝ.

Πολυπλόχους τείναντες ἐς θήραν βρόχους
Θρᾷκες μὲν ἠρεμοῦσιν, ὥστε λανθάνειν·
κίρκοι δὲ συμμαχοῦντες αὐτοῖς ὑψόθεν,
ἐκδειματοῦσι τὰ πτερωτὰ κνώδαλα·
τὰ δὲ πρὸς αὐτοὺς ὑποφεύγει τοὺς βρόχους.
Ἐν ταῖς περιβολαῖς δὲ συνωθουμένους
αἱροῦσι γοργῶς τοὺς φυγάδας ἀθρόους,
καὶ μισθὸν εἰσφέρουσι τοῖς ὑπερμάχοις,
ἐκ τῶν δι' αὐτοὺς εὐχερῶς εἰλημμένων.
Εἰ δ' οὖν, ἀγαθῶν ἐστερήθησαν φίλων,
εἰς δευτέρους ἥκοντες οἱ Θρᾷκες βρόχους.

27 (26). DE THRACUM VENATIONE ET DE BELLUIS.

Multinoda tendentes retia ad venationem
Thraces quidem silentium tenent, ut lateant;
circi autem pugnæ socii ipsis ex alto
territant volucres belluas:
hæ vero ad ipsos suffugiunt laqueos.
In retibus autem implicatos
profugos alacriter capiunt frequentes,
et præmium offerunt sociis suis
ex illis horum ope dextre captis.
Sin autem, bonis amicis privati sunt
Thraces ad secundam capturam euntes.

ΠΕΡΙ ΚΙΝΝΑΜΩΜΟΥ.

Ὄρνις ὁ κιννάμωμος ὠνομασμένος
τὸ κιννάμωμον εὗρεν ἀγνοούμενον,
ὑφ' οὗ καλιὰν ὀργανοῖ τοῖς φιλτάτοις,
μᾶλλον δὲ τοῖς μέλασιν Ἰνδοῖς, αὐτάναξ,
ἀρωματικὴν ἡδονὴν διαπλέκει.

28 (27). DE CINNAMOMO.

Avis quæ cinnamomus vocatur,
cinnamomum invenit ignotum,
quo nidum fabricat carissimis *pullis*
imo potius nigris Indis, Imperator,
fragrantes delicias texit.

ΠΕΡΙ ΜΕΛΙΣΣΩΝ.

Ἐγὼ δὲ τιμῶν τῶν μελισσῶν τοὺς νόμους
φιλῶ μὲν αὐτῶν, Αὐσονάρχα, τὴν φύσιν,
μισῶ δὲ τοὺς κηφῆνας ὡς νωθεῖς φάγους.
Μέλισσα μὲν γὰρ ἡ φιλεργὸς τεχνῖτις
ἔλυσε τὰς πτέρυγας εὐθὺς ἡμέρας
εἰς τὴν ποθεινὴν συλλογὴν τῶν ἀνθέων,
κηφὴν δὲ λαθὼν εἰς τὸ σίμβλον ἐκρύβη·
τέως γε μὴν ἔμεινεν αὐτοῦ που τρέμων,
ὁ κλὼψ ὁ δειλὸς, ὁ θρασὺς θηλυδρίας·
ἐπεὶ δὲ νὺξ ἦν καὶ βαθὺς ἤδη γνόφος,
τὴν μὲν φιλεργὸν ὕπνος εἷλε νήδυμος,
αὐτὸς δὲ τὰς σύριγγας ἐνδὺς ἀτρέμας,
ἥδιστον ἐτρύγησεν ἐκ τούτων μέλι.
Ἡ σύντομος δ' οὖν, καὶ σοφὴ, καὶ τεχνῖτις,
τὸν κρυπτὸν ὑπώπτευσεν αὐτίκα δόλον·

29 (28). DE APIBUS.

Ego autem honorans apum leges,
amo quidem earum naturam, Ausoniæ rex,
odi autem fucos, pigros edones.
Nam apis quidem, laboris amans artifex,
solvit alas simul cum aurora
ad desideratam collectionem florum;
fucus autem clam in alvearium se abdit:
aliquantum temporis sane ibi manet tremens,
fur timidus, audax effeminatus;
quando autem nox est et profunda jam caligo,
laboriosam somnus tenet suavis,
ipse autem in cellas secure ingressus
mel dulcissimum ex illis legit.
Parva vero *apis* ac prudens et artifex
occultum dolum statim suspicatur;

καὶ συλλαβοῦσα τῆς τρύγης τὸν ἐργάτην,
ἔμπικρον ἀπέφηνε τὸ βρωθὲν μέλι.
Τοῖς γὰρ πτίλοις παίσασα τῶν μεταφρένων
ἐξεῖλεν αὐτὸν τῆς κλοπῆς τετυμμένον.
Μετὰ δὲ μικρὸν εἰσρυεὶς αὖθις χρόνον,
τὴν ἐσχάτην ἔδωκεν ὁ φθορεὺς δίκην.
Ἐχρῆν γὰρ αὐτὸν, ὡς ὑπόπτερον λύκον,
τοῖς τῶν μελισσῶν ἐμπεσεῖν ἀκοντίοις·
ἢ μᾶλλον ἐχρῆν μὴ πονεῖν εἰθισμένον,
τοῖς τῶν φιλεργῶν ἐκτριβῆναι κεντρίοις.

et deprehenso messis perceptore,
amarum reddit mel comesum.
Alis enim tergi percutiens
a furto avertit illum verberatum.
Post breve autem tempus denuo irruens
extremam pœnam dat corruptor.
Oportebat enim ipsum, ut alatum lupum,
apum aculeis incidere;
aut potius oportebat eum non assuetum ad laborandum
apum laboriosarum aculeis confici.

ΠΕΡΙ ΑΡΓΩΝ ΜΕΛΙΣΣΩΝ.

Ἀργὸν δὲ ταύταις ἄλλο συμβιοῦν γένος
ἐφίπταται μὲν τῇ χλιδῇ τῶν ἀνθέων,
οὐ δύναται δὲ καὶ γλυκὺ πλάττειν μέλι.
Συναίρεται δ᾽ οὖν ἐξ ἀμίσθου φροντίδος
τῇ τῶν φιλεργῶν πανταχῇ περιστάσει.
Ἡ μὲν γὰρ αὐτῶν ὑδραγωγὸς εὑρέθη,
τὸν αὐλὸν ἐντείνασα τοῖς παρισθμίοις,
ὡς ἂν ἐπ᾽ αὐτῆς εὐπραγῶν τῆς παστάδος
ὁ τοῦ γένους ἔξαρχος ἀφθόνως πίνοι·
ἡ δὲ προβομβεῖ, καὶ προπέμπει τὰ στίφη,
καὶ δημαγωγεῖ τακτικῶς ἐν τοῖς πόροις.
ἡ δὲ πρὸ παντὸς εὐμαθοῦς Ἱπποκράτους,
νεκρῶν μελισσῶν ἐκκομίζει φορτία,
μήπως ἔχῃ τὰ σίμβλα τῇ σήψει φθόην.
Ἄλλη δέ τις ἄγρυπνον εἰσφέρει πόνον,
τῇ τῆς φυλακῆς ἀκριβεῖ παραστάσει·
μὴ τὰς φιλεργοὺς ἡσυχαζούσας τέως
λαθών τις ἐχθρὸς εἰσφθαρῇ πρὸς ἑσπέραν,
καὶ τὸν τοσοῦτον ὄλβον αὐτῶν ἁρπάσῃ·
Τίς οὖν, βασιλεῦ, τῆς μελίσσης τὴν φύσιν
προγνωστικὴν ἔδειξεν εἰς ὄμβρων χύσιν;
Ναρκᾶν γὰρ ἂν εἴποι τις, εἰ παρὼν βλέποι,
τὴν πρὶν φιλεργὸν τὸν κρυμὸν σκοπουμένην
ὡς καὶ γεωργοῖς, καὶ νομεῦσιν ἀγρόταις
χειμῶνα δεινὸν ζωγραφεῖν εἰς αἰθρίαν
ἐκ τῶν ἀτεχνῶς μαντικῶν πετασμάτων.
Καὶ γὰρ παρ᾽ αὐτὸν ἐγχρονίζει τὸν πόνον,
καὶ μικρὸν ἐκκύψασα τοῦ σίμβλου χρόνον,
ὅταν ὁ καιρὸς τῆς νομῆς ἀναγκάσῃ,
πάλιν θυραυλεῖ συντεμοῦσα τὸν δρόμον.
Ἐξίπταται δὲ ταῖς πνοαῖς ἀντιστρόφως,
ὑπερφέρουσα τινὰ τοῖς ποσὶ λίθον,
ὡς ἕρμα ληφθὲν ἐμβριθῶς πρὸς τὸν πόρον,
μὴ παρασυρῇ ταῖς ῥοπαῖς ἡ λεπτότης.
Ἥκιστα γὰρ ἂν εὐπλοήσοι καὶ σκάφος,
οὗ μηδὲν ἀγώγιμον ἡ πλάστιγξ φέρει.
Καὶ ζῇ μὲν ἁγνὸν ἡ σοφὴ σχεδὸν βίον,
ἄγευστος οὖσα νεκρικῶν σπαραγμάτων.
Ζώου δὲ παντὸς οὐχ ὑποπτήσσει θράσος.
Ὁπλίζεται γὰρ ἀσφαλῶς τῷ κεντρίῳ,

---

30 (29). DE APIBUS INERTIBUS.

Aliud autem genus iners cum his una vivens
involat quidem splendori florum,
non potest vero etiam fingere dulce mel.
Cura tamen gratuita opitulatur
apum operosarum circumfuso agmini.
Alia enim illarum aquæ gerula invenitur,
canalem intendens glandulis,
ut in ipso thalamo bene habens
generis princeps abunde bibat.
Alia in fronte bombum facit et emittit examina,
et agmen ducit cum arte militari in itineribus.
Alia præ quovis erudito Hippocrate
mortuarum apum onera exportat,
ne alvearia tabem habeant ex putredine.
Alia vero quædam insomnem contribuit laborem,
custodiæ diligenti assiduitate,
ne laboriosas, dum dormiunt,
latens aliquis inimicus incidat de nocte,
et tantas divitias ipsarum rapiat.
Quisnam, rex, apum naturam
præsagam reddidit ad descensum imbrium
Torpere enim dicat aliquis, qui præsens viderit,
apem antea laboriosam, frigus præsentientem;
ut etiam agricolis ac pastoribus rusticis
gravem tempestatem pingat per cœli serenitatem
patefactionibus suis prorsus fatidicis.
Nam *tum* in ipso opere tarda est
et breve tempus progressa ex alveario,
quando pabuli hora coegerit,
rursus domi excubat præcidens cursum.
Evolat autem adversus ventos
portans pedibus lapillum quendam,
tanquam saburram cum pondere sumptam ad navigationem.
ne levitas sua auferatur *ventorum* momentis.
Minime enim etiam scapha bene navigarit,
cujus lanx non fert quod momentum faciat.
Et vivit quidem sapiens sanctam fere vitam,
se abstinens ab esu morticinorum.
At vivi cujuslibet fortitudinem non metuit.
Firmiter enim armatur aculeo

καὶ τῇ φυσικῇ τῆς ψυχῆς εὐτολμίᾳ.
Καὶ φιλόμουσός ἐστιν, ὡς ὄρνις τάχα·
σκιρτήσασαν γὰρ εἰς φυγὴν τὴν ἐργάτιν
ποιεῖ συριγμὸς ἐμμελὴς ὑποστρέφειν.
Θρύψις μὲν οὖν, καὶ μύρα, καὶ χλιδῶν βίος,
οὐδὲν παρ' αὐτῇ, σωφρονεῖ γὰρ ἐκ πόνων.
Ἐνώτιον δὲ καὶ λιθόστρωτον στέφος
ἐν ἱματισμῷ νυμφικῆς εὐκοσμίας,
πτερῶν νικᾷ χρὼς, εἰ κονίσαλον φέροι.
Οὕτως τὸ βιοῦν εὐτελῶς ἐν τοῖς πόνοις
καὶ τῶν γυναικῶν εὐγενίζει τὸν τρόπον·
ἃς τὸ πρὸς ἁβρότητα καὶ θρύψιν βλέπειν
ἄλλως φιλεργοὺς, Αὐσονάρχα, δεικνύει.
Κινεῖ γὰρ αὐτὰς τὸ πτερὸν τῶν ὀμμάτων
εἰς τὴν πονηρὰν ἐκλογὴν τῶν ἀῤῥένων.
Ἐρωτικὸν δέ τινα βομβοῦσι κρότον
ἐκ τῶν μελιχρῶν τῆς βοῆς πετασμάτων,
ὅτε προσιζάνουσιν αὐτοῖς ὡς πόαις,
οἳ καὶ τὸ πικρὸν τῆς ἁμαρτίας μέλι
τρυγῶσιν αἰσχρῶς ἐλλοχῶντες τοὺς γάμους.
Πλήττουσι δ' οὖν τὰ κέντρα τοῦ συνειδότος
κηφῆνας αὐτοὺς τῇ κλοπῇ δεδειγμένους.

et naturali animi audacia.
Ac musicæ amica est, ut fere avis;
nam quæ in fugam se conjecerit operariam
fistulæ cantus sonorus reverti facit.
Ac mollities quidem, et unguenta, et luxurians vita
nihili *sunt* apud illam, modesta est enim ex laboribus.
Inaurem vero et gemmis constratam coronam
in vestiario mundi nuptialis
alarum vincit color, quando pulverem ferunt.
Ita simpliciter vivere in laboribus,
mulierum etiam illustrat mores:
quas luxuriæ ac voluptatis cura
male amantes laborum reddit, Ausoniæ rex.
Movet enim ipsas ala oculorum
ad pravam virorum optionem.
Atque amatorium quendam bombum faciunt
e vocis mellitis effusionibus,
ubi, tanquam plantis, illis assident,
qui amarum etiam culpæ mel
legunt turpiter insidiantes nuptiis.
Attamen stimuli conscientiæ pungunt
eos, quos furtum convicit esse fucos.

[ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΜΕΛΙΣΣΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΣ.]

Πρᾶος δέ τις ἄκεντρος, εὔζωνος, μέγας,
ἐρυθροβαφὴς, εὐστεφὴς, καὶ γεννάδας,
θεσμοῖς φυσικοῖς τὸν στρατὸν διεξάγει.
Κἂν ἀγανακτῶν πρὸς τὸν ὄχλον ἐκφύγῃ,
ῥινηλατεῖ τὸ σμῆνος αὐτοῦ τὸν δρόμον·
καὶ πάλιν αὐτοῖς εὑρεθεὶς, ὑποστρέφει,
καὶ τὴν πρὸ μικροῦ βλαπτικὴν ἀναρχίαν
λύει παρευθὺς ἐξορίζων τὴν στάσιν.
Αἱ πλάστιδες γοῦν, καὶ τὸ σειρήνων γένος
αἳ τὸ γλυκὺ κτίζουσι τοῖς σίμβλοις μέλι,
τὴν βασιλικὴν ἐξυφαίνουσι στέγην,
ἐπὶ σκοπιᾶς ὀργανοῦσαι τὰς βάσεις.
Περιβόλοις δέ τισι καὶ προαυλίοις
κοσμοῦσιν αὐτὴν ἀσφαλῶς ἡδρασμένην·
ἐν οἷς ἑαυτῆς ἐκδιώκει τοὺς πόνους
ἡ πρεσβυτικὴ πᾶσα τοῦ σμήνους φάλαγξ.
Καὶ πάλιν αὐτὴν ἄλλο κυκλοῖ θριγγίον,
ὃ τὰς ἐν ἀκμῇ καὶ πρὸ τῆς ἥβης ἔχει,
φρουροὺς ἀτεχνῶς τῶν γραῶν δορυφόρων.
Κλίνει δὲ καὶ τὸ κέντρον αἰδοῖ τοῦ κράτους,
ὅταν ἴδῃ μέλισσα τὸν βασιλέα.
Ὃς ἐν μὲν ἀκμῇ τῶν μελῶν καὶ τῶν πτίλων,
ὅταν πετασθῇ, τὰς φυλὰς συνεξάγει·
καὶ γὰρ ὁμαρτεῖ πανταχοῦ τῷ δεσπότῃ
παρεμβολὴ, τηροῦσα τακτικοὺς νόμους·
ἂν δὲ τρυχωθῇ τῇ παρακμῇ τοῦ χρόνου,
καὶ τοῦ πτεροῦ τριβέντος ὀκνῇ τὸν δρόμον,
τὸ σμῆνος εὐθὺς δίφρον ὀξὺ δεικνύει,
δι' οὗ φοράδην ὡς γέρων κομίζεται.

[DE APUM REGE.]

Mitis vero quidam, sine aculeo, bene cinctus, magnus,
rubro colore tinctus, bene coronatus, et generosus,
legibus naturalibus exercitum semper ducit.
Et siquando iratus in multitudinem aufugit,
examen cursum ejus odore indagat;
ac rursum repertus ab ipsis, revertitur,
imperiique absentiam, quæ modo erat, damnosam
confestim terminat, eliminans seditionem.
Jam fabricatrices et sirenum genus,
quæ dulce mel in alveariis condunt,
regium domicilium pertexunt,
in specula fundamenta fingentes.
Mœnibus vero quibusdam ac vestibulis
adornant ipsum firmiter fundatum:
in quibus suos labores persequitur
grandior tota examinis phalanx.
Ac rursus illud alius circumdat murus,
qui eas continet, quæ in juventutis flore et ante pubertatem [sunt,
custodes plane senum satellitum.
Inclinat vero etiam aculeum potestatis reverentia,
quando apis regem videt.
Qui quidem, in vigore membrorum atque alarum
quando evolat, tribus secum educit;
etenim ubique regem comitatur
exercitus, observans militares leges;
sin autem ævi infirmitate extenuatur
et tritis alis retardatur in cursu,
examen sellam agilem statim facit,
qua portatu, utpote senex, vehitur.

Ὅταν δὲ σαλπίσῃ τις ἐκ βασιλέως,
ὡς ἀπὸ συνθήματος ὑπνοῖ τὰ στίφη.
Καὶ κανόνος δέ τινος ἢ τέχνης δίχα
μέλιττα ποιεῖ γραμμικὰς διαπλάσεις.
Ταῖς γὰρ κάτω σύριγξιν ἐστηριγμέναις
ἀνωτέρας πήγνυσιν ἀντισυνθέτους.
Καὶ δημιουργεῖ τὰς ὀπὰς τὰς ἐν μέσῳ
σχήμασιν ἢ λήμμασιν ὀρθογωνίοις.
Φραγμοὺς δὲ λεπτοὺς ἐμβιβάζει τοῖς πόροις,
ὡς ἂν ὁ κηρὸς ἐγχεθεὶς ὑφιζάνῃ,
καὶ συνέχῃ τὸ ῥεῦσαν ἡ πῆξις μέλι.

Quando vero quis e regis *domo* tuba canit,
tanquam ex conventu, agmina consopit,
Verum etiam sine regula ulla aut arte
apis normales structuras facit.
Inferioribus enim cellis firmiter constitutis
superiores æqualiter compositas superstruunt.
Et spatia media ædificat
figuris vel formis æquangulis.
Septa autem tenuia interponit cellulis,
ut cera infusa subsidat,
et coagulatio mel fluens contineat.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΑ ΖΩΑ ΦΘΕΙΡΟΝΤΩΝ.

Ὄφις δὲ καὶ σφὴξ, καὶ χελιδὼν, καὶ φρύνος,
μύρμηξ τε καὶ σὴς, αἰγιθαλὴς καὶ φάλαγξ,
καὶ σαῦρος ὠχρὸς, καὶ φαγεῖν δεινὸς μέροψ,
σμήνει μελισσῶν δυσμενεῖς ὀδοστάται.
Νιφὰς δὲ πυκνὴ, καὶ πνοὴ πεφυρμένη,
δριμύς τε καπνὸς, καὶ νεφῶν ἔτι γνόφος,
σοβοῦσιν αὐτὰς ἐκτροπῇ καὶ συγχύσει.
Κίρκος δὲ, λάρος, γὺψ, τρυγὼν, καὶ κόσσυφος,
σίδην φαγόντες, εὐθὺς ἀπολώλασιν.
Θνήσκει δὲ καὶ κάνθαρος ἐγγίσας μύρῳ·
καὶ ψὰρ φαγὼν σκόροδον, οὐκέτι πνέει.
Καὶ τὸν μελαγκόρυφον ἄγνος ἐκτρίβει·
κορυδαλὸν δὲ τὸ δριμὺ φθείρει νάπυ.
Κέδρου δὲ φύλλον εἰ λαθὼν δή που φάγοι
καλαμοδύτης, οὐ βλέπει τὸν ἥλιον.
Κεῖται δὲ νεκρὰ καὶ πνοῆς ἀλλοτρία,
εἰ τῆς ὑαίνης τὴν χολὴν ἶβις πίοι.
Φθίσις δὲ τοῖς ἔποψι δορκάδων στέαρ.
Τὸν ἀετὸν δὲ τῶν ἐτῶν ὑπεξάγει
βρωθὲν παρ' αὐτοῦ δυστυχῶς τὸ σύμφυτον.
Κόραξ δὲ τὴν εὔζωμον οὐ στέγει πόαν·
καὶ τῶν κορωνῶν τὸν πολὺν τέμνει χρόνον
πτῶμα προληφθὲν εἰς βορὸν λύκου στόμα.
Πίπτει χαραδριὸς δὲ τιτάνου σπάσας·
κτείνει δὲ λιβὰς τὰς γεράνους ἀμπέλου.

31 (30). DE IIS QUÆ ANIMALIA PERDUNT.

Serpens autem, et vespa, et hirundo, et rubeta,
formicaque et tinea, parus et phalangium,
ac viridis lacerta, et merops edacissimus,
apum examini inimici insidiatores.
Nives autem densæ, et ventus turbidus,
acerque fumus, et nubium præterea caligo
fugant illas repulsu ac perturbatione.
Circus vero, larus, vultur, turtur et merula,
malo punico comeso, statim pereunt.
Moritur vero etiam scarabæus unguento propinquans;
et sturnus, allio comeso, non amplius spiritum ducit.
Et atricapillam vitex conficit;
alaudam vero acre sinapi interimit.
Cedri autem folium si forte nescius comederit
calamodytes, non respicit solem.
Jacet etiam mortua spirituque destituta,
si hyænæ fel ibis biberit.
Pernicies autem upupis *est* caprearum adeps.
Aquilam porro annis *vitæ* expellit
symphyton infeliciter ab ipsa devoratum.
Corvus erucam herbam non tolerat;
et cornicibus multum vitæ tempus præcidit
cadaver ante captum in lupi os vorax.
Cadit charadrius gypso vulso;
vitis autem gutta grues interficit.

[ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΖΩΩΝ ΕΝ ΑΛΛΗΛΟΙΣ ΕΧΘΡΑΣ.]

Στυγεῖ μὲν οὖν μύραινα τοὺς πολύποδας·
μεμήνασι δὲ καράβῳ πολύποδες·
ὁ κάραβος δὲ ταῖς μυραίναις ἄχθεται·
καὶ ταῖς χελώναις ἀντίκεινται πέρδικες,
καὶ τοῖς ἐχίνοις οἱ ποταμογείτονες.
Ἔχθος γε μὴν ἔχουσιν αἰθυίαις μέγα
μακροὶ πελαργοὶ, καὶ βραδύπτεροι κρέκες.
Ἐρωδιὸς μισεῖ δὲ τοὺς λευκοὺς λάρους·
κορυδαλὸς δὲ πᾶσαν ἀκανθυλίδα·
καὶ πελεκὰν ὄρτυγα, καὶ πτῶκες κύνας,
τρυγὼν δὲ πύῤῥαν· τῆς δὲ κερδοῦς ἡ φύσις
ἐχῖνον ἐχθρὸν οἶδεν, ὃν χέρσος τρέφει.

[DE ANIMALIUM INTER SE INIMICITIA.]

Atque odit quidem muræna polypos;
sæviunt autem contra locustam polypi;
locusta contra murænis irata est;
et testudinibus perdices adversantur,
et echinis potamogitones.
Profecto magnam inimicitiam habent in mergos
longæ ciconiæ crecesque tardis alis.
Ardea autem odit laros candidos;
alauda porro quamcunque acanthylida;
et pelecanus coturnicem, et lepores canes;
turtur autem pyrrham; vulpis vero natura
echinum, quem terra nutrit, hostem novit.

Πάλιν κορῶναι δυσμενεῖς γλαυκῶν γένει.
Κόραξ δὲ μισεῖ τὴν γονὴν τῶν ἰκτίνων,
πάγρον τε βρένθος, καὶ τρυγὼν πυραλλίδα,
τὴν τρυγόνα χλωρεὺς δὲ, καὶ τοῦτον κόραξ·
δράκων δὲ κύκνον· ἀετὸν δὲ τὸν μέγαν
αἰγυπιὸς δέδοικε· τὸν δὲ, τρωγλίτης.
Κτείνει δὲ βουβαλίδα καὶ ταῦρον λέων,
ὡς Ἰνδὸν ἐλέφαντα πυρίπνους δράκων.
Ὦτις δὲ κυνὸς ἁρπαγὴν φυλάσσεται.
Καὶ τοὺς ὄνους αἴγιθος ἐχθροὺς ἂν κρίνοι.
Οἱ μὲν γὰρ ὠγκήσαντο, τοῦ δὲ τοὺς τόκους,
ὅσους ἐν ᾠοῖς εὗρεν ἐσπειραμένους,
ἀφῆκε νεκροὺς ἐκπεσόντας ὁ κτύπος.
Ὄφεις δὲ πεφρίκασι κέντρα σκορπίων.
Ἰχνεύμονες δὲ δειματοῦσιν ἀσπίδας,
ἀλέκτορες δὲ τῶν λεόντων τὴν φύσιν,
τούτους δὲ γαλῆ, μυγαλῆ δὲ παρδάλεις.
Πάλιν ἀλώπηξ δυσμενῆ κίρκον κρίνει,
κόρακα ταῦρος, ἵππον ἰχθὺς ἀνθίας,
δελφὶς φάλαιναν, καὶ λάβραξ τὸν κεστρέα·
μύραινα γόγγρον, ἡ δ' ὕαινα πάρδαλιν,
καὶ σκαλαβώτην ὁ φθορεὺς κλὼψ σκορπίος,
νάρκη δὲ τοῦτον, ἀστακὸς πολύποδα.
Λέων δὲ πῦρ δέδοικεν ἐκτόπως τρέμων.
Ἁλίσκεται δ' οὖν εὐχερῶς ὄϊς λύκοις,
ἔποψιν ἡ μέλιττα, καὶ χελιδόσι
τέττιξ φιλῳδὸς, ταῖς δὲ δορκάσιν ὄφις,
καὶ παρδάλει πίθηκος, ὃν μίμον βλέπεις.
Τῆς ἴβεως δὲ τὸ πτερὸν μόνον βλέπων
ἅπας ὄφις δέδοικεν· οὗπερ ἂν θίγοι,
ναρκῶν ὄφις ἐκεῖνος· ἂν δὲ καὶ φάγοι,
τέθνηκε ῥαγεὶς ὁ φθορεὺς τὴν γαστέρα.
Κύων δὲ σιγᾷ, κἂν ὑλακτῆσαι θέλοι,
δαλὸν θεωρῶν ἐκ πυρᾶς φθισιμβρότου.

Porro cornices infestæ noctuarum generi.
Corvus autem odit gentem milvorum,
pagrumque brenthus, et turtur pyralidem,
turturem autem chloreus, et hunc corvus;
draco porro cycnum; aquilam autem magnam
vultur metuit, hunc troglites.
Interficit vero bubalidem taurumque leo,
ut Indicum elephantum ignivomus draco.
Tarda autem canis capturam cavet.
Et asinos ægithus hostes judicaverit.
Illi enim rudunt, hujus autem fœtus,
quotquot in ovis invenit satos,
sonitus ille mortuos ejectos dimittit.
Angues autem scorpiorum aculeos exhorrescunt.
Ichneumones etiam perterrent aspidas,
galli autem leonum naturam,
hos vero mustela, et mus araneus pardales.
Porro vulpes circum sibi inimicum judicarit,
corvum taurus, equum piscis anthias,
delphin balænam, et lupus marinus mugilem;
muræna congrum, at hyæna pardalin,
et stellionem scorpius, corruptor furtivus,
torpedo autem hunc, astacus polypum.
Leo autem ignem timet vehementer tremens.
Jam vero ovis facile capitur a lupis,
ab upupis apis, et ab hirundinibus
cicada canora, et a capreis anguis,
et a pardali simia, quam imitatricem vides.
Ibis autem alam conspiciens tantum
unusquisque anguis horret; quam si attigerit,
torpore anguis ille *moritur;* sin autem adeo comedet,
ventre dirupto moritur pestis.
Canis vero, etiamsi latrare velit, tacet
conspiciens torrem ex rogo mortifero.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΛΕΞΗΤΗΡΙΩΝ ΕΙΣ ΤΑΣ ΒΑΣΚΑΝΙΑΣ.

Ἀνθίσταται δὲ πρὸς τὸ βάσκανον πάθος
δάφνην φαγοῦσα φάττα, κίρκος πικρίδα,
πέρδιξ καλάμου, κίχλα μυρσίνης κόμην,
ἐρωδιὸς καρκῖνον, ἄγρωστιν ἔποψ',
φύλλα δρυὸς κόρυδος, ἴκτινος θρύον,
ῥάμνον κορώνη, κίρκος ἀνθοῦντα κρόκον,
ἄγνον κόραξ ἔγκαρπον, ἡ τρυγὼν ἶριν.
Λίνον δὲ ταὼς τοῖς πτεροῖς βύσας φέρει,
ἅρπη δὲ κιττὸν, καὶ πελαργὸς πλάτανον·
ᾧ μᾶλλόν ἐστι δυσμενὴς ἡ νυκτάλωψ·
καὶ γὰρ ἐν ᾠοῖς τὴν σπορὰν πεπηγμένην
ποιεῖ διαῤῥεῖν, κἂν πτεροῖς ἄκροις θίγοι·
ἡ πλάτανος δὲ τὴν φιλέσπερον πάλιν
εἴργει πρὸ καιροῦ προσπελάζειν τοῖς τόκοις·
ναρκᾷ γὰρ εὐθὺς ἐμπεσοῦσα τῷ κλάδῳ.
Φθορᾶς δὲ τηρεῖ τὰς γονὰς ὑπερτέρας

DE REMEDIIS CONTRA FASCINATIONES.

Resistit vero fascinationis malo
laurum comedens palumbes, circus cichorium
perdix arundinis, turdus myrti comam,
ardea cancrum, gramen upupa,
quercus folia alauda cristata, milvus juncum,
rhamnum cornix, circus florentem crocum,
viticem fructiferam corvus, turtur irim.
Linum autem pennis infarctum pavo fert,
harpe vero hederam, et ciconia platanum;
cui magis inimicus est vespertilio:
etenim fœturam in ovis conditam
effluere facit, si vel extremis pennis contingat;
platanus autem vesperæ amicum contra
ante tempus prohibet ad fœtus appropinquare;
torpet enim confestim ramo incidens.
Contra perniciem pullos præstantiores tuetur

εἰς τὴν καλιὰν ἀετὸς κρύψας λίθον,
ὡς ἡ χελιδὼν τοῦ σελίνου τὴν κόμην.
Ἐξάψασα δὲ τοῦ τραχήλου τὸν λίθον
κύουσα γυνὴ κερδανεῖ ζῶν τὸ βρέφος.

aquila lapidem in nido occultans,
sicut hirundo apii comam.
Ex collo vero suspensum portans lapidem illum
mulier gravida vivum consequetur partum.

ΠΕΡΙ ΜΥΙΑΣ.

Μυῖαν δὲ λαβὼν ἐκ ῥοῆς πεπνιγμένην,
καὶ τέφραν αὐτῆς ἐκ πυρᾶς ὑπερχέας,
τὸν νεκρὸν ὑπόθαλψον αὐγαῖς ἡλίου·
καὶ γὰρ ἀναζῇ, καὶ τροφαῖς ἐπιτρέχει.

DE MUSCA.

Musca suffocata ex aqua retracta
et cinere ex ipso foco insperso,
cadaver solis radiis calefacias;
etenim reviviscit et ad pabulum accurrit.

ΠΕΡΙ ΦΡΥΝΗΣ.

Φρύνην δέ τις, κράτιστε, τὸ ζῷον βλέπων,
κἂν ἡ φύσις ἔγραψεν αὐτὸν ὡς ῥόδον,
καθάπερ ἀλγῶν ὠχριᾷ πλεῖν ἰκτέρου.
Χαραδριῷ δὲ τῷ Γαληνῷ προσβλέπων,
αὖθις νεουργεῖ τοῦ προσώπου τὴν χρόαν.
Ἐκτρίβεται γὰρ τῆς βαφῆς ἡ πυκνότης,
ὡς τοῦ νόθου φθίνοντος ἠρέμα κρόκου.
Ὄντοιν δὲ δυοῖν τῇ φρύνῃ τοῖν ἡπάτοιν,
τὸ μὲν φθορὰν ἤνεγκε τοῖς γεγευμένοις,
τὸ δὲ ξένον φάρμακον αὐτοῖς εὑρέθη.
[Ἀλλ' εἴ τις αὖ μιν τὴν ἐπάρατον λάβοι
καὶ συνθλάσειεν, ὥς φασι, τρίψας μάλα,
εἶτ' ἀπομάξας, ἐκβάλοι τ' εὐφυέως
ταύτης τὸ αἷμα καὶ δόσειέ τῳ λάθρᾳ
πίνειν ἐν οἴνῳ ἤτ' ἐν ἄλλῳ τῳ πόμα,
παρευθὺς ἀπέκτεινε τὸν πεπωκότα.]

32 (31). DE RUBETA.

Rubetam vero animal adspiciens aliquis, Potentissime,
etiamsi natura ut rosam eum pinxit,
quasi morbo correptus pallescit plus ictero.
Charadrium autem *tanquam* Galenum *medicum* intuens
denuo restituit vultus colorem.
Extergetur enim tincturæ densitas,
tanquam adulterino croco sensim evanescente.
Duobus autem jecoribus rubetæ datis,
alterum interitum affert gustantibus,
alterum mirum medicamen ipsis inventum est.
[Sed si quis detestatam illam capiat
et contundat, ut ferunt, bene co terens,
tum abstergens, ejiciatque dextre
ex eo sanguinem, et clam præbeat alicui
bibendum in vino vel in alio quo *tanquam* potum,
confestim interficit eum qui biberit.]

[ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΟΡΝΙΘΟΣ ΤΟΥ ΚΑΛΟΥΜΕΝΟΥ ΔΙΚΑΙΡΟΥ.]

[Γένος τί φασιν ὀρνέων βραχυτάτων
εἶναι παρ' Ἰνδοῖς· μεῖζον οὐκ ἄν τις λέγοι
πέρδικος ᾠοῦ, οὐδ' ἔλαττον αὖ πάλιν·
καί οἱ τὸ χρῶμα οἷάπερ σανδαράκη,
ἐν τοῖς πάγοις δὲ τοῖς ὑπερτέροις λίαν,
καὶ ταῖς γε πέτραις, ἃς καλοῦσι λισσάδας,
φιλεῖ νεοττοῖς τὰς καλιὰς ἐμπλέκειν.
Δίκαιρον Ἰνδοὺς αὐτό φασι καλέειν,
Ἕλληνας αὖθις, ὡς ἔγωγ' ἐπυθόμην,
δίκαιον αὐδᾶν τῇ γε οἰκείᾳ φράσει.
Τούτου τὸ ἀφόδευμα ὅστις ἂν λάβῃ
ἅπαξ, βασιλεῦ, ὅσσον ἂν κέγχρου βάρος,
πόσεσσι λυθὲν τεχνηέντως ᾗ δέον,
οὐκ εἰς μακρὰν τέθνηκεν αὐτὸς ἡδέως,
[ἄνευ πόνου τε καὶ λύπης βροτοκτόνου,
ὡς ἂν ὕπνον νήδυμον εἴη καθεύδων].
Τῷ καὶ φιλοῦσι καὶ σέβονται ἐκτόπως
Ἰνδῶν ἄνακτες, εὐγενεῖς καὶ σατράπαι

[33 (32). DE AVE DICTA DICÆRO.]

[Genus quoddam aiunt avium minimarum
esse apud Indos : majus nemo quis dixerit
perdicis ovo, neque rursum minus;
et illi color *est* qualis sandaraca,
in collibus autem excelsis admodum,
et petris quidem, quas vocant læves,
amat pullis nidos suos contexere.
Dicærum Indos id perhibent vocare,
Græcos rursus, ut ego audivi,
Dicæum appellare domestica dictione.
Hujus stercus quicumque ceperit
semel, o rex, quantum est milii pondus,
potione dissolutum sollerter ut oportet,
non diu post moritur ille suaviter,
[sine tormento ac mœrore mortifero,
ac si somnum dulcem dormiret].
Quare et amant et venerantur mirum in modum
Indorum reges *illud*, nobiles et satrapæ

Περσῶν τε Μήδων θ', ὡς κακῶν ἀνιάτων
πεφυκὸς ἀντίπαλον οἰκτίστου βίου.
Εἰ γὰρ ἀνάγκη τῷ θανεῖν τούτων βίᾳ,
εὖ γ' ἀπολύει τοῦ βίου ἄνευ λύπης.
Τῷ καί τιν' ἄλλον οὐκ ἔνεστι κατέχειν,
εἰ μὴ βασιλεῖς, τοῦτό γ' ἐν κειμηλίοις,
ὅπως ὅταν δεῖ, ἄν γε βούλωνται ῥᾷον
ταύτης λυθῆναι τῆς βίου συμφυΐας,
ἔχωσιν αὐτὸ ὡς ὑπουργὸν τοῦ πάθους.]

Persarumque Medorumque, ut malorum insanabilium
vitæ miserrim natura sua adversarium.
Si enim necessitas alicui horum *est* moriendi violenter
pulchre discedit e vita sine dolore.
Quare et ullum alium non licet habere
nisi reges, id quidem in thesauris,
ut quando opus est, si velint facilius
solvi ex hoc vitæ vinculo,
habeant id tanquam ministrum rei patiendæ.]

ΠΕΡΙ ΛΕΟΝΤΟΣ.

Θηρῶν βασιλεὺς ὁ θρασὺς ἄναξ λέων,
ᾧ τὴν φυσικὴν μαρτυρεῖ μοναρχίαν
καὶ στέρνα, καὶ γόνατα, καὶ σφυρῶν βάσεις,
καὶ βλέμμα, καὶ θρὶξ, καὶ κατάφρακτον στόμα,
ῥώμη τε πλευρῶν, καὶ βεβηκὸς ἰσχίον,
καὶ νεῦρα πυκνὰ, καὶ ποδῶν μέγας ὄνυξ,
καὶ βῆμα, καὶ σκίρτημα, καὶ δρόμου τάχος.
Αὐχὴν δὲ παγεὶς ἐξ ἀνάρθρων ὀστέων,
πρὸς τὰς ἀγωγὰς τῶν σκελῶν οὐ κάμπτεται·
συνέλκεται γὰρ τῇ στροφῇ τῶν ἁλμάτων,
εἰ κατὰ θηρῶν γαυριῶν ἐπιτρέχει.
Καὶ κοῖλον ὀστοῦν οὐκ ἔχει τὸ θηρίον.
Ῥοφεῖ δὲ νεβρὸν εὐχερῶς ὅλον βρύχον·
ἀδδηφάγον γάρ ἐστι, κἂν ἧττον πίνοι·
καὶ θυμοειδὲς, εἰ λιμός ποτε θλίβοι.
Ἐθὰς δὲ μικροῦ τοῖς παροῦσιν εὑρέθη,
τροφῆς κορεσθεὶς δαψιλοῦς ὁ γεννάδας.
Ὅταν δὲ γηρᾷ καὶ τροφῆς χρείαν ἔχῃ,
ἐπεὶ τὸ θαῤῥεῖν εἰς τὸ θηρᾷν οὐκ ἔχει,
φοιτᾷ πρὸς ἀγροὺς καὶ νομὰς ἐναυλίους.

34 (33). DE LEONE.

Ferarum rex *est* audax dominus leo,
cui innatum imperium testantur
et pectus, et genua, et malleolorum fulcra,
et vultus, et juba, et armatum os,
roburque laterum, et firmus lumbus,
et nervi spissi, et pedum magnus unguis,
et gressus, et saltus, et cursus velocitas.
Cervix autem ex ossibus inarticulatis compacta,
ad crurum motus non inflectitur:
una enim trahitur cum saltuum flexu,
si in feras superbiens irruit.
Nec cavum os hæc fera habet.
Deglutit vero frendens facile hinnulum totum,
edacissima enim est, etiamsi minus bibat;
ac sæva, si forte fames eam opprimat.
Mansuetus autem propemodum erga præsentes invenitur
generosus ille, quando satiatus est copioso cibo.
Quando vero senescit, cibique inopiam habet,
quia strenuitatem ad venandum non habet,
accedit ad pascua et pastus in stabulis.

[ΠΕΡΙ ΛΕΑΙΝΗΣ.]

Λέαινα δὲ, κράτιστε, πεντάκις κύει·
καὶ πέντε μὲν τὸ πρῶτον, εἶτα δὶς δύο,
καὶ τρεῖς ἐφεξῆς, τῷ τετάρτῳ δ' αὖ δύο,
καὶ σκύμνον ἁπλοῦν εἰς τὸ πέμπτον ἐξάγει.
Καὶ τίθεται κλεὶς τῆς γονῆς ταῖς ἐξόδοις,
τῆς φύσεως τὸν ἕκτον εἰργούσης τόκον.
Δυοῖν δὲ μηνῶν τὰ βρέφη προέρχεται,
σκύλαξι τυφλοῖς ἐμφερῆ καὶ μετρίοις,
καὶ λευκὸν ἐμπίπτοντα μαστεύει γάλα·
δυοῖν δὲ μηνῶν καὶ βαδίζει, καὶ τρέχει,
καὶ τὴν γεννικὴν ἀρετὴν προδεικνύει.

[35 (34). DE LEÆNA.]

Leæna vero, Potentissime, quinquies concipit:
et quinque quidem primum, tum bis duos,
et tres deinde, quartum vero duos,
et catulum singulum quintum edit.
Et pessulus partus exitibus obditur,
natura sextum partum impediente.
Duobus autem mensibus fœtus proveniunt,
canum catulis cæcis ac modicis similes,
et irruentes album lac quærunt.
Post duos vero etiam menses et ambulant, et currunt,
et generosam virtutem produnt.

[ΠΕΡΙ ΝΑΡΚΗΣ.]

Ναρκᾷ μὲν οὖν ἄνθρωπος οὐκ ὄντος ψύχους,
νάρκην τὸν ἰχθὺν εἴπερ εἰς χεῖρας λάβοι.

[36 (35). DE TORPEDINE.]

Torpet quidem homo, quamvis frigus nullum sit,
si torpedinem piscem in manus capiat.

Καὶ πήγνυται ναῦς ἐντυχοῦσα ναυκράτῃ·
καὶ ῥοῦς θαλασσῶν, ἀλκυὼν εἴπερ τέκοι.
Ἵππον δὲ ταχὺν ἴχνος ἀμβλύνει λύκου,
καὶ δίφρον ὀξὺν τὸ σφυρὸν τούτου στρέφει.
Σχίλλης δὲ φύλλοις ἀνθυποκλάζει λύκος.
Λέων δὲ χαυνοῖ τοῦ δρόμου τὸ σύντονον,
ὢ θαῦμα καινὸν, τοῖς πετήλοις τοῦ πρίνου·
ζώων δὲ πᾶν πόῤῥωθεν ἐκφοβῶν γένος
αὐτὸς τὸ πῦρ δέδοικεν ὡς φύσει ζέων.
Κλοπῆς δὲ τηρεῖ τὰς γονὰς ἐλευθέρας
τῷ καταγωγὰς εὐτυχεῖν ἀποκρύφους.
Προέρχεται γὰρ ἐξαμείβων τὰς τρίβους
ὑπὸ τροχιαῖς καὶ στροφαῖς πεφυρμέναις,
καὶ δρῶν ἀσαφεῖς τῶν ποδῶν τὰς ἐμβάσεις
κέρκου σπαραγμοῖς ἐκ τριχῶν ἐσταλμένης,
ἣν οἶδε κινεῖν οὐ πρὸ τῆς μάχης μόνον,
τὸ θυμοειδὲς τῆς ψυχῆς παροξύνων
ἐκ τῶν κατὰ βούλησιν ἐν χρῷ μαστίγων,
ἀλλὰ τὸ καινότατον, Αὐσονοκράτορ,
εἴ καί τις αὐτὸν ὕπνος ἐκ πόνου λάβοι·
καὶ γὰρ βασιλεὺς εὑρεθεὶς θηροκράτωρ,
καὶ τοῦ καθεύδειν ὑπερόπτης γίνεται.
Θηρῶν δὲ καὶ σπῶν τῶν κρεῶν τῶν προσφάτων,
ὅταν κορεσθῇ τῆς τροφῆς τῆς ἀφθόνου,
ἐᾷ τὰ λοιπὰ νεκρικῶς ἐψυγμένα,
καὶ πνεῖ τι δεινὸν ἐγχανὼν τοῖς λειψάνοις,
καὶ γίνεται τὸ πνεῦμα φυλακὴ ξένη,
δυσωδίας χάρακας ἱδρυσαμένη·
τηρεῖ γὰρ αὐτὰ, κἂν θρασὺς θὴρ ἐγγίσῃ.
Λέων γε μὴν ἔξεισιν εἰς θήραν πάλιν,
καθάπερ εἰς πῦρ τῆς τροφῆς πεπεμμένης·
κἂν μὲν τύχῃ βρώματος ἐξ εὐερμίας,
τὸ χθὲς προληφθὲν εὐγενῶς διαπτύει·
τὸ γὰρ ὀδωδὸς οὐχ ἑκὼν ἄν τις φάγοι.
Εἰ δ' οὖν, κατ' αὐτῶν εὐδρομεῖ τῶν λειψάνων,
καὶ τὴν πάλαι τράπεζαν εὑρὼν ἐσθίει.
Πιέζεται δὲ τῷ τεταρταίῳ τρόμῳ,
νόσων ὑγιὴς εὑρεθεὶς εἰς τὸν βίον.
Εἰ μὴ γὰρ ἡ φλέγουσα μικροῦ ψυχρότης
ἐπεῖχεν αὐτοῦ τὴν φορὰν καὶ τὸ θράσος,
ὕποπτος ἂν ὄλεθρος ἡμᾶς ἐστρόβει.
Καὶ πᾶν μὲν αὐτὸν ἁρπαγὲν τέρπει κρέας,
εἰ δ' ἐσθίει κάμηλον, εὖγε τῆς τύχης.

Et navis sistitur remoræ incidens,
fluctusque marium, quando halcyon parit.
Equum autem velocem lupi vestigium languefacit,
ejusque calx currum agilem retorquet.
Scillæ autem ad folia lupus in genua concidit.
Leo vero relaxat cursus incitationem
(o novum miraculum!) foliis ilicis.
Animalium autem omne genus exterrens procul
ipse ignem timet ut natura fervens.
A furto autem defendit catulos ingenuos
eo, quod nanciscitur occulta latibula:
progreditur enim commutans semitas
per circuitus et anfractus confusos,
et obscura reddens pedum vestigia
conturbationibus caudæ pilis vestitæ,
quam movere novit non solum ante pugnam,
iracundiam animi exacuens
flagellationibus pro lubitu suo in cute,
sed, quod maxime novum est, Ausonum rex,
etiam, si quis eum somnus ex labore capiat.
Etenim rex inventus ferarum dominator,
soporis etiam contemptor est.
Venans autem et hauriens carnes recentes,
postquam pabulo copioso satiatus est,
sinit reliqua morte refrigerata,
et terribile spirat afflans reliquias,
fitque hic afflatus nova custodia,
fœtoris *tanquam* valles exstruens:
tuetur enim *hæc* illas, etiamsi audax fera appropinquarit.
Leo vero iterum ad venationem proficiscitur
tanquam ad ignem cocto cibo,
ac si casu felici in pabulum incidit,
id, quod heri ceperat, generose despicit;
fœtidum enim nemo lubens ederit.
Sin autem (*infelici venatione*), ad ipsas reliquias illas recurrit
et priori mensa reperta vescitur.
Laborat autem quartana febri,
a *ceteris* morbis sanus inventus, dum vivit.
Nisi enim illud propemodum fervens frigus
cohiberet ejus violentiam atque audaciam,
haud dubia pernicies nos persequeretur.
Et omnis quidem caro rapta eum oblectat,
sin autem camelum comedit, o casum fortunatum!

[ΠΕΡΙ ΠΑΡΔΑΛΕΩΣ Η ΠΑΝΘΗΡΟΣ.]

[Πανοῦργον ἡ πάρδαλις ἐστὶ θηρίον,
φύσει πονηρὸν, οἷα κερδὼ, τοὺς τρόπους·
πλὴν τοῦτο φασὶν, ὥς τινα εὐοδμίαν
ὄζουσα πανθαύμαστον, ἀῤῥήτῳ λόγῳ
ἅπαντα θέλγει τοῦ δρυμοῦ τὰ θηρία·
συνήδεται γὰρ τῇ πνοῇ ταύτῃ σφόδρα.
Καὶ ταῦτ' ἀγρεύει τόνδε ῥᾷστα τὸν τρόπον·

[37 (36). DE PARDALI VEL PANTHERA.]

[Versutum pardalis est animal,
natura improbum, vulpeculæ moribus similis.
At hoc dicunt, quandam fragrantiam
spirans valde admirabilem, occulta ratione
omnes mulcere silvæ feras:
delectantur enim spiritu hoc valde.
Et has capit *illa* facillime hunc in modum:

τροφῆς ποτε χρῄζουσα ἡ ἀδδηφάγος
κρύπτει ἑαυτὴν ἐν λόχμαισι συσκίοις,
ὥστ' ἐντυχεῖν ἐργῶδες αὐτῇ τυγχάνει·
κἀκεῖ λιγυρὸν ἐκπνέουσα τοῦ δόλου,
τὰ δυστυχῆ μὲν ζῶα, αἶγας ἀγρίους,
νεβροὺς, συάγρους, καὶ λαγὼς, καὶ δορκάδας,
καὶ τἄλλ', ὅσα οἱ παρέχει εὐωχίαν,
ἕλκει δι' αὐτοῦ πρός γ' ἑαυτὴν ῥαδίως,
καθάπερ αὐταὶ αἱ ἴυγγες τῶν μάγων
τοὺς τλήμονας σύρουσιν ἡδέως νέους
ἐς πῦρ τὸ τοῦ ἔρωτος οὐλοόφρονος·
κἄπειδὰν αὐτῇ προσπελάσσουσιν, ἄφαρ
ἡ θὴρ ἀποθρώσκουσα ἠγριωμένη,
ὡς πειρατής τις, ὡς ἀνὴρ θηροσκόπος,
[ὥσπερ κυνηγέτης τε ἄκρος τὴν τέχνην,]
θηρᾷ μὲν ἤδη καὶ τρυφᾷ χωρὶς πόνου.]

cibi aliquando indigens multivorans hæc
occultat sese in dumetis umbrosis,
adeo ut incidere difficile sit in eam
Et ibi suave illud exspirans doli,
infelicia quidem animalia, capras silvestres,
hinnulos, apros, et lepores, et capreas,
et alia, quotquot ei præbent victum,
trahit illo *suavi* facile ad se,
sicuti ipsæ illecebræ magorum
miseros trahunt suaviter juvenes
in ignem amoris animum corrumpentis:
et postquam ad eam appropinquaverint, statim
fera exsiliens efferata,
ut aliquis pirata, ut vir feris insidians,
[ut venator præcellens arte sua,]
capit *ea* protinus et vescitur sine labore.]

ΠΕΡΙ ΚΥΝΟΣ ΙΝΔΙΚΟΥ.

Παντὸς κυνὸς μέγιστος Ἰνδὸς πᾶς κύων,
ὃς οὐδὲ τὸν λέοντα παρόντα τρέμει,
ἀνθίσταται δὲ, καὶ σφριγᾷ πρὸς τὴν μάχην,
καὶ τοῖς βρυχηθμοῖς ἀνθυλακτεῖ συντόνως,
ἐγκείμενον δὲ καρτερεῖ τὸν αὐθάδη·
καὶ δάκνεται μὲν, ἀντιδάκνει δὲ πλέον.
Τέλος δὲ τοῦ τένοντος αὐτὸν ἁρπάσας,
ῥιπτεῖ κατὰ γῆς, καὶ σπαράττει, καὶ θλίβει.
Κἄν τις ἐπελθὼν ἀποκόψῃ τὸ σκέλος
τῷ τὸν μέγαν ἄγχοντι καὶ πρὶν γεννάδαν,
μόλις ὁ νεκρὸς ὑπανήσει τὸ στόμα.

38 (37). DE CANE INDICO.

Omnium canum maximus *est* Indicus quisque canis,
qui ne leonem quidem præsentem pertimescit,
sed resistit, et pugnam cupide appetit
et rugitibus cum contentione oblatrat,
urgentemque sustinet superbum;
et mordetur quidem, sed acrius mordet ipse.
Denique vero cervicis musculo arreptum eum
humum prosternit, et raptat et premit.
Et, si quis accedens crus amputarit
ei qui angit ingentem et antea superbum
vix mortuus os relaxabit.

ΠΕΡΙ ΜΑΝΤΙΧΩΡΟΥ.

Ὁ μαντιχώρας θὴρ ἐν Ἰνδοῖς εὑρέθη,
δασὺς, ἐρυθρὸς, εἶδος ἀνθρώπου φέρων,
ὄμματα πυρσοῖς ἐμφερῆ γλαυκοχρόοις,
ὀφρῦς ἱκανὰς ἐκφοβεῖν καὶ μακρόθεν,
ὦτα στεγανὰ, καὶ προμήκη μετρίως,
καὶ σφαιροειδῆ, καὶ ψιλὰ πρὸς τὰς βάσεις,
ὀδόντας ὀξεῖς, δυσθεώρητον στόμα·
τὰ δ' ἄλλα σαφῶς ἐντελὴς ὁ θὴρ λέων.
Μόνην γε μὴν ἔγκεντρον οὐρὰν ἐκφύων,
ἑκηβόλος μέν ἐστι τοξότης φύσει,
ποιεῖ δὲ νεκροὺς ταῖς βολαῖς τοὺς ὁπλίτας,
οἳ τοῦτον ὁρμαῖς ἐλλοχῶσιν ἀσχέτοις.
Κἄν τις ἀπαντῶν εὑρεθῇ κατὰ στόμα,
γοργῶς ἀνακλῶν τῶν βελῶν τὴν ἐργάτιν,
ὠθεῖ κατ' αὐτοῦ καὶ προβαίνει συντόνως.
Κινούμενον δ' οὖν, ὑπαναφύει πάλιν
καινοὺς ὀϊστοὺς καὶ τομοὺς τὸ θηρίον,
καὶ τῶν διωκτῶν ἐν βραχεῖ κατισχύει.
Ὄντων δὲ πολλῶν τῶν παρ' Ἰνδοῖς θηρίων,
καὶ πρὸς τὸ φαγεῖν ἀκρατῶν, καὶ δυσμάχων,

39 (38). DE MANTICHORA.

Mantichoras fera apud Indos invenitur,
hirsutus, ruber, faciem hominis gerens,
oculos facibus similes cæsiis,
supercilia idonea ad terrendum etiam procul,
aures pilosas, et modice prominentes,
et rotundas, et calvas versus bases,
dentes acutos, os injucundo aspectu;
cetera autem hæc fera manifesto perfectus leo est.
Solam licet caudam aculeatam procreans,
procul feriens sagittarius est natura,
et mortuos reddit telis suis milites,
qui violentibus impetibus eum aggrediuntur.
Quodsi quis occurrens a fronte inventus est,
raptim reflectens telorum fabricatricem,
urget eum et alacriter progreditur.
Jam movens sese, denuo procreat
novas acutasque sagittas hæc fera,
atque venatores brevi subigit.
Multis autem exsistentibus feris apud Indos
et vorandi incontinentibus, ac difficilibus domitu,

ἀνθρωποφάγος οὗτος ἐκλήθη μόνος.
Ἰνδὸς δὲ λαβὼν τὸ βρέφος τοῦ θηρίου,
λίθοις διαθλᾷ τὰ πρὸς ἄκρον ἰσχίον,
ὡς ἂν ἀφυὲς πρὸς τὰ κέντρα δεικνύων
ποιῇ τιθασσὸν ἐξ ἀφῆς ἀκινδύνου.

[ΠΕΡΙ ΕΛΕΦΑΝΤΟΣ.]

[Μέγιστος ἆρ πέφυκε θὴρ ὑπὲρ φύσιν
ἐλέφας αὐτὸς, ὅς γ' ἰδεῖν τέρας πέλει
πᾶσι βροτοῖσι καὶ πᾶσ' ἄλλοις θηρίοις·
πελώριον γὰρ ἐξόχως δέμας φέρων,
ἔχει τε πάντως καὶ μέλη τεράστια,
τό τ' ἀγριωπὸν καὶ ξένον δ' ὄντως κάρα,
[σὺν τοῖς ὑπερφυέσσιν ὠσί τ' ὄμμασι,]
τούς τε στιβαροὺς καὶ προμήκεις ἐκτόπως
ὀδόντας ἀργοὺς, οἷς ἀναιρεῖ ἐν μάχαις
ταύρους ἀπηνεῖς καὶ λέοντας ἀλκίμους·
τὴν δυσπρόσιτον καὶ μακρὰν προβοσκίδα,
ᾗ τοὺς τυχόντας, χρώμενος χειρὸς δίκην,
τύπτει τ' ἀφειδῶς καὶ ῥέπει κατὰ χθόνα·
τὰ στέρνα δ' εὐρώεντα, μαζοὺς καὶ σκέλη,
ἅγ' ἡ φύσις γ' ἔτευξεν ὀγκώδη μάλα.
Ῥώμην βίαιος, ὥστε καὶ δένδρον μέγα
πρόῤῥιζον ἐξέτεινεν ἐγχρίψας μόνον.
Χαίρει δ' ἀκούων μουσικῶν τε ὀργάνων,
εὔρυθμα βαίνων πρὸς μέλος τῶν ᾀσμάτων.
Κ' εἰς μίξιν ὀργῶν, εἴ γε τοίχῳ ἐμπέσοι,
τέως μὲν ἐτρέψατ' ἂν ἰσχύος βίῃ.
Πλὴν οὐ λάγνως μὲν πρός γε τὴν συνουσίαν
τοῦ θήλεος χώρησεν, ἀλλὰ σωφρόνως,
πόῤῥωθι τῶν ἄλλων γε αἰδοῦς οὕνεκα.
Τροφὴ μὲν αὐτοῦ, οἱ κλάδοι τῶν δενδρέων,
κισσοῦ τε φύλλα καὶ κριθὴ κατακόρως·
ὕδωρ δὲ πίνει πλῆθος ἄφθονον πάνυ,
πλὴν εὖ καθαρὸν καὶ διειδὲς οὐ θέλει,
ἀλλ' οὖν ῥυπαρὸν καὶ κατεσπιλωμένον
Αἰσθάνεται μέν θ', ὡς ἔγωγ' ἐπυθόμην,
ὀπὸς βροτείας, καὶ συνῆκε τοὺς λόγους·
καὶ πείθεται γοῦν τοῖς φιλοῦσι δεσπόταις,
ἄγουσιν αὐτὸν ῥᾷστ', ὅπη ἄν τις θέλῃ.
Ὀρθοστάδην δὲ καὶ καθεύδει παννύχως,
ὅτ' οὐκ ἀναστῆσαι μὲν εὐχερῶς πέλει.
Ὅταν δ' ὁ μείζων ἀστέρων φαεσφόρος
ἀνέρχεται κάτωθεν αἰγλήεις ἁλὸς,
ὁ μὲν κατευθὺ τοῦ γε τῆς λαμπηδόνος,
ὡς χεῖρ', ἀνασχὼν τὴν ἁπλὴν προβοσκίδα,
σωτῆρά γ' ὡς μὲν προσκυνεῖ τε καὶ σέβει·
τὴν δ' αὖ σελήνην, ἐκφανεῖσαν μὲν νέαν,
ἀσκαρδαμυκτί τ' εὐσεβῶς τε προσβλέπων,
ὥσπερ θεὰν φέρουσάν οἱ σέλας νέον,
ἤδη γεραίρει τήνδε ἀῤῥήτῳ τρόπῳ.
Τὰ γοῦν λόγου ἄμοιρα τῶν ζώων, ἄναξ,

anthropophagus hic solus vocatus est.
Indus autem hujus feræ pullum nactus,
lapidibus contundit partes quæ sunt ad extremum lumbum;
ut ineptum ad creandos aculeos faciens
cicurem reddat tactu innocenti.

[40 (39). DE ELEPHANTE.]

[Maxima utique est fera supra modum
elephas ipse, qui aspectu monstrum est
omnibus hominibus et omnibus aliis feris.
Immane enim per excellentiam corpus circumferens,
habet prorsus etiam membra monstrosa,
atrox et insuetum revera caput,
[cum immensis auribus et oculis,]
validosque et protensos mirum in modum
dentes albos, quibus interimit in pugnis
tauros sævos et leones robustos:
accessu difficilem et longam proboscidem,
qua obvios quosque, utens *ea* manus instar,
et vehementer verberat, et sternit in terram:
pectora lata, mammas, et pedes,
quos natura fabricavit crassos valde.
Viribus *est* vehemens, sic ut arborem etiam magnam
radicitus prosternat, incumbens modo.
Gaudet vero audiens musica instrumenta,
modulate incedens ad numerum cantionum.
Et ad venerem incitatus, si in parietem irruat,
tum *eum* everterit facile roboris vi.
Verum non lascive quidem ad consuetudinem
cum femina accedit, sed modeste,
procul ab aliis, pudoris causa.
Pabulum quidem ejus *sunt* rami arborum,
hederæque folia, et hordeum abunde:
aquam vero bibit copia larga valde;
sed limpidam et pellucidam non vult,
verum sordidam et turbatam.
Intelligit etiam, ut ego audivi,
vocem humanam, percipitque sermones:
et paret quidem amantibus heris,
ducentibus eum facillime, quo quis voluerit.
Stans vero et dormit per totam noctem,
quia non quidem est ut facile assurgat.
Quum vero major stellarum, quæ lucem affert,
ascendit splendens ex fundo maris,
ille quidem directe adversus splendorem,
tanquam manum, attollens porrectam proboscidem,
servatorem veluti et adorat et veneratur:
lunam autem, apparentem quidem novam,
et oculis intentis et pie intuens,
tanquam deam afferentem sibi lucem novam,
protinus honorat hanc ineffabili modo.
Ratione igitur destituta animalia, o rex,

θεοὺς σέβονται, ὡς ἔνεστιν εἰκάσαι,
οἱ δὲ ζοφώδεις τὰς φρένας τῶν πταισμάτων
ἀμφιγνοοῦσιν, εἴ τι θεῖον τυγχάνει
ἢ μή, βροτοὶ γεγῶτες· ὦ φεῦ τῆς πλάνης.]

deos colunt, ut licet conjectari,
caliginosi autem mentibus propter peccata
ambigunt, sitne aliquid divinum
an non, mortales nati. O qualem errorem!]

ΠΕΡΙ ΜΟΝΟΚΕΡΩΤΟΣ.

Ὁ μονόκερως θὴρ παρ' Ἰνδοῖς εὑρέθη,
δεινὸς μὲν ἰδεῖν, εἰ δὲ λὰξ ἐπεισπέσοι,
βαρὺς μαχητής. εἰ δὲ κύψας ἐνδάκοι,
μόλις ἰατρῶν εὐφυὴς χειρουργία
πείσει παρελθεῖν τὴν φορὰν τοῦ κινδύνου.
Σοβῶν δὲ πυκνὰ τὸν κορυφαῖον λόφον,
ὠθεῖ τὸ μακρὸν καὶ φθορᾶς πλῆρες κέρας,
ὃ τῶν ἀκαλῶν ἐκπηφυκὸς ὀφρύων,
οὐ κοῖλον ἐστίν, οὐδὲ κοῦφον ὡς κέρας,
οὐδ' ἐξ ὁμαλοῦς τῆς φυῆς προηγμένον,
τραχύτερον δὲ καὶ σιδηρέας ῥίνης,
ὡς εἰς ἑλιγμοὺς προσφυεῖς κεκλωσμένον,
ὀξύτερον δὲ καὶ τεθηγμένου βέλους,
ὡς μὴ κεκυφὸς εἰς ῥοπὰς παλιντρόπους.
Μέλαν δὲ πᾶν ἐκεῖνο τῆς ἀκμῆς δίχα.
Ξανθὴν γε μήν, κράτιστε, τὴν λάχνην φέρει,
οὐρὰν δὲ συός, καὶ λεόντειον στόμα,
καὶ θεῖν μὲν ὀξεῖς, ἀλλ' ἀνάρθρους τοὺς πόδας.
Ἀσπάζεται δὲ τοὺς ἀπανθρώπους τόπους
καὶ ζῇ παροικῶν καὶ πλανώμενος μόνος.
Καὶ πρὸς μὲν ἀλλόφυλα θηρίων γένη
ὁ θὴρ προσηνής, ὡς ἐθὰς ποίμνῃ σκύλαξ·
τὸ συγγενὲς δὲ καὶ κατὰ φύσιν φίλον
ἐναντίον μάλιστα καὶ δύσνουν κρίνει.
Πραΰνεται δὲ παρὰ τὸν θῆλυν μόνον,
οἴστρου χαλινοῖς ἐκδαμάζων τὸν τύφον,
ἕως τὸ ῥευστὸν τῆς γονῆς ἀφυβρίσῃ.
[Ἁλίσκεται δ' οὖν ὁ θρασὺς ξενοτρόπως
κόρης ἀπάτης ὄψει καὶ μελουργίᾳ.]

41 (40). DE MONOCEROTE.

Monoceros (*unicornis*) fera apud Indos exstat,
terribilis quidem visu; si autem calce impetum facit,
gravis pugnator; at si capite inclinato momorderit,
ægre medicorum sollers tractatio
persuadebit præcipiti periculo ut missum faciat *ægrum*.
Quatiens autem frequenter verticis cristam,
jactat longum et perniciei plenum cornu,
quod inter tetra enatum supercilia
non cavum est neque leve ut cornu,
neque ex æquabili natura *læve* productum,
sed asperius etiam ferrea lima,
utpote in gyros naturales convolutum,
acutius etiam acuminato telo,
utpote quod non curvetur in flexus retrorsos.
Nigrum *est* autem omne illud præter cuspidem.
Ceterum fulvos, Potentissime, pilos gerit,
caudam vero apri, et rictum leonis,
et pedes celeres quidem ad currendum, sed sine digitis.
Amat locos ab hominibus desertos,
et vivit, tam in lustro quam vagans, solus.
Atque adversus alia bestiarum genera
hæc bellua *est* mitis, tanquam gregi assuetus catulus;
verum quod cognatum est et natura amicum,
id adversum maxime et infestum judicat.
Mitigatur autem apud feminam solam,
lasciviæ frenis domans insolentiam,
dum seminis fluxus deferbuerit.
[Capitur ergo ferox ille mirabilem in modum
fraudis puellæ visu et modulis.]

ΟΠΩΣ ΤΟΙΣ ΖΩΟΙΣ ΤΑ ΚΕΡΑΤΑ ΦΥΕΤΑΙ.

Τοῖς κτήνεσι δὲ πᾶσι τοῖς κερασφόροις
ἐγγάστριος μὲν ἀκριβῶς ἡ θερμότης,
ἡ τὰς τὸν ἐγκέφαλον ἀρδούσας φλέβας
χαυνοῦσα ποιεῖ συστολῆς ἐλευθέρας·
κἀκεῖ τι λεπτὸν ἐμπεφυκὸς ὀστέον
τὰς ἀναγωγὰς τῆς τροφῆς προσλαμβάνει.
Κινούμενον δὲ τῇ ῥύμῃ τοῦ πνεύματος,
τὸ τῆς χλιδῆς γόνιμον ἐκρεῖ τῶν πόρων,
ἐν οἷς τὸ μανὸν τῶν κροτάφων ὀστέον
τὰς ἐξαγωγὰς ὀργανοῖ τῶν ἰκμάδων,
τοῦ συνεχοῦς πηγνύντος αὐτὰς ἀέρος.
Τὸ γοῦν ἁπαλὸν καὶ νεώτερον κέρας
ὠθεῖ τὸ παγέν, ἐκδραμεῖν ἠπειγμένον,

42. QUOMODO ANIMALIBUS CORNUA NASCANTUR.

Animalibus vero omnibus cornigeris
in ventre maxime *est* calor,
qui venas cerebrum irrigantes
laxans, eas a compressione liberas reddit:
atque ibi tenuissimum aliquod cornu insitum
sursum adducta alimenta accipit.
Motum autem impulsu spiritus
id quod honorem *frontis* gignit, profluit ex meatibus,
in quibus rarum (*non solidum*) os temporum
egestiones humorum fingit,
dum contiguus aer eos *emicantes* consolidat.
Jam tenerum et novissimum cornu
propellit illud quod induruit, emicare festinans et ipsum.

καὶ τοῦτο πάλιν ἄλλο κατόπιν τρέχον.
Οὐ γὰρ δυνατὸν ἀτρεμεῖν τὰς ἰκμάδας
πηγνυμένας ἔσωθεν εἰς χαύνους τόπους.

atque hoc rursus *urgetur* ab alio a tergo ipsius properante.
Non potest enim fieri ut quiescant humores
qui durescunt intus in laxis locis.

ΠΕΡΙ ΚΕΡΑΤΟΣ ΟΝΑΓΡΟΥ.

Ἰνδῶν βασιλεῦ, τῆς ἐμῆς φωνῆς σύνες,
καὶ δὸς καθαρὸν εἰς ἀπόκρισιν λόγον·
τί δή ποτ' ἐστὶν ὁ κρατὴρ, εἰς ὃν πίνεις;
καὶ γὰρ διαυγὴς καὶ προμήκης εὑρέθη,
καὶ τρεῖς ἔχει ζωστῆρας ὡς λίθου φλέβας,
λευκόν τε, καὶ μέλανα, καὶ πορφύρεον. —
Ὄναγρος ἡμῖν ἐστι (φησί) τις μέγας,
ὃς τρίχα λευκὴν εἰς τὸ πᾶν δέρας φέρων,
αὐτὴν ἐρυθρὰν τὴν κεφαλὴν δεικνύει,
ἣ τοῦτό μοι δίδωσι τὸ ξένον κέρας,
ἐκκύπτον ἁπλοῦν τῆς λαβῆς τῶν ὀφρύων. —
Ἀρ' οὖν μέθης, εἴρηκα, λαμβάνεις χάριν;
ὁρῶ γὰρ αὐτὸ καὶ κατὰ πῆχυν μέγα.
Ἡ φιλοτιμῇ, καὶ προπίνοις τὴν θέαν; —
Καὶ μὴν ἀναιρεῖ τὴν κακὴν, ἦ δ' ὅς, μέθην,
ἰοῦ τε παντὸς ἀντιφάρμακον μένον,
ἣν ἱερὰν καλοῦσι, καθαιρεῖ νόσον.
Ἀστράγαλον δὲ καὶ χολῆς κύστιν φέρων,
τῶν μωνύχων, βέλτιστε, τῶν ἄλλων μόνος,
ὁ τὸν Γαληνὸν τὸν κεράτινον φύων,
οὗ τὸ κρέας ἄβρωτον ἐξ ἀηδίας,
θεῖ μάλα γοργόν· εἰ δὲ κυρίττειν θέλοι,
φεῦγε πτερωτὸν ἐκμιμούμενος τάχος·
φονεὺς γὰρ ἐστὶ κἂν παρέλθῃ λακτίσας.

43 (41). DE CORNU ONAGRI.

Indorum rex, vocem meam ausculta
et liquidum sermonem ede quo *mihi* respondeas:
quidnam est crater ille in quo bibis?
etenim pellucidus et præaltus est,
ac tria habet cingula tanquam lapidis pretiosi venas,
album, et nigrum, et purpureum. —
Est nobis, inquit *rex*, onager, *animal* quoddam, magnus
qui quum albos pilos in tota cute ferat,
caput tamen rubrum ostendit,
quod mihi dat hoc mirabile cornu,
singulum enascens ex contactu superciliorum. —
Tum dixi: Anne ebrietatis voluptatem captas?
video enim illud ad ulnæ mensuram magnum.
An gloriam affectas et propines (*bibendo monstrare cupis*) [hoc spectaculum?
Imo tollit, inquit, malam ebrietatem,
et veneni omnis remedium quum sit natura,
quem sacrum vocant morbum exstirpat.
Porro talum et bilis vesicam ferens,
solidipedum, optime, omnium solus,
ille qui Galenum cornutum (*medicinam ex cornu*) gignit,
cujus caro non est idonea esu ob pessimum saporem,
currit velocissime: quando autem cornu petere vult,
fuge alatorum imitans celeritatem:
nam occisor est vel si præteriens modo calcibus feriat

ΠΕΡΙ ΚΥΝΟΚΕΦΑΛΟΥ.

Οἶδα τι κυνόμορφον ἀνθρώπων γένος,
ὃ φθέγγεται μὲν οὐδὲν, ἀλλ' ὠρύεται,
παντὸς δὲ κυνὸς εὐδρομώτερον μένον,
τοὺς θῆρας αἱρεῖ, καὶ σιτεῖται τὰ κρέα
ξανθέντα καὶ φρυγέντα φωσφόρου ζέσει.
Στολίζεται δὲ τὰς δορὰς τὰς ἐκ πόνων,
καὶ ζῇ λυποῦν ἄνθρωπον ἁπλῶς οὐδένα.
Ἰνδῶν τε συνίησι φωνῆς ὀξέως·
[αἶγας δὲ καὶ οἶς τε, ὥς φασιν, ἔχον]
καὶ βοῦς, χάριν γάλακτος, ἠπίως νέμει.

44 (42). DE CYNOCEPHALO.

Novi canum speciem habens genus aliquod hominum,
quod nihil quidem loquitur, sed ululat,
et quum sit natura cane omni velocius,
feras capit, et epulatur carnes
in frusta distractas et assatas Luciferi (*solis*) ardore.
Vestitur autem pellibus labore (*venatu*) captis,
et vivit lædens hominem omnino neminem.
Et Indorum linguam acriter intelligit:
[capras vero et oves, ut dicunt, habens]
et boves, lactis gratia, mitis pascit.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΗΛΕΚΤΡΟΓΕΝΟΥΣ ΖΩΟΥ.

Ἡ γῆ μὲν Ἰνδῶν δένδρον εἰς ὄρος φύει·
τὸ δὲ τρέφει, κράτιστε, θηρίον πάλιν,
κανθαροειδὲς, ἔκδοθὲν τῶν ἀκρίδων.
Ἠλέκτρινον γάρ ἐστιν αὐτῷ τὸ τρύφος,
ἔχει δὲ λεπτοὺς καὶ προμήκεις τοὺς πόδας.
Καὶ τοῦτο ῥιπτῶν ὁ κναφεὺς ἐκ τῶν κλάδων

45 (43). DE ANIMALCULO IN ELECTRI (ARBORE) NASCENTE.

Regio Indorum arborem *electrinam* in monte gignit:
ea vicissim, Potentissime, alit animalculum,
canthari simile, editum locustis.
Hinc electrina ei est buccea;
habet autem graciles et prælongos pedes.
Atque hoc fullo ramis dejicit

νιφάσι πυκναῖς εὐτελῶν ἀκοντίων,
ἔκ τινος εὐθὺς μηχανῆς ἀποθλίβει.
Σὺ δὲ βλέπων θαύμαζε τὰς φοινικίδας,
ἃς εἷλε χερσὶ τῆς βαφῆς ὁ τεχνίτης·
ἡ γὰρ ἀποστάξασα τῇ θλίψει δρόσος
ἀνῆκεν αὐτοῖς εὐφυοῦς ῥόδου χρόαν.

densis imbribus vilium telorum,
et machina aliqua statim torculat.
At tu videns admirare purpureas vestes,
quas in manus sumpsit tingendi artifex :
nam qui pressura destillavit ros,
is illis (*tinctoribus*) pulchræ rosæ colorem præbuit.

ΠΕΡΙ ΑΝΘΡΩΠΟΜΟΡΦΟΥ ΘΗΡΙΟΥ ΗΤΟΙ ΟΝΟΚΕΝΤΑΥΡΟΥ.

Ἀνθρωπόμορφον εἶδον, Ἰνδὲ, θηρίον·
τί δήποτ' ἐστί; — Φράζε, φησὶ, τὴν πλάσιν·
πολλῶν γὰρ ἡμεῖς εὐποροῦμεν ἀγρίων. —
Πρόσωπον ἀνδρὸς εἶδον, Ἰνδὲ, καὶ κόμην,
καὶ στέρνα καὶ τράχηλον ἄχρις ἰξύος,
καὶ χεῖρας αὐτὰς ἀνδρικὰς, καὶ δακτύλους,
ἔπειτα μαζοὺς ὡς γυναικὸς ἠρμένους·
ῥάχις δὲ, πλευρὰ, λαπάραι, γαστὴρ, πόδες
ὄνον καθαρὸν ὀργανοῦσι τὴν θέαν.
Ὀξύτατον δὲ καὶ βαρύθυμον μένον,
βάδην μὲν οὐ πρόεισιν, ὡς θὴρ δὲ τρέχει·
καὶ γὰρ κινεῖ τὰς χεῖρας ὡς καὶ τοὺς πόδας,
καθήμενον δὲ πνευστιᾷ μετὰ δρόμον.
Ἐστὶ δὲ καὶ τεφρῶδες, Ἰνδὲ, τὴν χρόαν,
θνήσκει δὲ ληφθὲν ἐκ λιμοῦ, κἂν ᾖ βρέφος·
τὸ δούλιον γὰρ ἦμαρ οὐ θέλει βλέπειν. —
Ὀνοκένταυρος ἐστὶν αὐτὸς, ὡς λέγεις,
ζῶον πονηρὸν, εἶπεν Ἰνδὸς πρὸς τάδε.

46 (44). DE ANIMALI QUOD EST HUMANA SPECIE, ONOCENTAURO.

Humana specie vidi, Inde, animal :
quodnam est? — Memora, inquit, figuram ejus :
multis enim nos abundamus belluis. —
Vultum hominis vidi, Inde, et cæsariem,
et pectus et collum *humana* usque ad lumbum,
et manus adeo humanas, digitosque,
deinde mammas velut mulieris turgidas :
at dorsum, latera, ilia, venter, pedes
specie sua purum putum asinum effingunt.
Velocissimum autem et iracundum quum sit natum,
gradatim non incedit, sed velut bellua currit :
namque manus æque atque pedes movet,
et considens anhelat post cursum.
Est præterea, Inde, cinereo colore,
et captum moritur fame, etiamsi pullus sit :
nam servitutis diem non vult videre. —
Onocentaurus est hic, ut dicis,
mala bellua, dixit ad hæc Indus.

[ΠΕΡΙ ΚΑΤΩΒΛΕΠΟΣ.]

[Πέλει τι παγκάκιστον ἐν τοῖς θηρίοις,
ὃ ἡ Λίβυσσα, φασὶ, γῆ τίκτει, τέρας
ταύρῳ ἐοικὸς ἀγριωπῷ τὴν πλάσιν.
Βλέπει βλοσυρὸν, ὥσπερ αὐθάδης λέων.
Καὶ γὰρ δασείας τὰς ὀφρῦς ἔχει μάλα·
τὼ δ' ὄσσ' ἐλάττω τῶν βοείων τυγχάνει,
ἄλλως ὕφαιμω, καὶ κατ' εὐθὺ οὐδ' ὅλως
ὁρᾷν ἔνεστιν, ἀλλὰ γῆσε μὲν κάτω·
ἔνθεν κατώβλεψ καὶ κέκληται τοῖς πᾶσι.
Λόφος δ' ἄνωθεν τῆς κορυφῆς ἄρχεται,
κάτεισι δ' εἰς μέτωπον αὐτοῦ ἐκτάδην,
ἱππείᾳ χαίτῃ εἴκελος. Θάμβος δ' ἰδεῖν
τοῖς ἐντυχοῦσι, καὶ φόβος δῆθεν μέγας,
ῥίζας σιτεῖται πάνυ δηλητηρίους,
ἃς μηδὲ προσψαύσειεν ἄλλος θὴρ ἴσως
ἄνευ βλάβης πώποτε δὴ καὶ κινδύνου.
Ἐπὰν δ' ὑποβλέψειε ταυρηδὸν, ἄφαρ
ὁ θὴρ ἀνιστῶν τὸν λόφον μετάρσιον,
φρίττει φρικωδέστερον ἤπερ τις κάπρος.
Γυμνουμένων δὲ τῶν ἑαυτοῦ χειλέων,
ἔξεισι πνεῦμα τῆς φάρυγγος ἐκ μέσου
ὀξειοβαρὲς καὶ βρόμου πεπλησμένον·

[47 (45). DE CATOBLEPE.]

[Est aliquod longe pessimum inter fera animantia,
quod Libyca, aiunt, terra parit, monstrum
tauro simile truci figura.
Spectat terribile, ut imperiosus leo.
Etenim densa habet supercilia admodum;
oculi vero minores bovinis sunt,
ceteroquin sanguine suffusi, et recta nullo modo
tueri possunt, sed in terram quidem deorsum :
unde etiam Catobleps (*deorsum spectans*) dicitur omnibus.
Crista autem superne a vertice incipit,
ac descendit in frontem ejus late,
equinæ jubæ similis. Stupor vero aspectu
occurrentibus, et terror proinde magnus,
radices vorat plane noxias,
quas forsan ne attigerit quidem alia bestia
sine noxa unquam et periculo.
Ubi autem suspexerit tauri instar, ilico
fera erigens cristam in altum,
horret horribilius quam quisquam aper;
ut vero labra sua nudat,
exit spiritus faucium ex medio
gravissimus et fœtore plenus :

ἐν ᾧ ἀναπνέοντα ἄλλα γ' εἰ τύχοι,
δεινῶς κακοῦται, καὶ ἀφωνίαις ἅμα
σπασμοῖς τε πίπτει φθαρτικοῖς παραυτίκα.]

in quo si forte respirant alia *animantia*,
graviter affliguntur, et vocis privatione simul
ac convulsionibus cadunt exitialibus statim.]

ΠΕΡΙ ΛΥΚΩΝ.

Ὕδωρ διανέοντες ἀθρόοι λύκοι,
μή πως τὸν ἑσμὸν ἡ ῥοὴ περιτρέποι,
τὰς οὐρὰς ἐνδακόντες ἀλλήλων μόνον,
πρὸς τοὺς ἰλίγγους εὐδρομοῦσι τῶν πόρων.
Λύκος δὲ φαγὼν καὶ κορεσθεὶς, οὐ λύκος,
ἀλλ' ἀμνὸς ἂν φαίνοιτο ποιμνίων μέσον.
Οὐ δύναται γὰρ ὁ φθορεὺς ἐπεσθίειν,
ἀλλ' ἐστὶν οἰδῶν τῇ τροφῇ τὴν γαστέρα
καὶ τὴν ὑπογλωττίδα τῶν παρισθμίων.
Καὶ τοῦ κόρου πεφθέντος ἐν βραχεῖ χρόνῳ,
ὁ θὴρ πάλιν δείκνυσι τὸν πρῶτον λύκον.
Βραχὺν δὲ τὸν τράχηλον ἐκ νώτων φέρων
ἐπιστρέφει τὸ σῶμα, καὶ βάδην τρέχει.
Καὶ ταῦρον ἰδὼν ἐξελίττει τὸν δρόμον·
τὰς γὰρ ἀκωκὰς τῶν κεράτων οὐ στέγει·
καὶ τῆς γε δειρῆς τὸν τοσοῦτον ἁρπάσας,
διασπαρακτὸν ἐκλυθέντα δεικνύει.
Ὁρᾷ δὲ μακρὰν, ὀξυδερκὴς ὢν φύσει,
καὶ γλαὺξ ἀτεχνῶς ὑπὸ νύκτα καὶ σκότος.
Θνήσκει δὲ γοργῶς, μηδὲ συμβάσης νόσου,
φαγὼν πόαν, κράτιστε, τὴν λυκοκτόνον.

48 (46). DE LUPIS.

Aquam transnatantes catervatim lupi,
ne qua fluctus agmen auferat,
caudas modo suas invicem mordicus tenentes,
contra vortices transeundorum fluminum cursum peragunt.
Lupus autem pastus et satur, non lupus,
sed agnus *esse* videatur in mediis gregibus.
Non potest enim pernicies illa *tum* vesci amplius,
sed turget cibo venter
et lingua inferius tumida usque in tonsillas.
Atque pastu quo satiatus erat intra breve tempus decocto,
fera rursus ostendit priorem lupum.
Quum autem breve collum extremo dorso gerat,
inflectit corpus *ipsum*; et gradatim (*non saltu*) currit.
Ac taurum ubi conspexit, in gyros vertit cursum:
nam acumina cornuum *tauri* non sustinet.
Et cervice tantum animal ut corripuit,
prorsus dilaceratum *et* convulsum reddit.
Cernit autem procul, acutis oculis natura præditus,
et noctua *est* planissime sub noctem et tenebras.
Moritur vero celeriter, non ullo invadente morbo,
simulatque herbam, Potentissime, comedit lycoctonon.

ΠΕΡΙ ΑΡΚΟΥ.

Ἄσημον ἄρκος ἀποτίκτουσα κρέας
σοφῶς διαρθροῖ, καὶ τυποῖ, καὶ φαιδρύνει,
καὶ δημιουργεῖ πλαστικῶς τοῦτο βρέφος.
Λεάνασα δὲ μαλθακῆς γλώττης πόνῳ
καὶ λασίοις θάλψασα μηροῖς τὸν τόκον,
ἐνῆκε θηλὴν μητρικὴν τῷ φιλτάτῳ.

49 (47). DE URSA.

Informem ursa carnem partu edens
sollerter articulat, et figurat, et expolit,
et format velut figuli arte hunc pullum:
ubi autem teneræ linguæ labore polivit
et fovit intra hirsuta femora fœtum suum,
præbet ubera materna carissimo.

[ΠΕΡΙ ΑΛΩΠΕΚΟΣ.]

[Τὸ παγκάκιστον ἡ ἀλώπηξ θηρίον,
δολοπλόκος πέφυκεν ἢ τἄλλα πλέον.
Ὅταν γὰρ εὑρεῖν βρῶσιν οὐ δυναμένη,
πολλά τε δεινὰ μηχανᾶται τοῦ δόλου,
ὥστ' ἐντυχεῖν που τῇ τροφῇ τῆς γαστέρος,
καὶ δὴ τὰς ὄρνεις τεχνικῶς πλανωμένη
τοῖον ῥαδιούργημα ἐξεῦρε τρόπου·
ἁπλοῖ ἑαυτὴν ὑπτίαν ἐν ἀβάτῳ
χέρσῳ τ' ἐρήμῳ τ' ἀτριβεῖ τοῖς ἀνδράσι·
κἀκεῖθι νεκρὸν πτῶμα προσποιουμένη
κεῖτ' ἀκράδαντος, οἷαπερ θνησείδιον·
αἱ δ' ἀγνοοῦσαι τὸ κρύφιον τῆς πλάνης
ὁμοῦ καταπίπτουσι τοῦ φαγεῖν χάριν·

[50 (48). DE VULPE.

[Longe pessima vulpes fera
dolosa est natura magis quam ceteræ.
Quando enim invenire cibum non potest,
quum multa vafra struit doli,
quo assequatur alicubi nutrimenta ventris,
tum aves artificiose circumveniens
talem fallaciam comminiscitur ingenio:
extendit se supinam in invia
terraque et deserto non trito hominibus;
atque illic mortuum cadaver imitans
jacet immota, tanquam morticinum:
illæ vero ignorantes occultum fallaciæ
simul decidunt edendi causa:

ἡ δὲ τροφῆς χρῄζουσα, σὺν προθυμίᾳ
θρώσκουσ' ἐπ' αὐτὰς, θηρᾷ καὶ κατεσθίει.
Ὅταν δ' ἐχῖνος πρὸς φθορὰν ἀφιγμένην
ἀθρῇ ἑαυτοῦ, δειματούμενος τότε
αὑτὸν συνειλεῖ σφαιροειδῶς καὶ στρέφει,
καὶ τῶν ἀκανθῶν τὰς λαβὰς ἀπευθύνων
εἴργει κακῶσαι ταῖς ἀκμαῖς τῶν κεντρίων·
ἡ δ' ἐνδακεῖν μὲν τόνδε γ' εὐλαβουμένη,
ῥύγχει προσουρεῖ δεξίως, κερδὼ μάλα·
καὶ ὅς γ' ἀπνευστὶ τῷ κακῷ διαμένων
οὔρῳ παρευθὺς δυστυχῶς ἀπεπνίγη.]

at illa cibi indigens, cum alacritate
assultans in illas, venatur et devorat.
Verum echinus ubi advenientem in perniciem
videt suam, tunc metuens
sese convolvit in globum et versat,
et aculeorum extrema porrigens
prohibet inferre damnum cuspidibus spiculorum:
illa autem hunc morsu quidem prehendere vitans,
in os ejus urinam dextre mittit, vulpes maxime;
atque iste sine respiratione perseverans per malam
urinam statim infeliciter suffocatur.]

ΠΕΡΙ ΥΑΙΝΗΣ.

Ἄῤῥην μὲν ἦν ὕαινα τὸν χθές που χρόνον,
θῆλυς δὲ τὸν νῦν, δρᾷ τε καὶ πάσχει πάλιν,
καὶ μητροπάτωρ οὐκ οἶδ' ὅπως γίνεται,
κύουσα καὶ σπείρουσα τὴν διφυΐαν.
Ἂν ἐντύχῃ δέ τινι καθεύδοντί που,
ἐν ἡσύχῳ προσῆλθε πελμάτων βάσει,
καὶ τὴν ἑαυτῆς δεξιὰν ἐντείνασα
καθῆκεν εἰς τὴν ῥῖνα τοῦ κοιμωμένου·
κάρου γὰρ εἶναι φασὶν αὐτὴν ἐργάτιν·
ὀρύξασα δὲ τῇ κεφαλῇ πυθμένα,
προὔθηκε τὴν φάρυγγα γυμνὴν ὑπτίαν·
ᾗ μάλα δεινῶς τῆς φονώσης ἐμφύσης,
ὁ παῦλαν αἰτῶν δυστυχῶς ἀπεπνίγη.
Πάλιν δὲ καθεύδοντος εἴπου τις θίγοι
τῇ δεξιᾷ πτέρυγι τῆς θαλαττίας,
ἄῤῥητον εὐθὺς ἐμβαλεῖ τούτῳ φρίκην
καὶ δεῖμα πολλῶν, Αὐσονάρχα, φασμάτων.
Ὕαινα δὲ κτείνουσα τὰς κύνας δόλῳ,
τῶν θηρατικῶν ἑστιᾶται σαρκίων.
Οὔσης γὰρ αὐγῆς δαψιλοῦς ἐν ἑσπέρᾳ,
παρῆκεν αὐταῖς τὴν σκιὰν τοῦ σώματος,
τὸ κατόπιν κρύψασα τοῦ δρόμου σέλας,
καὶ κατασιγάσασα τὰς τρισαθλίας,
ὡς φαρμακὶς εὔτεχνος ἐξ ἐπασμάτων
ἀνεῖλε πικρῶς ἀγνοούσας τὸν δόλον.
[Ὕαινα φοιτᾷ τοῖς προαυλίοις νύκτωρ,
καὶ τοὺς ἐμοῦντας καθαρῶς μιμουμένη
τοὺς κύνας πλανᾷ προσιόντας αὐτίκα,
ἡ δὲ λαμβάνει καὶ κατεσθίει τάχος.]

51 (49). DE HYÆNA.

Mas quidem erat hyæna hesterno ut ita dicam anno,
femina *est* autem hodierno, et init et initur rursum,
et materpater nescio quomodo fit,
utero ferens et serens prolem ambiguam.
Si cui autem dormienti alicubi inciderit,
silenti pedum meatu accedit,
et dextram suam intendens
demittit in nares dormientis:
nam soporis eam effectricem esse dicunt:
deinde ubi suffodit *terram* qua caput nititur,
guttur proponit nudum, supinum;
cui dum cædis avida gravissime incumbit,
ille requiem appetens infeliciter suffocatur.
Rursus si quis dormientem attigerit
dextra pinna marinæ hyænæ,
infandum statim injiciet ei horrorem
et formidinem multorum, Ausonum imperator, terriculorum.
Hyæna autem occidens canes dolo,
venaticas epulatur carnes.
Nam quum *lunæ* largus splendor est vespere,
dimittit in eos umbram sui corporis,
pone cursum suum occultans fulgorem (*ita currens ut umbram faciat canibus*),
et ubi mutos reddidit infelicissimos,
tanquam venifica sollers incantamentis
occidit eos crudeliter ignorantes dolum.
[Hyæna accedit ad stabula noctu,
et vomentes exacte imitans
fallit canes, qui statim adveniunt:
ipsa autem corripit *eos* et vorat cito.]

ΠΕΡΙ ΘΩΟΣ.

Ποίους δὲ καλῶς ἐκμαθὼν αἰδοῦς νόμους
αἰσχύνεται θὼς, εἰ τὸν ἄνθρωπον βλέποι;
ποίαν δὲ τηρῶν τακτικὴν ὁμαιχμίαν
ἄληκτος ἥκει συμμαχῶν ἡμῖν φίλος,
ἂν ἄρα τὶς θὴρ δυσμενὴς ἐπιτρέχοι;

52 (50). DE THOE.

Quales autem pulchre edoctus pudoris leges
reveretur thos, si hominem aspexerit?
et quale colens fœdus socialium armorum
perpetuus venit ab nostris partibus dimicans amicus
quando fera aliqua infesta *nos* aggreditur?

[ΠΕΡΙ ΑΙΤΝΑΙΟΥ ΙΧΘΥΟΣ.]

Πόθεν, βασιλεῦ, σωφρονεῖν πεπεισμένος
ἀλλοτρίους πέφευγεν Αἰτναῖος γάμους;
μὴ καθάπαξ ἔλεγχος εὑρεθῇ, ζέων
τῆς τῶν ἰταμῶν ἐν φθοραῖς ἀγρυπνίας.

[53 (51). DE ÆTNÆO PISCE.]

Unde, rex, ad castitatem instructus
externas fugit *piscis* Ætnæus nuptias?
ne manifesto probrosus inveniatur, scatens
illa libidinosorum in corruptionibus assiduitate.

ΠΕΡΙ ΒΟΟΣ.

Πάγχρηστον ἡ βοῦς, καὶ κομίζει φορτία,
καὶ τοὺς γεωργοὺς ὠφελεῖ πρὸς τοὺς πόνους,
καὶ γάλα ποιεῖ, καὶ τραπέζας ἀρτύει,
μετὰ τελευτὴν καὶ μελίττας ἐξάγει.

54 (52). DE BOVE.

Utilissimum *animal est* bos: et onera vehit,
et agricolas adjuvat in laboribus,
et lac parat, et mensas instruit;
post mortem denique apes ex se gignit.

ΠΕΡΙ ΑΙΓΟΣ.

Τὴν αἶγα φασὶν ἀπὸ τῶν ὤτων πνέειν,
ἀλγοῦσαν οὐδὲν τῆς ῥινὸς πεφραγμένης.
[Καὶ τὴν τελευτὴν οἶδεν αὐτῆς πανσόφως,
ἄγευστον τροφῆς ἑαυτὴν συντηροῦσα.]

55 (53). DE CAPRA.

Capram aiunt *etiam* per aures spirare,
nihil dolentem naribus obduratis.
[Et vitæ suæ finem callide novit,
a gustatu cibi sese abstinens.]

ΠΕΡΙ ΔΟΡΑΣ ΟΙΟΣ ΛΥΚΟΣΠΑΛΟΣ [ΚΑΙ ΛΙΘΟΥ ΚΥΝΟΔΗΚΤΟΥ].

Χιτῶνα λαβὼν ἐκ δορᾶς λυκοσπάδος,
σαυτόν, προβατεῦ, μηδαμῶς ἐπενδύσῃς·
ποιεῖ γὰρ εὐθὺς κνησμονήν τε καὶ φρίκην,
παλμοὺς ἀτερπεῖς ἐμβαλὼν τῇ καρδίᾳ.
(5) Οἴνῳ δὲ κυνόδηκτον ὁ κρύψας λίθον
στάσιν πονηρὰν ἐξεγείρει τοῖς φίλοις.

56 (54). DE PELLE OVIS A LUPO DISCERPTÆ [ET LAPIDE A CANE MORSO].

Tunicam si ceperis ex pelle *ovis* a lupo discerptæ,
ne te, opilio, ea convestias:
efficit enim illico pruritum et tremorem
palpitationes molestas cordis excitans.
Qui autem lapidem a cane morsum in vino abscondit,
is seditionem malam suscitat inter amicos.

[ΠΕΡΙ ΚΑΝΘΑΡΩΝ.

Τοῖς κανθάροις δὲ τοῖς κακόσμοις θηρίοις
εἴ τίς γε μικρὸν τοῦ μύρου ἐπιῤῥάνοι,
οὗτοι παρευθύς, μὴ φέροντες οὐδόλως
εὐωδίαν, θνήσκουσιν οἰκτίστῳ μόρῳ.
Οὕτω γε φασὶ καὶ τινὰς εἰωθότας
συνεκτρέφεσθαι δυσσοδεστάτ' ἀέρι,
στυγεῖν ἅπασαν τοῦ μύρου εὐωδίαν.]

[57. DE CANTHARIS.

Cantharis autem male olentibus bestiis
si quis pauxillum modo unguenti insperserit,
hi statim, nullo modo ferentes
fragrantiam, moriuntur miserrimo obitu.
Sic dicunt etiam quosdam solitos
innutriri pestilentissimo aeri,
abhorrere omnem unguenti fragrantiam.]

ΠΕΡΙ ΤΑΡΑΝΔΟΥ.

Ζῶον τὶ καὶ τάρανδος ἐν Σκύθαις μέγα.
Ταύρῳ γὰρ ἄν τις ἐμφερῆ τοῦτον κρίνοι,
τὸν ὄγκον ἀθρῶν τῶν μελῶν καὶ τὸν δρόμον.
Κλέπτων δὲ τὴν αἴσθησιν ὡς χαμαιλέων,
εἰς ποικίλα χρώματα τὴν τρίχα τρέπει.
(6) Τὸν ἄστατον γὰρ καὶ παλίμβολον βίον
καὶ τῶν πονηρῶν ζωγραφεῖ τὰς ἐμφάσεις,
οἳ παρακερδαίνουσι τοὺς ἁπλουστέρους,
πλανῶντες εἰκῇ ταῖς τροπαῖς τῆς καρδίας.
Τούτου, βασιλεῦ, τὴν δορὰν θώραξ φέρων
ὑπῆρξε παντὸς εὐτονώτερος βέλους.

58 (55). DE TARANDO.

Animal quoddam *est* etiam tarandus in Scythis magnum.
Nam tauro hunc aliquis similem judicaverit,
molem spectans membrorum et cursum.
Sed oculos fallens ut chamæleon,
in varios colores pilum suum vertit.
Nam inconstantem et variabilem vitam
et improborum velut pictura exprimit simulationes,
qui callide eludunt simpliciores
et temere fallunt versutiis animi.
Hujus, rex, pelle tecta lorica
firmior exstitit omnis teli impetu.

[ΠΕΡΙ ΕΛΑΦΟΥ.]

[Ὢ τῶν ἀγλαῶν καὶ ξένων δωρημάτων,
ἃ ἡ φύσις δίδωσιν ἀῤῥήτῳ τρόπῳ
ζώοις τε πᾶσιν ἡμέροις τε κἀγρίοις.
Καὶ γὰρ τέθηπα πῶς ἔλαφος τοὺς ὄφεις,
ἀναρσίους πέλοντας αὐτῇ ἐκτόπως,
νικᾷ κραταιᾷ ἐν μάχῃ κατακράτος
τέχνῃ φυσικῇ, ὡς ἔνεστιν εἰκάσαι.
Τῆς γὰρ βίῃφι ἐξελαύσης ὄφιν,
ὅδε φρίκης τε καὶ φόβου πεπλησμένος
εἰς χηραμὸν ζοφώδη κρυφθεὶς εἰσέδυ.
Ὡς οὖν ἔλαφος ᾔσθετ' ἂν τὸ πρακτέον,
σοφῶς ἐρείσας τοὺς ἑαυτῆς μυκτῆρας
πρὸς τῇ ἐρεμνῇ εἰσδύσει τοῦ θηρίου,
εἰσπνεῖ μὲν ἡδὺ, καὶ τὸν ἐχθρὸν ἐξάγει
δίκην ἴυγγος τῇ βίᾳ τοῦ πνεύματος.
Κἄπειδὰν ἔλθῃ καὶ ἄκον τὸ θηρίον,
ἤδη προκύψαν δυσμενῶς κατεσθίει.
Καὶ ὡς πέπαυται ἡ μάχη παραυτίκα.
Πρὸς τοῖς γε φασὶ, κεἴτις τοῦδ' ἐκ τοῦ κέρως
ξέσειε λεπτῶς, εἶτα τὸ ξύσμα τόδε
αὔοι, κράτιστε, ἐμβαλὼν ἐπ' ἀνθράκων,
ὁ καπνὸς εὐθὺς ἐξελάσσει τοὺς ὄφεις,
ὀσμὴν ἐκείνην μὴ δυναμένους φέρειν.]

[ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΤΙΝΩΝ ΚΑΘ' ΥΠΝΟΝ ΒΛΕΠΟΝΤΩΝ.]

Πῶς καὶ καθεύδει καὶ δοκεῖ πάλιν βλέπειν
ὄφις τε καὶ πτὼξ, καὶ θυμοῦ πλήρης λέων;
ἐκπέπταται γὰρ ἡ χλανὶς τῶν ὀμμάτων,
ἄλλου τινὸς χιτῶνος ἁπαλωτέρου
φρουροῦντος αὐτοῖς, ὡς διόπτρας, τὰς κόρας.

ΠΕΡΙ ΠΤΩΚΩΝ.

Πόθεν τὸν αὐτὸν οἱ ταχεῖς πτῶκες χρόνον
ἄλλους μὲν ὠδίνουσιν εἰς φῶς ἐκγόνους,
ἄλλους δὲ κατέχουσιν ὡς νωθεῖς ἔτι,
πρὸς δευτέραν γέννησιν ὀργανουμένους;
καὶ πρὶν ἐπελθεῖν τὴν γονὴν τὴν ὑστέραν,
ἄλλους πάλιν κύουσιν ἐξ ἄλλου σπόρου;

ΠΕΡΙ ΧΑΜΑΙΛΕΟΝΤΟΣ.

Χαμαιλέων, κράτιστε, τὸν χρῶτα τρέπει·
σαῦρος γὰρ ὢν ἄντικρυς οὐκ ἔχει τρίχας,
καὶ νῦν μὲν ὠχρὸς, νῦν δὲ φαιὸς γίνεται,
εἶτα πελιδνὸς, εἶτα κιῤῥὸς εἰς βάθος·
καὶ νῦν ἐρυθρὸς, καὶ παραυτίκα μέλας,
καὶ στικτὸς ἂν γένοιτο δορκάδος δίκην·
καὶ ξανθὸς ἂν φαίνοιτο καθάπερ λέων.
Οὕτω δὲ τοῦ σώματος ἀλλοιουμένου,

[59 (56). DE CERVO.]

[O eximia et miranda dona,
quæ Natura dat ineffabili modo
animantibus omnibus, et mansuetis et feris.
Namque obstupui *videns* quomodo cerva serpentes,
qui ei infesti sunt immaniter,
vincat strenua in pugna fortiter
arte naturali, uti licet conjectari.
Illa enim vi abigente serpentem,
hic horrore et metu plenus
in lustrum caliginosum occultus se abdit.
Simulatque igitur cerva senserit quod agendum,
callide applicans suas nares
ad tenebrosum introitum feræ,
inspirat suaviter, et hostem educit
illecebræ instar vi spiritus:
et ubi advenerit etiam invita bestia,
jam emergentem hostiliter devorat.
Et sic finita est pugna illico.
Præter hæc dicunt etiam *illud:* si quis hujus ex cornu
raserit tenuiter, deinde ramentum hoc
torreat, Potentissime, conjectum in carbones,
fumus hic statim abiget serpentes,
odorem illum qui non possunt ferre.]

[60 (57). DE ANIMALIBUS QUIBUSDAM QUÆ PER SOMNUM OCULIS CERNUNT.]

Quomodo et dormit et videtur rursum cernere
serpensque et lepus, et animorum plenus leo?
Nimirum aperitur læna (*membrana exterior*) oculorum
dum alia quædam tunica tenuior
custodit illis, ut conspicillum, pupulas.

61 (58). DE LEPORIBUS.

Unde per idem tempus celeres lepores
alios in lucem edunt pullos,
alios vero *in utero* retinent ut adhuc immaturos,
ad insequentem partum fingendos?
et *cur*, antequam fœtura transeat vulvam,
alios rursum utero ferunt ex alio satu?

62 (59). DE CHAMÆLEONTE.

Chamæleon, Potentissime, colorem mutat:
lacerta enim propalam quum sit, non habet pilos,
et nunc quidem pallidus, nunc fuscus fit,
tum lividus, tum penitus gilvus:
et nunc ruber, ac statim post niger,
atque etiam variegatus maculis, tanquam caprea, fiat:
et fulvus quoque appareat uti leo.
Hoc modo quum corpus ejus varios colores induat,

τὸ λευκὸν ἠγνόησεν ἡ φύσις μόνον.
Στεῤῥὸν δὲ τῷ στόματι κατέχων ξύλον,
ὄφεις λυπεῖ σφύζοντας αὐτὸν ἐσθίειν·
(12) καὶ γὰρ ἑαυτὸν εὐφυῶς ἐπιστρέφων,
μάτην περιχαίνοντας αὐτοὺς δεικνύει.
Κἄν τις δυνηθεὶς καὶ φορίνην ἐνδάκοι,
ποῦ τοῦτο δεινὸν τῷ τὸ κάρφος ἠρμένῳ;
καὶ γὰρ στεγανὴν ἐνδιδύσκεται σκέπην,
καὶ τῶν πονηρῶν ἐξελέγχει τὸ θράσος,
(18) τοῦ ζῆν σοφιστὴς εὐμαθὴς ὢν αὐτόθεν.

album solum non novit ejus natura.
Rigidum autem ore suo tenens lignum,
serpentes vexat palpitantes ut ipsum devorent:
namque agiliter sese convertens
reddit eos frustra inhiantes ipsi.
Et si quis *eorum* etiam ad pellis morsum pervenire possit,
quomodo hoc timeat ille qui festucam sublatam fert?
etenim firmum indutus est tegimen,
et improborum audaciam evincit:
vivendi magister hinc apparet callidus.

ΠΕΡΙ ΣΑΥΡΟΥ.

Σαῦρον τὸν ὠχρὸν εἰ τεμὼν διασπάσεις,
ἁρμόζεται ζῶν ταῖς τομαῖς οὕτω πάλιν.
Εἰσὶ δὲ σαφῶς τῶν μερῶν αἱ συνθέσεις,
ὅταν ὁ νεκρὸς τοῖς ποσὶν ὑφερπύσῃ.

63 (60). DE LACERTA.

Lacertam viridem si sectam divides,
coalescit iterum partibus ita sectis et vivit.
Est autem exacte *facta* partium coagmentatio,
quando mortuus pedibus incedere cœperit.

[ΠΕΡΙ ΕΧΙΝΟΥ ΤΟΥ ΕΝΥΔΡΟΥ.]

Καί τις ἐχῖνον συντριβέντα σκορπίσας,
ὃν οἶδεν ἀκτῆς εὐμενὴς κόλπος τρέφειν,
τάχ' ἂν ἴδοι, κράτιστε, συντεθειμένον
καὶ ζῶντα τὸν πρὶν δυστυχῶς τεθραυσμένον.
(5) Ὃς, εἰ πολὺς τὸ ῥεῖθρον ἐκμαίνοι κλύδων,
εἰς τὰς ἀκάνθας ἐμβριθεῖς ἄρας λίθους,
μήπως ὑπαχθεὶς ἐκκυλισθῇ τῇ ῥύμῃ,
πρὸς τὸν μυκηθμὸν καρτερεῖ τῶν βρασμάτων.

[64 (61). DE ECHINO AQUATILI.]

Etiam echinum contusum si quis abjecerit,
echinum quem nutrire solet littoris benignus sinus,
mox videat, Potentissime, coagmentatum
et viventem eum qui antea miserabiliter fractus erat.
Idem, si forte magni æquor exagitant fluctus,
in spinas suas graves attollens lapides,
ne subactus provolvatur undarum concitato impetu,
resistit æstuum mugitui.

ΠΕΡΙ ΕΧΙΝΟΥ ΤΟΥ ΧΕΡΣΑΙΟΥ.

Ἐχῖνος ἐκ γῆς οἶδεν ἀκάνθαις βρύων,
καὶ ταῖς πρασιαῖς ἐγκυλινδεῖται κρύφα,
καὶ τὰς ἐκεῖθεν ἐμπαρείσας ἰσχάδας
εἰς τοὺς ἑαυτοῦ φωλεοὺς θησαυρίσας,
οὐκ ἔσχε λιμοῦ συμφορὰν ὀλεθρίου.
(6) Συστέλλεται δὲ, καὶ τὸ πᾶν σῶμα στρέφει,
καὶ τῶν ἀκανθῶν τὰς λαβὰς ἀπευθύνει,
τὸν θηρατὴν ἔγγιστα παρόντα βλέπων.
Δοκεῖ δὲ νεκρὸς, τὴν πνοὴν ὑποπνίγων.
Εἴπου γε μὴν θέλοι τις αὐτὸν λαμβάνειν,
εὐθὺς ἐνουρῶν τὴν δορὰν διαβρέχει·
(12) ἀνθίσταται γὰρ χαλεπαῖς νόσων βίαις
ἂν οὐ μολυνθῇ τῇ βροχῇ τῆς αἰσχύνης.

65 (62). DE ECHINO TERRESTRI.

Echinus terrestris (Erinaceus) scit se spinis horrere,
et in areis hortorum se volutat clam,
et quum hinc *spinis* infixas ficus
in suas foveas congesserit,
non experitur famis malum exitiosæ.
Sed contrahit se *in pilæ modum*, et totum corpus volvit,
et spinarum extrema erigit,
quando venatorem proxime astantem conspicit.
Tum mortuus *esse* videtur, spiritum premens.
Quodsi tamen velit aliquis eum prehendere,
statim urinam mittens tergus suum humectat:
resistit enim *hoc tergus* gravibus morborum impetibus,
si non conspurcata est humore pudendo.

[ΠΕΡΙ ΛΥΓΓΟΣ ΟΥΡΟΥ.]

Οὖρον δὲ λυγγὸς ἐκτραχυνθὲν εἰς λίθον
στεῤῥός τίς ἐστιν ἐγκοπεὺς πρὸς τοὺς λίθους·
τῆς κύστεως δὲ τοὺς βαρεῖς ἄλλως λίθους,
εἰς πῦρ κομισθὲν καὶ ποθὲν, διαθρύβει.
(18) Τοῦ γοῦν ἐχίνου τὴν σποδὸν κεκαυμένου,
πίττῃ νεωστὶ συντεθεῖσαν εἰς χρίσιν,

[DE LYNGURIO.]

Lyncis autem urina indurata in lapidem
firmum est cælum ad lapides *sculpendos*.
Eadem vesicæ calculos alioqui (*sine hoc remedio*) molestos,
igni injecta et *deinde* pota, conterit.
Erinacei cinerem combusti,
cum pice recens mixtum ad unctionem

φασὶν ἰατροὶ καὶ ψιλοῖς τρίχας φύειν·
οἴνῳ δὲ λευκῷ συγκραθεῖσαν εἰς πόσιν
ἀλγοῦσι νεφροῖς εὑρεθῆναι φάρμακον,
ἧπάρ τε καμὸν ἐκ πυρᾶς ἀναψύχειν,
καὶ φλεγμονῆς οἴδημα συστέλλειν ζέον.

dicunt medici etiam calvis gignere capillos:
cum vino autem albo ad potionem temperatum
renum dolori inventum esse laborantibus remedium,
ita ut et jecur laborans ex æstu refrigeret,
et inflammationis tumorem sedet fervidum.

[ΠΕΡΙ ΙΠΠΟΚΑΜΠΟΥ.]

Φαγών τις ὀπτὴν ἱπποκάμπου γαστέρα,
λύτταν κυνικὴν εἰσφθαρεῖσαν ἐξάγει.
Οἴνῳ δὲ συζέσασαν οὐκ ἂν ἐσθίοι.
Κυκᾷ γὰρ εὐθὺς ἡ τροφὴ τὴν γαστέρα·
καὶ γίνεται λὺγξ, εἶτα βὴξ, εἶτα τρόμος,
εἶτα σπαραγμὸς καὶ μελῶν καὶ καρδίας,
καὶ πρὸς τὸν ἐγκέφαλον ὀργῶσα ζέσις,
λήθη τε, καὶ μύκημα, καὶ βαρὺς κάρος,
καὶ βλέμμα νωθρὸν, ἀλλὰ πῦρ σχεδὸν φέρον,
καὶ χύσις ὑγρῶν ἐκ ῥινὸς παχυτέρων,
καὶ δίψος ὡς φλὸξ ἐκπιέζον τὴν φύσιν·
καὶ μετρίου ῥεύσαντος ἐν τούτοις χρόνου,
πταρμῷ τιναχθὲν πᾶν τὸ σῶμα ῥήγνυται.

[66 (63). DE HIPPOCAMPO.]

Si quis hippocampi ventrem assum comederit,
rabiem caninam, qua fuerit correptus, abigit.
Sed in vino coctam edere non debet.
Nam statim hic cibus ventrem conturbat;
et oritur singultus, deinde tussis, tum tremor,
tum convulsio et membrorum et cordis;
et inflammatio cerebrum infestans,
et oblivio, et mugitus, et gravis sopor,
et visus hebes, quanquam igne propemodum flagrans,
et fluxus humorum e naribus crassiorum,
et sitis tanquam flamma urgens corpus:
ac modicum inter hæc ubi præterfluit tempus,
sternutatione concussum corpus omne rumpitur.

ΠΕΡΙ ΜΥΓΑΛΗΣ.

Ἡ μυγαλὴ δέδοικεν ἐκτόπῳ φύσει
γραμμὰς ἁμαξῶν ἐκ τροχῶν εἰργασμένας.
Ναρκᾷ γὰρ αὐταῖς ἐμπεσοῦσα, καὶ τρέμει,
βραδύνασα δὲ καὶ τελευτᾷ πολλάκις.
Καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῆς δυστυχῶς δεδηγμένους
ἐκεῖθεν ἀρθεὶς ἐξιᾶται χοῦς μόνος·
καὶ γὰρ τὸ λυποῦν εὐμαρῶς ὑπεξάγει
βραχὺς ἐπ' αὐτῆς τῆς τομῆς πεπασμένος.

67 (64). DE MURE ARANEO.

Mus araneus per singularem naturam timet
orbitas rotis curruum factas:
nam torpet, quando iis incidit, et tremit,
morata autem *ibi* etiam exstinguitur sæpe.
Et qui ab eo infeliciter morsi sunt, eos
solus ex illis *orbitis* exceptus pulvis sanat:
nam doloris efficientem causam facile ejicit
ille non copiose ipsi vulneri inspersus.

ΠΕΡΙ ΚΡΟΚΟΔΕΙΛΟΥ.

Ὠῶν δὲ σωρὸν ὁ κροκόδειλος κύει,
μετὰ δὲ τὴν ἔκλεψιν εὐθὺς τῶν τόκων
ἔγκεντρος ἐξέρπει τὶς αὐτοῦ σκορπίος,
ὑφ' οὗ τελευτᾷ πρὸς φθορὰν πεπληγμένος.

68 (65). DE CROCODILO.

Ovorum autem acervum crocodilus parit:
sed post exclusionem fœtuum statim
ex crocodilo prorepit aculeo instructus scorpio,
a quo perit *ille* letaliter ictus.

ΠΕΡΙ ΔΡΑΚΟΝΤΩΝ ΑΙΘΙΟΠΙΚΩΝ.

Αἰθιόπων δράκοντες, εἰ θηρᾶν δέοι,
χαίνοντες ἀσθμαίνουσιν εἰς τὸν ἀέρα,
καὶ τῶν πετεινῶν τὰς κρεμαστὰς ἀγέλας,
ἴυγξι θερμῆς εἰσπνοῆς κηλουμένας
καὶ σπωμένας ἄνωθεν εἰς γῆν ἀθρόας,
ἐκ τῶν γνάθων ἕλκουσιν εἰς τὴν γαστέρα.
Θῆρας δὲ νυκτὸς ἐλλοχῶσι δυσμάχους,
καὶ βοῦς τιθασσοὺς, καὶ κριοὺς ἐξ αὐλίων,
ἄμαχον ἰσχὺν εὐτυχοῦντες, αὐτάναξ.

69 (66). DE DRACONIBUS ÆTHIOPICIS.

Æthiopum dracones, quum venandum sibi esse videnl,
hiantes halant in aerem;
et volatilium suspensos greges,
illecebris calidæ spirationis delinitos
et superne deductos ad humum confertim,
per maxillas trudunt in ventrem.
Noctu autem insidiantur bestiis ferocibus,
et bubus mansuetis, et arietibus ex stabulis,
invictum robur naturæ beneficio habentes, o rex.

ΠΕΡΙ ΟΦΕΩΣ.

Δόναχι τυφθεὶς ὁ θρασὺς ἅπαξ ὄφις
κεῖται θανατῶν· ἂν δὲ τύψῃς πολλάκις,
ὀργᾷ κατὰ σοῦ, καὶ προβάλλει τὸ στόμα,
πρὸς ἀντιπαράταξιν ἠρεθισμένος.
Δακὼν ὄφις ἄνθρωπον, Αὐσονοκράτορ,
αὖθις ὑπελθεῖν τοὺς μυχοὺς οὐκ ἰσχύει,
τῆς γῆς ἀγαθὴν ἐκφερούσης τὴν δίκην·
ἐᾷ γὰρ αὐτὸν, ὡς φονευτὴν ἀγρότην,
πικρῶς διαζῆν εἰς νομὰς ὑπαιθρίους.

70. DE SERPENTE.

Arundine semel ictus serpens violentus
jacet moribundus : at si ferieris sæpe,
intumescit contra te, et rictum exserit,
ad resistendum incitatus.
Serpens ubi hominem momordit, Ausonum rex,
rursum subire cavernam non valet,
terra justam pœnam decernente :
sinit enim eum, utpote sicarium agrestem,
vivere acerbe in subdialibus pascuis.

ΠΕΡΙ ΥΣΤΡΙΧΟΣ.

Ὕστριξ δὲ τὰς ἄνωθεν ἐκπέμπει τρίχας,
ἃς ἡ φύσις ἔθηξε καὶ πρὸ τῆς μάχης·
φρίξασα γὰρ τὰ νῶτα, βάλλει τοὺς πέλας,
ὡς ἀπὸ νευρᾶς εὐστοχῶν τις τοξότης.

71. DE HYSTRICHE.

Hystrix *ut tela* dorsi setas emittit,
quas natura exacuit jam ante pugnam :
nam ubi inhorrescere fecit dorsum, petit prope stantes,
ut a nervo probe collimans sagittarius.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΗΓΜΑΤΟΣ ΤΗΣ ΑΣΠΙΔΟΣ.

Τῆς ἀσπίδος τὸ δῆγμα, δῆγμα θανάτου.
Μὴ, μὴ, Γαληνὲ, μηδὲ φάρμακον χέῃς.
Ὁ σφυγμὸς ἐξέλιπεν, ὁ ζῶν ἐῤῥύη,
καὶ σὺ τὸ θαῤῥεῖν ὡς ὀνῆσον εἰσφέρεις;
ἔα· νικᾷ τὸ δῆγμα τὴν εὐτεχνίαν.

72. DE MORSU ASPIDIS.

Aspidis morsus est morsus mortis.
Ne, ne *adsis*, Galene, neve pharmacum fundas.
Pulsus defecit, vivus excessit,
et tu tuum « Bono sis animo » affers tanquam opem laturum?
Sine! vincit morsus tuam sollertiam.

ΠΕΡΙ ΟΦΕΩΣ ΤΟΥ ΚΕΡΑΣΤΟΥ.

Λευκός τις, Ἱππόκρατες, ἀκριβῶς ὄφις,
ἐπὶ κεφαλῇ γαυριῶν κερασφόρῳ,
τὸν ἄνδρα δακὼν, τῆς πνοῆς ὑπεξάγει·
τί γοῦν ἐπ' αὐτῷ δυσφοροῦντι πρακτέον;—
Οὐκ οἶδα, φησί· πρὸς γὰρ ἄχρονον πάθος,
ὃ καθάπαξ ἔῤῥευσεν εἰς τὴν καρδίαν,
ἡ τῶν ἰατρῶν ἐκπεφαύλισται κρίσις.—
Ἆρ' ἡ νόσος παρῆλθε καὶ τοὺς σοὺς ὅρους,
τῶν ἀφορισμῶν εἰς κενὸν πεφρασμένων;
τί τοῦτο; ναρκᾷς; τὴν περίστασιν τρέμεις;
Ὦ σῶτερ, ὀκνεῖς καὶ τριβὴν ζητεῖς χρόνου;
παρὸν κατ' αὐτῆς τῆς νομῆς τῆς ἐν βάθει
ἢ δεσμὸν, ἢ σίδηρον, ἢ στέαρ φέρειν,
ἢ φαρμάκου κύλικα θερμοῦ τὴν κρᾶσιν.
Ἐγὼ δὲ λαβὼν εὐτελῆ ψύλλαν μόνην
(ἀπόκρυφον γὰρ ἐκκαλύπτω νῦν λόγον)
καὶ θεὶς ἐπ' αὐτῆς τῆς λαβῆς τοῦ δήγματος,
λύω τὸ λυποῦν, καὶ κατείργω τὴν νόσον,
καὶ τῆς τελευτῆς ἐξορίζω τὸν φόβον.

73. DE CERASTE SERPENTE.

Albissimus quidam, Hippocrates, serpens,
de capite superbiens cornigero,
hominem ubi momordit, spiritus expertem reddit :
quid igitur de laboranti faciendum? —
Nescio, inquit : nam ad momentaneum malum,
quod semel in cor influxit,
medicorum judicium vim omnino nullam habet. —
An hic morbus superat etiam tuas præscriptiones,
ut Aphorismi incassum sint scripto mandati?
Quid hoc? torpes? hunc casum extimescis?
O sospitator, cunctaris et quæris moram temporis?
quum præsto sit ut adversus ipsum malum in intimis grassans
aut deligationem, aut ferrum, aut axungiam afferas,
aut remedii poculum calidi temperatum.
At ego sumpto vili pulice solo
(nam arcanam nunc aperio rationem)
et posito in ipso labro vulneris morsu facti,
discutio malum et cohibeo morbum,
et mortis abigo metum.

ΠΕΡΙ ΟΦΕΩΣ ΤΟΥ ΙΝΔΟΥ.

Ἔστι τις, ὦ κράτιστε, παρ' Ἰνδοῖς ὄφις,
ᾧ σπιθαμὴ τὸ μῆκος, ἡ δέ γε χρόα

74. DE INDICO SERPENTE.

Est aliquis, o Potentissime, apud Indos serpens,
cui palmi majoris longitudo, color autem

δοκεῖ φέρειν ἔξαμμα βαθὺ πορφύρας·
καὶ πᾶσα λευκὴ τῆς κεφαλῆς ἡ πλάσις,
καθάπερ ἁπλοῦν καὶ νεόβλυτον γάλα.
Καὶ ζῶν μὲν αὐτὸς ἐνδακεῖν οὐκ ἰσχύει·
νωδὸς γάρ ἐστι, καὶ ψιλὸν χοῦν ἐσθίει·
ἁλοὺς δὲ νυκτὸς, καὶ κρεμασθεὶς ἡμέρας,
καὶ κατὰ μικρὸν τὴν πνοὴν ἀποκρίνων,
ἰχῶρα τοῦ στόματος ὑγρὸν ἐκπτύει,
καὶ πήγνυται τὸ ῥεῦσαν εἰς εἶδος μέλαν.
Ἄλλας δὲ νεκρὸς αὖθις ἐγχεῖ λιβάδας,
αἳ δακρύων ἔχουσιν ἀρκεύθου χρόαν.
Τούτων, βασιλεῦ, καὶ σταγὼν δήπου μία
νεκρὸν παρευθὺς τὸν πιόντα δεικνύει.
Ὁ μὲν γὰρ ἐγκέφαλος οὐκ ἔχων βάσιν
ἐκ τῶν ἀγωγῶν τῆς ῥινὸς διαῤῥέει·
τὸ σύντονον δὲ τῆς φθορᾶς, τῶν ὀμμάτων
πυκναῖς τὸ ληφθὲν ἐκτροπαῖς διαστρέφει,
σπασμόν τε ποιεῖ, καὶ θρασύδειλον τρόμον,
καὶ δακρύων ἄκλαυστον ἐντεῦθεν χύσιν.
Τὸ πρόδρομον δ' οὖν καὶ βαφῆς ἄνευ μέλαν,
ἀκμὰς ὀδυνῶν, καὶ χρονίζουσαν φθόην,
καὶ κνησμονὴν, καὶ βῆχα, καὶ θερμὸν κάρον,
καὶ καρδίας βρύχοντα παλμὸν εἰσφέρει.

ferre videtur saturam flammam purpuræ :
et alba est tota capitis configuratio,
tanquam merum et recens mulsum lac.
Ac dum vivit ille, morsum inferre non valet;
nam est edentulus, et nudo pulvere vescitur :
verum captus noctu, et suspensus interdiu,
et sensim spiritum dimittens,
serum ex ore liquidum eructat,
et coalescit hoc fluentum in speciem nigram.
Alias autem rursus post mortem fundit stillas,
quæ lacrimarum juniperi colorem habent.
Harum, rex, vel una videlicet gutta
mortuum illico reddit eum qui biberit.
Nam cerebrum, non *amplius* fundamentum habens,
ex canalibus narium perfluit :
intenta autem vis mali oculos
correptos frequentibus eversionibus distorquet,
et convulsiones efficit, et tremorem audacia et timore mixtum,
et lacrimarum ex illis sine fletu effusionem.
Jam quod initio *e serpente* profluxerat et sine tinctura nigrum est,
acutissimos dolores, et lentam tabem,
et pruriginem, et tussim, et febricosum soporem,
et cordis cum *dentium* stridore palpitationem infert.

—

ΠΕΡΙ ΟΦΕΩΣ ΤΟΥ ΧΕΡΣΥΔΡΟΥ.

Πατῶν δέ τις χέρσυδρον οὐκέτι πνέει·
κἂν ἄλλος εὐθὺς τοῦ παρελθόντος θίγοι,
τοῖς δακτύλοις, κράτιστε, φλυκταίνας φύει.

75. DE NATRICE.

Si quis autem natricem calcat, jam spirare cessat :
quodsi alius mortuum e vestigio tetigerit,
ei in digitis, Potentissime, pustulæ exoriuntur.

—

ΠΕΡΙ ΟΦΕΩΣ ΑΡΑΒΙΚΟΥ.

Ὄφις δέ τις ἄθυμος ἐκ γῆς Ἀράβων
κτείνει φονευθεὶς τὸν φονευτὴν ὀξέως,
πλὴν ἐν συριγμοῖς καὶ πνοῆς διεξόδοις,
ὑφ' ὧν διαῤῥεῖ καὶ χιτὼν καὶ σαρκίον.
Νωδὸς γάρ ἐστι, καὶ πατάσσει μετρίως.

76. DE ARABICO SERPENTE.

Serpens autem ignavus quidam ex Arabia
occisus interficit occisorem suum statim,
non morsu, sed sibilis et spiritus exeuntis flatibus,
per quos diffluit et amictus et caro.
Nam edentulus est *ille anguis* et ferit modice.

—

κα'
κεῖ
τούτ ΩΝ ΕΝ ΤΩι ΙΝΔΩι ΠΟΤΑΜΩι ΛΙΘΩΝ.

καὶ τ.. ις τὸν Ἰνδὸν τὸν ποταμὸν τὸν μέγαν
Πλ.. τις, ὡς λέγουσι, πορφυροῦς λίθος,
ὃς καὶ φυσικῶς ἐκδιώκει τοὺς ὄφεις,
ὡς λιβανωτὶς καὶ καλαμίνθη χλόῃ,
καὶ πυκνόφυλλος ἄγνος ἐψεκασμένος.
Καὶ γίνεται πῦρ εἰς χεθεῖσαν ἰκμάδα·
ῥιπίζεται δὲ, καὶ τὸ θερμὸν ἀμβλύνει,
δριμύν τε καπνὸν πυρπολούμενος βρύει.
Καὶ ταῖς γυναιξὶν ἀδρανῆ δρᾷ τὰ βρέφη,
καὶ δῆγμα δεινὸν εὐμαρῶς ἀνατρέπει.

77. DE LAPIDIBUS IN INDO FLUMINE.

Verum in Indo flumine magno
est quidam, ut narrant, purpureus lapis,
qui natura sua serpentes abigit,
ut libanotis et calamintha foliis,
et vitex fronde densus *liquore* guttatim sparso.
Et ignis fit ad infusum *lapidi* humorem :
ventilatur *flabello*, et æstus restinguitur;
mordentemque fumum dum uritur scaturit.
Ac mulieribus *gravidis* infantes reddit quietos,
et morsionem vehementem facile sedat.

—

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΝ ΤΩι ΑΥΤΩι ΠΟΤΑΜΩι ΣΚΩΛΗΚΟΣ.

Πλὴν εἰς τὸν Ἰνδὸν τίκτεται σκώληξ μόνος,
ὅς ἐστιν ἑπτάπηχυς εἰς ἧττον πάχος·
ζῶον δὲ πᾶν καὶ ξύλον, ἀλλὰ καὶ λίθον,
ὀδοῦσι δυσὶν, Αὐσονάρχα, συντρίβει.
Καὶ κρύπτεται μὲν, εἰ δὲ ταῖς ὄχθαις πίνοι
κάμηλος, ἢ βοῦς, ἐμφρυγεῖσα τῷ πνίγει,
ἥρπασε δὴ τὸ κτῆνος ὑπανερπύσας.
Τοῦτον δέ τις κύμβαχον ἐξάψας βρόχοις,
ὑγρὰν κατ' ἐχθρῶν εὐτυχῶν ἔγνω φλόγα·
καὶ γὰρ ὁ νεκρὸς ἀνθρακεὺς ἢ πυρφόρος
ἠλεκτροειδὲς ἐκ ῥινὸς λείβει στέαρ,
οὗ καὶ σταλαγμὸς ἐγχεθεὶς ἐπὶ ξύλων
ἔφλεξεν ὡς πῦρ, εἰς δὲ τεῖχος ἐκ λίθων
ὀξὺς κεραυνὸς καὶ νεφῶν πλὴν εὑρέθη.
Τούτῳ, βασιλεῦ, τῷ πυρὶ τῆς ἰκμάδος
Ἰνδῶν βασιλεῖς πυρπολοῦσι τὰς πόλεις,
αἳ μηδ' ὅλως εἴκουσι δασμοὺς εἰσφέρειν.

ΠΕΡΙ ΦΑΛΑΓΓΙΟΥ.

Δεδηγμένος δέ πού τις ἐκ φαλαγγίου
ναρκᾷ, βασιλεῦ, καὶ κλονεῖται, καὶ τρέμει
καὶ ψύχεται μὲν τῶν μελῶν τὰς ἀκρίδας·
συστέλλεται γὰρ τῶν φλεβῶν ἡ θερμότης·
ἐμεῖ δὲ χυμοὺς, ἀλλὰ καὶ σπᾶται βρύχων·
ἔπειτα παθὼν ἰσχυρὰν ὠταλγίαν,
ὀρθοῖ τὸν αὐλὸν τῆς ψυγείσης αἰσχύνης.
Τούτου δὲ πᾶς ἄδηκτος εἰ μόνον θίγοι,
πάντων μετασχὼν τῶν παθῶν ἀποῤῥέει.

ΠΕΡΙ ΖΩΟΥ ΡΑΓΟΣ.

Ἔστι δὲ καὶ ῥὰξ ἐκ γονῆς φαλαγγίων,
ῥαγὶ σταφυλῆς ἐμφερὴς, καὶ μικρόπους·
κτείνει δὲ γοργῶς, Αὐσονάρχα, τοὺς πέλας,
πλήττουσα τῷ στόματι γαστρὸς ἐκ μέσης.

ΠΕΡΙ ΑΡΑΧΝΩΝ.

Εὐμήχανος δὲ τῶν ἀραχνῶν ἡ φύσις
καὶ παρθένους νικῶσα λεπτοδακτύλους·
τὰς γὰρ ἀπαγεῖς ἰκμάδας τῶν ἐγκάτων
ὥσπερ μίτους νήθουσι κερκίδος δίχα·
κύκλους δὲ συνείροντες ἀλληλενδέτους,
τὰς ἀντιλαβὰς ὀργανοῦσιν ἐντόμους·
παχυτέροις δέ τισι τοὺς κύκλους βρόχοις
εἰς ἀέρα κρεμῶσιν, οὐκ οἶδα πόθεν·
ἀφίσταται γὰρ πᾶσα τοῦ μέσου βάσις
τῷ φιλοτεχνήματι συντεθειμένη·
καὶ κλέπτεται μὲν ἡ λαβὴ τῶν κλωσμάτων·

78. DE VERME IN EODEM FLUVIO.

Sed nascitur in Indo unum *pestiferum animal*, vermis,
qui septem ulnas est longus ad minorem crassitiem:
omne autem animal et lignum, atque etiam lapidem,
duobus dentibus, rex Ausonum, conterit.
Et latet quidem abditus, sed quum in ripis *stans* bibit
camelus, aut bos, tosta fervore,
jam subrepens corripit jumentum.
Hunc aliquis pronum ubi funibus suspenderat,
humidam contra hostes se nancisci cognovit flammam:
nam mortuus *factus* carbonarius aut ignifer
succini similem e naribus stillat adipem,
cujus vel gutta infusa lignis
urit tanquam ignis, et ad murum lapideum
invenitur rapidum fulmen absque nubibus.
Hoc, rex, igne humoris
Indorum reges incendunt urbes
quæ prorsus recusant tributa pendere.

79. DE PHALANGIO.

Alicubi autem [*in Zacyntho*] morsus aliquis a phalangio
torpet, rex, et concutitur, et tremit.
Et alget quidem in extremitatibus membrorum;
nam contrahit se venarum calor; [dens:
vomit autem humores, atque spasmum etiam patitur fren-
deinde correptus violento aurium dolore
erigit canalem *quamquam* refrigerati pudendi.
Hunc *hominem* non morsus quisque si tetigerit modo,
omnium illorum dolorum particeps occidit.

80. DE RHAGE ANIMALCULO.

Est etiam Rhax *animal* e genere phalangiorum,
rhagi id est acino uvæ simile, et brevissimis pedibus
sed occidit celerrime, rex Ausonum, eos qui prope ad
ore feriens ex medio ventre *ubi os situm*.

81 (67). DE ARANEIS.

Artifex est natura aranearum:
et virgines vincens *præditas* argutis digitis:
nam humores intestinorum nondum induratos
tanquam fila nent *et texunt* sine pectine:
et orbes dum serunt invicem implicatos,
adversa iis subtemina fingunt incisa *orbibus*:
crassioribus autem orbes liciis quibusdam
in aerem suspendunt nescio unde:
nam sejuncta est omnis a medio basis
quæ composita sit *fulciendo* huic operi artificioso;
et subducitur aspectui staminum *quasi* ansa:

ὑπαίθριος γὰρ ἡ τοσαύτη λεπτότης·
στηρίζεται δὲ τῆς ὑφῆς ἡ πυκνότης
εἰς τὰς ἀραιὰς τοῦ κενοῦ περικλάσεις.
Μυίαις δὲ, καὶ κώνωψι, καὶ χρυψιπτέροις
τεταμένον θήρατρον ἀράχνης φέρων,
ἐκ τοῦ παρεμπίπτοντος ἁπλῶς ἐσθίει.
Καὶ ζῇ κρεμαστὸν καὶ φιλήσυχον βίον,
τὸ κέντρον οἰκῶν, καὶ σκοπῶν τὸ δίκτυον,
μὴ νῆμα ῥαγῇ, καὶ τὰ κύκλῳ συμπέσῃ,
πνοῆς παρολκαῖς ἐκλυθέντα συντόνοις.
Ἐξ ὠδίνων δὲ γίνεται μητροκτόνος,
τοὺς τῶν ἐχιδνῶν ἐκμιμούμενος τόκους.

nam in æthra *stat* tanta subtilitas :
sed stabilitur texturæ hujus densitas
in raris vacui anfractibus.
Muscis vero, et culicibus, et *insectis* quæ alas tectas habent,
araneus extensum rete offerens,
ex omni incidente cibum capit.
Ac vivit aeriam et quietis amantem vitam,
centrum incolens, et speculans rete,
ne rumpatur tela, et quæ circa *rupturam* sunt reliqua concidant,
soluta venti flatibus violentis.
Post partum autem fit matris occisor,
viperarum pullos imitans.

ΠΕΡΙ ΜΥΩΝ ΤΩΝ ΚΑΝΑΤΑΝΩΝ.

Ἐκ τῶν μυῶν, κράτιστε, τῶν Κανατάνων
(οὕτω γὰρ ἐκ φάρυγγος Ἰνδὸς ἂν λέγοι)
κύουσαν εἰ τέμοι τις εἰς τὴν γαστέρα,
εὑρίσκεται ζῶν καὶ σφαδάζον τὸ βρέφος·
καὶ τοῦτο ῥαγὲν δείκνυσιν ἄλλο βρέφος
ὡς ἐκ παρασπέρματος ὠργανωμένον.

82 (68). DE MURIBUS CANATANIBUS.

E muribus, Potentissime, Canatanibus
(nam ita e gutture Indus dixerit)
gravidam si quis incidat in ventrem,
reperitur vivus et palpitans fœtus :
et hic ruptus ostendit alium fœtum
tanquam ex superfœtatione formatum.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΟΠΙΣΘΟΝΟΜΩΝ ΒΟΩΝ.

Ἰνδὸν, βασιλεῦ, τὸν μελάγχρουν ἠρόμην,
ἐκ Λιβύης ἥκοντα τῆς παρηλίου,
Πῶς τὴν πόαν κείρουσιν ἐξ ὀπισθίου
βόες παρ' ὑμῖν εἰς νομὰς ἠθροισμένοι; —
Ὅτι γε, φησὶν, οὐχ ὁρῶσι τὰ πρόσω·
ἐγκείμενον γὰρ τῶν κεράτων τὸ πλάτος
τὴν ὀπτικὴν δύναμιν αὐτοῖς ἀμβλύνει.

83 (69). DE BUBUS RETRORSUM PASCENTIBUS.

Indum, rex, interrogavi nigrum,
qui e Libya soli propinqua venerat,
Qui gramen tondent retrocedentes
boves apud vos in pascua collecti? —
Quoniam, inquit, non vident quæ ante se sunt :
nam incumbens *oculis* cornuum latitudo
cernendi vim iis obtundit.

ΠΕΡΙ ΕΧΕΩΣ [ΚΑΙ ΕΧΙΔΝΗΣ].

Ἔχις δὲ θερμὸς προσπλακεὶς τῇ συζύγῳ,
καὶ τὸν τέως ἥδιστον ἀνύσας γάμον,
κεῖται φονευθεὶς ὑπὸ τῆς ἐραστρίας,
τούτῳ σὺν ὀργῇ λανθανόντως ἐμφύσης,
καὶ τὸν σοβαρὸν ἐκτεμούσης αὐχένα.
Πλὴν ἀλλ' ὁ μὲν τέθνηκεν, ἡ δε νῦν κύει·
μετὰ δὲ μικρόν τινα τὰ βρέφη χρόνον
τὴν μητρικὴν ῥήξαντα νηδὺν ἐξέδυ.
Μὴ γοῦν τετιμώρηκε τῷ φυτοσπόρῳ;

84 (70). DE VIPERA.

Vipera mas ardens complicatur cum femina,
et postquam suavissimas aliquamdiu nuptias peregit
jacet occisus ab amante conjuge,
ei cum iracundia clam inhærente mordicus
et superbum cervicem exsecante.
Attamen moritur quidem hic, illa autem jam gravida est :
verum post breve tempus pulli
maternum uterum rumpentia exeunt.
Nonne ulti sunt satorem suum?

[ΠΕΡΙ ΕΧΕΩΣ ΚΑΙ ΜΥΡΑΙΝΗΣ.]

Ἔχις δὲ καὶ μύραινα συνδυαζέτην,
ὁ μὲν πρὸς αὐτὴν τῆς ὀπῆς ἐξερπύσας,
ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν ἐκ ῥοῆς ἀνηγμένη.
Καὶ πρὶν, βασιλεῦ, συνδραμεῖν εἰς τὸν γάμον,
ἐμεῖ τὸν ἰὸν ὡς γλυκὺς ὁ νυμφίος,

[DE VIPERA ET MURÆNA.]

Vipera mas et muræna mutuo se jungunt amore :
ille ad hanc e latibulo proserpens,
hæc ad illum emergens e fluctibus.
Et antequam, rex, concurrant ad nuptias,
virus exspuit sponsus, ut delicatus,

καὶ τοῦ συριγμοῦ ταῖς ἴυγξιν αὐτίκα
παρακαλεῖ πρὸς λέκτρα τὴν ἐρωμένην.
Καὶ τοῦ παρ' ἀμφοῖν συντελεσθέντος γάμου,
ὁ μὲν τὸν ἰὸν αὖθις ἀνιμήσατο,
καὶ κατὰ τῆς γῆς θᾶττον ἑρπύσας ἔδυ,
ἡ δὲ πρὸς ὑγρὰς ἀπενήξατο τρίβους.

et sibilorum illecebris statim
advocat ad torum amicam.
Atque amborum nuptiis absolutis,
ille virus rursus sorbet
et sub terram ocius reptans se condit,
illa autem in humidas nando abit semitas.

ΠΕΡΙ ΚΗΤΩΝ.

Πρηστὶς, κριὸς, ζύγαινα, πάρδαλις, λέων,
καὶ φύσαλος, μέγιστα κητῶν εὑρέθη.
Εἰσὶ δὲ νωθρὰ τῷ βαρὺν ὄγκον φέρειν·
καὶ φωτὸς ἰθύνοντος ἐστερημένα,
ἡγουμένους ἔχουσιν ἰχθῦς τῶν τρίβων·
ἃ κατόπιν τέμνοντα τὸν ῥοῦν τὸν μέγαν
(πατάσσεται γὰρ τοῖς πτεροῖς τῶν συννόμων
ἡ τοῦ πρόσω κύματος ἀντιτυπία)
χαίνουσι, καὶ λάπτουσι καθάπερ κύνες,
ὡς ἂν τὸν ἑσμὸν ἐκροφῇ τῶν ἰχθύων
καὶ τὴν παρεμπίπτουσαν ἀφθόνως ὕλην.
Τούτων δὲ κἂν ἓν, ὡς Θεόφραστος λέγει,
ἀναῤῥαγῇ πρὸς ὕψος ἐκ τοῦ πυθμένος,
παπαὶ κλύδων πόῤῥωθεν, οὐκ ὄντος γνόφου,
καὶ χέρσος ὑγρὰ, καὶ κινούμενος λόφος.

85 (71). DE CETIS.

Prestis, aries, zygæna, pardalis, leo,
et physalus, cetorum maxima inventa sunt.
Sunt autem ignava, quod gravem molem *corporum* ferunt;
et lumine regente privata,
habent pisces duces itinerum.
Hæc retro secantia magnos fluctus
(nam consortium pinnis verberatur
undarum ante *cete* repercussio)
hiant et lambunt ut canes,
quo examen sorbeant piscium
et simul incidentem copiose materiam.
Horum si vel unus, ut Theophrastus dicit,
erumpat sursum e gurgite,
vah! fluctus refugiens sine *vento* turbine,
et continens humida, et mobilis mons.

ΠΕΡΙ ΔΕΛΦΙΝΟΣ [ΚΑΙ ΛΕΟΝΤΟΣ].

Ἰχθὺς ὁ δελφὶς, ἀλλ' ἂν ἴδοι ναυτίλους,
σκιρτᾷ πρὸς αὐτοὺς, ἀναφυσσῶν ἀσμένως,
καὶ συμπαραπλεῖ, καὶ προπέμπει τὸ σκάφος.
Αὔραν δὲ τῷ πλῷ σωστικὴν προμηνύει
καὶ μετρίου κύματος ὑπτίαν χύσιν,
ἥδιστον ἀφρὸν ἐκδιδοὺς τῶν ἁλμάτων.
Ἔχων δὲ τὴν κίνησιν εἰς πάντα χρόνον,
εἰ δεῖ τι μικρὸν καὶ καθεύδειν τὴν φύσιν,
εὐθὺς ἀναδὺς ἐξ ἀδήλου πυθμένος,
κεῖται καθ' ὑγρῶν ἐκταθεὶς ἐπὶ στόμα·
καὶ τοῦ βάρους ἄνωθεν ὁρμῶντος κάτω,
κρουσθεὶς ὑπ' αὐτοῦ καθάπαξ τοῦ δαπέδου,
ἀνατρέχει πρὸς ὕψος ἐκ βάθους πάλιν.
Λέων μὲν οὖν πίθηκον εἰ γηρῶν φάγοι,
πρὸ τοῦ Γαληνοῦ δεξιοῦται τὴν φύσιν·
καὶ γὰρ ἀνηβᾷ καὶ σφριγᾷ τῷ φαρμάκῳ.
Δελφὶς δὲ καμὼν ἐξορίζει τὴν νόσον,
ὅταν φάγοι πίθηκον ἰχθῦν ἀφθόνως.
Τοκὰς δὲ δυοῖν εὑρεθεῖσα φιλτάτοιν
ἡ δελφὶς ἡ θήλεια, τοῦ γένους χάριν
ἔδειξε φιλόστοργον, ὡς χρὴ, τὴν φύσιν.
Προέρχεται γὰρ ἐν μεγίστοις κινδύνοις,
ἕως ἂν ᾖ δύναμις αὐτοὺς ἐξάγειν·
παρὸν δὲ βιοῦν εἰς νομὰς ἀκινδύνους,
ἦδ' εὐθὺς ἀνῄρητο σὺν τῷ νηπίῳ,

86 (72). DE DELPHINO [ET LEONE].

Piscis *est* delphinus, sed quum vidit nautas,
assultat ad eos, cum lubentia *aquam* exspirans,
et a latere vehitur, et prosequitur navem.
Auram autem navigationi salutarem præsagit
et modicæ undæ supinum diffluxum,
dulcissimam spumam ciens suis saltibus.
Quum vero proprium habeat motum in omne tempus,
si pauxillum quiddam etiam dormire natura cogit,
statim emergit ex obscuro fundo et
jacet in summis aquis exporrectus in os:
ac pondere ex summo ruente deorsum,
repressus ipso plane *maris* solo
emergit rursus in summum ex profundo.
Leo quidem vetulus simiam si comedit,
præ Galeno (*præ quovis medico*) amat naturam:
namque hoc pharmaco juvenescit et vigorem recuperat.
Delphinus autem æger expellit morbum,
quando comedit simium piscem copiose.
Geminos enixa pullos ubi inventa est
delphinus femina, generis *conservandi* gratia
prolis amantem, ut oportet, monstrat naturam.
Progreditur enim in maxima pericula,
usquedum valeat eos eripere:
et quum *ei* liceat vivere tutis in pascuis,
illa statim correpta est cum suo catulo,

εἴ τις ἁλιεὺς ἢ τομὸν ῥίψας βέλος,
ἢ τρίχα πλεκτὴν, ἢ νενησμένον βρόχον,
ἀνεῖλεν αὐτὸ γειτνιῶν τῇ πορθμίδι.
Τρέφει δὲ καὶ γάλακτι λευκῷ τοὺς τόκους,
προθεῖσα μαζοὺς ὡς λεχὼ παιδοτρόφος.
Δελφὶς δὲ ληφθεὶς ἐντελὴς τῷ δικτύῳ,
τέως μὲν ἡσύχασε τὴν τύχην φέρων,
καὶ τοὺς παρεμπίπτοντας ἰχθῦς ἐσθίων·
ἐπεὶ δὲ τῆς γῆς ᾔσθετο ψαύσας μόνον,
τὸν χύρτον εὐθὺς ἐκτεμὼν ἀπηλλάγη.
Αὐλοῦ δὲ τυχὼν, καὶ στερηθεὶς βραγχίων,
ἔμεινε παντὸς ἁλτικώτερος γένους.
Πνοῆς γὰρ ὁλκὴν ἐνταθεῖσαν τοῖς πόροις
παρακρατῶν καθάπερ ἀνὴρ τοξότης,
τινάσσεται μὲν, ὡς ὑπόπτερον βέλος,
πλωτοῦ δὲ παντὸς ὑπεράλλεται σκάφους.
Καὶ φιλόμουσός ἐστιν ἡ τούτων φύσις,
καὶ θέλγεται μὲν εἴπερ ἀκούει λύρας,
βδελύττεται δὲ τοὺς κενοὺς αὖθις κτύπους.
Προνήχεται δὲ τῶν κατ' αὐτοὺς ταγμάτων
ὁ τῶν νέων ὅμιλος, αἱ δὲ μητέρες
ἑξῆς μετ' αὐτούς· πρὸς δὲ ταῖς θηλυτέραις
ἴδοι τις ἂν φάλαγγα πυκνὴν ἀῤῥένων,
φρουρῶν, ὀπαδῶν, οὐραγῶν, ὑπερμάχων.

si quis piscator aut acuto conjecto telo,
aut texto reti, aut torto fune,
mari eduxit illum prope accedens scapha sua.
Nutrit *illa* etiam lacte candido pullos,
præbens mammas tanquam puerpera infantum nutrix.
Delphis autem adultus quando captus est reti,
aliquamdiu quietus est fortunam ferens
et secum incidentes pisces comedens:
at quando animadvertit se attingere modo terram,
illico sagenam rupit et excessit.
Sed fistula instructus et branchiis carens,
est omni *animalium* genere ad saltum paratior.
Nam spiritus tractum in poros infusum
cohibens in se ut sagittarius *attractum arcum tenens*,
vibrat corpus tanquam sagittam alatam,
et navigantem quamvis transilit scapham.
Etiam musicæ amans est horum natura,
et delinitur quum audit lyram,
contra autem abhorret inanes sonitus.
Agminis eorum in principe loco natat
juvenum caterva, matres autem
deinceps post illos: ac prope feminas
videris phalangem densam marium,
custodum, satellitum, agmen cogentium, propugnatorum.

ΠΕΡΙ ΤΡΩΚΤΟΥ.

Τρώκτης δὲ χαλκοῦ, βασιλεῦ, παλινστόμου
σοφαῖς ἑαυτὸν μηχαναῖς ὑπεξάγει·
καὶ γὰρ ἀνωθεῖ τὴν βολὴν πρὸς τὸν βρόχον·
κἂν μὲν τὸ λυποῦν εὐχερῶς ἀποπτύσῃ,
ἰδοὺ νικητὴς, καὶ δρομεὺς, καὶ γεννάδας·
εἰ δ' οὖν, διασπᾷ τοῖς ὀδοῦσι τὴν τρίχα·
καὶ γὰρ ἔχει τὴν κλῆσιν ἐκ τῶν πραγμάτων.
Εἰ δ' οὐκ ἐφικτὸν ἐκτεμεῖν τὸ συνδέον,
τοῖς ἀνθελιγμοῖς τῆς πλοκῆς ἐσφιγμένον,
χωρεῖ πρὸς ὁρμὰς ἀκρατῶς τιναχτρίας
(φασὶ γὰρ αὐτὸν ἁλτικὴν ἔχειν φύσιν),
ἕως ὁ χαλκὸς εἰς κενὸν διεκπέσῃ,
τομῇ τὸν ἰχθὺν εὐτελεῖ παραξέσας.
Τρώκταις δὲ συχνοῖς εὐφυῶς ἠθροισμένοις
τράπεζα δελφὶς ἐκραγεὶς τῶν συννόμων.
Εὐθὺς γὰρ αὐτῷ συμπεσόντες ὡς κύνες,
ἐνῆψαν ἀπρὶξ εἰς τὸ σῶμα τὰς γένυς.
Ὁ δὲ σπαραχθεὶς ταῖς τομαῖς ἀνεῤῥάγη,
καὶ δίφρος οἰκτρὸς ἐξ ἀνάγκης εὑρέθη,
λῃστὰς κρεμαστοὺς τῇ στροφῇ συνεξάρας.
Τοῦ δὲ χρόνου λύσαντος ὀψὲ τὴν μάχην,
οἱ μὲν πάλιν ᾤχοντο ῥᾳστώνης χάριν·
ὁ θὴρ δὲ φυγὼν τοὺς διώκτας ἀσμένως,
οὓς αὐτὸς εἱστίασεν ἐκ τῶν σαρκίων,
πρὸς τὴν ἑαυτοῦ συμφορὰν ἀπηλλάγη.

87 (73). DE TROCTA.

Troctes (*q. d. Rosor*) autem, rex, a ferri recurva acie
callidis se machinis subducit:
namque retrudit uncum versus funem.
Ac si quidem molestum illud *æs* dextre exspuerit,
ecce victor *est*, et cursor, et superbus:
sin autem, dirumpit dentibus lineam:
etenim nomen *rosoris* habet ex eo quod facit.
Verum si eo pervenire non potest ut scindat nexum,
contrariis voluminibus laqueorum contortum,
ad impetus progreditur valide succutientes
(nam dicunt eum habere naturam ad saltus paratam),
usquedum æs in inane *maris* decidat,
postquam piscem incisione levi strinxerit.
Troctis autem frequentibus opportune collectis
esca *est* delphinus distractus a sodalibus.
Nam statim eum aggressi confertim ut canes,
mordicus immittunt in ejus corpus maxillas.
At ille morsibus laceratus exsilit,
et necessitate fit currus miserabilis,
dum prædones pendulos eo conversu sursum secum effert.
Tandem, tempore solvente hanc pugnam,
illi redeunt quiescendi gratia;
bellua autem lubens elapsa persecutoribus,
quos ipsa suis carnibus paverat,
cum suis doloribus discedit.

ΠΕΡΙ ΣΚΑΡΩΝ.

Τίς ἀγεληδὸν συμπεσόντας τοὺς σκάρους
εἰς πλεκτὸν ἀμφίβληστρον ἐξ οἴστρου βλέπων,
ὅταν ἴδωσι θῆλυν ἁλόντα σκάρον,
ἐξὸν παρελθεῖν ὁρμιᾶς μιᾶς δόλον,
οὐχ εὗρε τοῦ ζῆν ἐγκρατῶς διδασκάλους,
ἡδὺς ἔρως ὧν ἐκπυροῖ τὴν καρδίαν
εἰς τὰς ἐν ἀκμῇ φλεγμονὰς τοῦ σαρκίου;
Τὸ σύννομον πλὴν, ἂν ἁλοὺς ἴσως λάθοι,
παρακρατοῦσιν εἰσρυέντες ἀθρόοι·
καὶ πολλάκις ἀφῆκαν αὐτοὶ τὸν φίλον,
ὀδοῦσι πυκνοῖς ἐκτραγόντες τὸν βρόχον,
καθάπερ αὐτοὺς ἱστορεῖ τοὺς ἀνθίας
ἀνήρ τις ἰδὼν τὰς νομὰς τῶν ἰχθύων.

88 (74). DE SCARIS.

Quis scaros catervatim incidentes
in textam sagenam videns propter furentem libidinem,
quando viderint feminam scarum irretitum,
quum possint præterire unius lineæ dolum,
non invenit continenter vivendi magistros esse eorum
quorum cor inflammat dulcis amor
ad juvenilem ardorem carnis?
Sed grex, si forte unus clam captus est,
eum retinent circumfusi confertim:
ac sæpe liberarunt ipsi carum sodalem
dentibus spissis incidentes laqueum,
sicuti etiam anthias *facere* narrat
vir aliquis contemplatus greges piscium.

ΠΕΡΙ ΚΕΦΑΛΟΥ.

Ποῖος δὲ τὸν κέφαλον ἰχθὺν, αὐτάναξ,
ἔνσπονδον εὑρὼν εἰς τὸ σύννομον γένος,
ἐξ οὗπερ οὐδὲν οὐδὲ φαῦλον ἂν φάγοι,
εἰ μὴ σεσηπὸς καὶ προκείμενον τύχοι,
γαστρὸς πονηρᾶς οὐ κρατεῖν ἐκμανθάνει;
σιτούμενος γὰρ τὴν διάβροχον πόαν,
ἀρκοῦν ἔχει τὸ δεῖπνον ἐκ τῶν εἰκότων.

89 (75). DE CAPITONE.

Quisnam capitonem piscem, rex,
sacra pace utentem inveniens adversus eorundem pascuorum genus,
ex quo nihil ne vile quidem comederit
nisi computruerit et projectum sit,
malum ventrem cohibere non ediscit?
nam vescens *mari* asperso gramine,
sufficientem cœnam habet, ut credi par est.

ΠΕΡΙ ΓΛΑΥΚΟΥ.

Ὁ γλαῦκος ἰχθὺς, ὡς πατὴρ παιδοτρόφος,
ὅταν περὶ τὴν νῆξιν ὀῤῥωδοῦν ἴδοι,
ῥοφεῖ τε χανδὸν ἐκ φυγῆς τὸ σκυμνίον,
καὶ τοῦ δέους λήξαντος, ἀνεμεῖ πάλιν·
τὸ δὲ, προελθὸν τῆς πυρᾶς τῶν ἐγκάτων,
ἐκ παραγωγῆς εὐπραγεῖ ζῶν ἀσπόρου.

90 (76). DE GLAUCO.

Glaucus piscis, ut parens infantium nutritor,
quum in natatione metu perculsum videt,
hiante ore absorbet e fuga parvum catulum,
et cessante formidine, rursus evomit:
ille autem, progressus e foco intestinorum,
vivens ex productione spermatis experte lætus agit.

ΠΕΡΙ ΚΥΝΟΣ.

Κύων δὲ τὸν σκύλακα, παρόντος δέους,
ἐξ αἰσχύνης ἀνεῖλεν εἰς τὴν γαστέρα·
καὶ πάλιν αὐτὸς ἀνατεχθεὶς μητρόθεν,
ἐνήξατο ζῶν εἰς τὸ σύννομον γένος.
Τρέφει δὲ κύνας γαλεὸν καὶ κεντρίτην,
ἅμα δὲ καὶ πηλαῖον ἡ θάλαττά σοι.
Οἷς τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ τῆς κέρκου μέσον,
ἑκατέραις ὥπλισεν αἰχμαῖς ἡ φύσις.
Ἀλλ' εἷς μὲν αὐτῶν ἐμπεσὼν τῷ δικτύῳ,
πρὸς τὴν τελευτὴν ἐκβιάζεται τρέχειν·
οἱ δὲ τροφὴν δοκοῦντες εὑρεῖν τὸν φίλον,
χωροῦσι κοινῇ πρὸς τὸν ἄγνωστον δόλον·
ὃν ὁ στοχαστὴς δικτυεὺς ἐξελκύσας
ὄλβον κυνικὸν συγκομίζει τῷ σκάφει.

91 (77). DE CANE MARINO.

Canis vero catulum, ingruente metu,
per pudenda tollit in ventrem:
ac rursum ille renatus ex matre
vivus natat ad propinquorum genus.
Nutrit autem canes galeum et centriten,
atque una etiam in cœno degentem, mare tibi.
His (*centritis*) caput et caudæ medium
natura cuspidibus utrimque positis armavit.
Sed unus eorum ubi in rete incidit,
ad mortem vi cogitur properare:
illi autem, putantes sodalem invenisse escam,
una eunt ad ignotum dolum:
quem rete qui ad scopum jecit piscator extrahit et
opes caninas in scapha reportat.

ΠΕΡΙ ΜΕΛΑΝΟΥΡΩΝ.

Φασὶ τὸ δειλὸν τῶν μελανούρων γένος,
ὅταν μὲν ἡ θάλαττα σωφρόνως ἔχῃ,
τοὺς θηρατικοὺς εὐφυῶς φεῦγον δόλους,
ὡς ψυχακερδῆ τὸν βυθὸν διατρέχειν·
ὅταν δὲ χειμὼν εἰς τὸ ῥεῖθρον ἐμπέσῃ
καὶ πᾶς ἁλιεὺς δυσφορῇ πρὸς τὴν ζάλην,
ὡς ἀπὸ φελλοῦ τὰς ῥοὰς ἀνατρέχειν,
καὶ πάντα δειπνεῖν τῆς νομῆς πεφυρμένης.

92 (78). DE MELANURIS.

Aiunt timidum melanurorum genus,
quando mare temperatum modum tenet,
piscatorios dolos prudenter fugiens,
fundum percurrere tanquam vitæ lucrum afferentem :
quando autem tempestas in fluenta ingruit
et piscator omnis ægre fert procellam,
illud tanquam a subere sursum labi per fluctus
et omnibus vesci, pascuis conturbatis.

ΠΕΡΙ ΣΠΟΓΓΟΥ.

Κύημά τι, κράτιστε, θαλάττης ξένον,
ὃ σπογγιὰν καλοῦσι παῖδες ναυτίλων.
Οὐκ ἄψυχον δ' οὖν, οὐδ' ἄμοιρον αἵματος,
μανὸν δὲ, καὶ ζῶν, καὶ πολύτρητον τέρας,
ἐπηλυγασθὲν εἰς χαλινδήθραν λίθου,
πρὸς τὰς ἀγωγὰς καρτερεῖ τῶν ῥευμάτων.
Εἴ που δὲ προσπέσοι τὶ τῶν ἐδωδίμων,
ζῶον τὶ λεπτὸν ἄλλο παρὸν ὡς φύλαξ,
ταύτην προωθεῖ τὴν δυσαίσθητον φύσιν·
ἡ τὸ προσιὸν ἡσυχῇ συλλαμβάνει,
καὶ καθάπερ στόμασι, πυκνοῖς τοῖς πόροις
δειπνεῖ, βασιλεῦ, τὴν βορὰν παραυτίκα.
Ὅταν δέ τις ἄνθρωπος ἐκτέμνειν θέλῃ
τὸ ζῶν τὸ νεκρὸν τοῦ Ποσειδῶνος τέκος,
οἶδε πρὸ θυρῶν συμφορὰς ἀποκρύφους.
Τὸ μὲν γὰρ εὐθὺς τῇ βολῇ συνεστράφη,
καὶ τοὺς πόρους ἔσφιγξε, καὶ κατεστάλη,
τῇ τῆς τελευτῆς τετριγὸς περιστάσει·
ἀλγεῖ δὲ πικρῶς ὁ σφαγεὺς τὴν καρδίαν,
ἕως τὸ λυποῦν τῆς λαβῆς ἀποσπάσῃ.

93 (79). DE SPONGIA.

Fœtus quidam, Potentissime, maris *est* mirabilis,
quem spongiam vocant nautarum filii.
Non inanimatum, neque expers sanguinis,
sed rarum, et vivum, et multis partibus perforatum prodigium,
absconditum in volutabro lapideo,
resistit agitationi fluctuum.
Quodsi quid forte ei allabatur esculentum,
animalculum aliud quoddam tenue, quod ut custos adest,
hanc difficulter sentientem naturam impellit,
quæ allatum tranquille comprehendit,
et tanquam oribus, poris suis confertis
epulatur, rex, eum cibum statim.
Quando autem homo exsecare vult
vivam simul et mortuam hanc Neptuni prolem,
novit *illa* ad portas *esse* perniciem occultam.
Nam statim ad ictum *custodis animalculi* convolvitur
et poros constringit et recedit,
stridens ad mortis infortunium :
sed occisor acerbe laborat animo
usquedum dolentem partem *rupi* affixam resciderit.

ΠΕΡΙ ΔΡΑΚΟΝΤΟΣ ΘΑΛΑΣΣΙΟΥ.

Ἰχθὺς μὲν ὑγρὸς τῆς θαλάσσης ὁ δράκων·
τὴν δ' οὖν κεφαλὴν, τὰς φολίδας, τὰς γένυς,
καὶ τὰς διαυγεῖς ἀστραπὰς τῶν ὀμμάτων,
ἐκεῖνος αὐτὸς ἐστὶ τῆς γῆς ὁ δράκων.
Οὗ καὶ τὸ κέντρον ἡ φύσις φαρμάξασα
προσιτὸν οὐκ ἔδειξεν ἰχθυοκτόνοις.

94 (80). DE DRACONE MARINO.

Piscis *est* maris humidus draco :
is, quantum ad caput, ad squamas, ad malas,
et ad pellucida fulgura oculorum,
est ille ipse terrestris draco.
Hujus spiculum natura veneno infectum
inaccessum reddidit piscium occisoribus.

ΠΕΡΙ ΦΥΣΑΛΟΥ.

Εἰς τὴν Ἐρυθρὰν Ἐστὶν ἰχθὺς οὐ μέγας,
ἐγχωρίοις φύσαλος ὠνομασμένος,
ἀνείδεος μὲν τῆς κεφαλῆς τὴν πλάσιν,
ἔχων δέ τινα κόλπον εἰς τὴν γαστέρα,
σμάραγδον ἂν εἴποι τις αὐτοῦ τὴν χρόαν,
ὡς ἀπὸ πυγμῆς ἀδρανοῦς τεθλασμένου·
ἐντεῦθεν ἀθρεῖ, καὶ πλατύνει τὸ στόμα.
Φαγὼν μὲν οὖν τις τοῦτον, εὐθὺς ἐρράγη·

95 (81). DE PHYSALO.

In Rubro mari est piscis haud magnus,
ab indigenis Physalus nominatus,
prorsus quidem informis figuratione capitis,
sed sinum quendam habens ad ventrem
(smaragdum aliquis dixerit colorem ejus)
tanquam a pugni ictu haud valide impressi :
ex hac parte cernit, et os aperit.
Hunc si quis comedit, illico rumpitur;

χειρὶ δὲ λαβὼν καὶ παραψαύσας μόνον,
εἰς ὄγκον ὑγρᾶς φλεγμονῆς ἐξετράπη,
καθάπερ οἰδεῖ καὶ τὸ σαρκῶδες τέρας
ῥιφὲν κατὰ γῆς οὐκ ἐχούσης ἰκμάδα.
Πλὴν ἀπολυθὲν εἰς τὸ ῥεῖθρον, αὐτάναξ,
αὖθις ἀναζῇ, καὶ προέρχεται πλέον,
ὡς πομφόλυξ, ἢ κύστις, ἢ σφαῖρα ξένη.

sed si manu prehenderit et attigerit modo,
in tumorem humidæ phlegmones conjicitur,
quemadmodum tumet etiam carnosum monstrum
excussum in terram quæ humorem nullum habet :
at remissum in fluenta, rex,
rursus reviviscit, et nando provehitur,
ut bulla, vel vesica, vel globus mirabilis.

ΠΕΡΙ ΙΧΘΥΟΣ ΙΝΔΟΥ.

Ἔστι παρ' Ἰνδοῖς καὶ βραχὺς ἰχθὺς μέλας,
ὃς κρύπτεται ζῶν εἰς τὸ τῶν ῥείθρων βάθος
ἕως τελευτῆς· τηνικαῦτα γὰρ μόνον
ὁ νεκρὸς ἀνέπλευσεν ὡς κούφη πίτυς.
Ὁ γοῦν τὸν ἰχθὺν τῆς ῥοῆς ἐξαρπάσας
παραυτίκα τέθνηκε; τί δεῖ φαρμάκων;

96. DE INDICO PISCE.

Est apud Indos parvus etiam piscis niger
qui vivens absconditur in fluentorum fundo
usque ad mortem : nam tunc solummodo
cadaver ejus emergit velut levis pinus.
Jam qui hunc piscem e fluctibus extraxit,
illico moritur : quid opus est medicamentis?

ΠΕΡΙ ΚΡΟΚΟΔΕΙΛΟΥ [ΚΑΙ ΤΡΟΧΙΛΟΥ ΟΡΝΙΘΟΣ].

Ὁ κροκόδειλος νήχεται μὲν εὐτόνως,
ἀνεὶς δὲ χανδὸν εἰς τὸ κῦμα τὸ στόμα,
βδελλῶν φορυτὸν ἐξ ἐκείνου συλλέγει.
Εἶτα διαβὰς εἰς τὸν ὄχθον ἐκ πόρου,
πίπτει κατὰ γῆς καὶ βλέπει τὸν ἥλιον,
καὶ παραγυμνοῖ πρὸς τὸ φῶς καὶ τὴν ζέσιν
τοὺς τῶν γνάθων, κράτιστε, κολπώδεις τόπους.
Ὄρνις δέ τις τροχίλος ὠνομασμένος,
τὸ ῥάμφος αὐτῆς εὐφυῶς ἐπεισφέρων,
τὰς αἱμοχαρεῖς καὶ θλιβούσας ἐξάγει,
τούτου πράως ἔχοντος εἰς τὸ συμφέρον·
καὶ τὴν κεφαλὴν ἀντὶ μισθοῦ λαμβάνει
μηδὲν κακὸν παθοῦσαν ἐκ τοῦ θηρίου.

97 (82). DE CROCODILO [ET TROCHILO AVE].

Crocodilus natat quidem acriter,
sed hiare in undam sinens os,
hirudinum turbam ex illa colligit.
Inde transit in ripam ex flumine, et
in terra jacet aspicitque solem,
et nudat ad lucem caloremque
faucium, Potentissime, spatia sinuosa.
Avis vero quædam trochilus dicta,
rostrum suum opportune *ori illius* inferens,
sanguinis cupidas et mordentes extrahit,
dum ille quietus manet ad rem utilem :
et *avis* caput (*vitam*) pro mercede aufert
nihil mali passum ex bellua.

[ΠΕΡΙ ΙΧΝΕΥΜΟΝΟΣ.]

Ἰχνεύμονος δὲ προσβαλεῖν ἠπειγμένου,
βοᾷ τι λαμπρὸν ὁ τροχίλος ἐνθάδε,
καὶ διανιστᾷ τὸν βραδὺν πρὸς τὴν μάχην,
παίων κατ' αὐτῆς τῆς ῥινὸς, καὶ θαῤῥύνων,
καὶ μηδὲ μικρὸν ἠρεμεῖν ἐπιτρέπων.
Ὁ δὲ πρὸς ὀργὴν ὡς τὸ πῦρ ἀναζέων,
αἱρεῖ τὸν ἐχθρὸν εὐχερῶς, καὶ συμπνίγει.
Ὅπλον γε μὴν ἕτοιμον ἰχνεύμων φέρων
χωρεῖ κατ' αὐτῆς εὐγενῶς τῆς ἀσπίδος·
πηλῷ γὰρ ὑγρῷ τὴν δορὰν καταχρίσας,
τὸ δῆγμα θαῤῥεῖ καὶ κρατεῖ προσερπύσας.
Ὕδωρ δὲ τῷ στόματι πολλάκις φέρων
ὁ κροκόδειλος οὗτος, ὃν Νεῖλος τρέφει,
ἐγχεῖ μεταξὺ λανθανόντως τῶν τρίβων,
αἷς ἂν ὀλισθάνωσι τὰ κτήνη, τρέχει
καὶ ταῦτα δειπνεῖ συμπατῶν τῷ βορβόρῳ.
Καὶ τοὺς ὕδωρ ἥκοντας ἀρύτειν θέρους

[98 (83). DE ICHNEUMONE.]

Ichneumone autem aggredi *crocodilum* properante,
tunc acutum clamorem edit trochilus,
et incitat tardum ad pugnam,
feriens ipsas ejus nares, et exsuscitans,
et ne pauxillum quidem quiescere sinens.
At ille in iram velut ignis inflammatus,
corripit hostem expedite, et suffocat.
Verum arma idonea ferens ichneumon
aggreditur ipsam animose aspidem :
nam ubi madido cœno pellem suam oblevit,
morsum spernit, adrepit et vincit.
Aquam autem in ore sæpe ferens
crocodilus hic, quem Nilus alit
effundit clam in mediis semitis :
in quibus ubi lapsa fuerint jumenta, accurrit
et hæc epulatur proterens in lutum.
Et iis, qui venerunt aquam haustum æstate,

τέχνῃ φυσικῆς ἐλλοχᾷ πανουργίας.
Καλύπτεται γὰρ εἰς φρυγανώδη σκέπην,
καὶ λανθάνων πρόεισι, καὶ διαβλέπει,
καὶ κατὰ μικρὸν γειτνιῶν συλλαμβάνει.
Πειρώμενος δ' οὖν ὁ σπορεὺς τῶν φιλτάτων
τοὺς ἅρπαγας μὲν, καὶ θρασεῖς, καὶ δυσμάχους,
εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς εὐγενεῖς δήπου κρίνει·
τοὺς δὲ πρὸς ὁρμὰς δραστικὰς νωθεστέρους,
ὡς μὴ φυσικοὺς, ἀλλ' ὑπόπτους ἐκτρίβει.
Οὗτος γέ τοι, κράτιστε, τῶν ζώων μόνος
τὴν μὲν κάτω πήγνυσι, τὴν δ' ἄνω γένυν
κινεῖ θαμινὰ, τὴν τροφὴν θλῶν ταῖς μύλαις.

artificio naturalis astutiæ insidiatur.
Absconditur enim sub virgultorum tegmine,
et clam procedit ac speculatur,
et sensim appropinquans corripit.
Idem quando prolem genuit, experimento noscit
raptores, et audaces, et feroces,
statimque ab initio hos esse ingenuo natu judicat;
at qui sunt ad violentos impetus ignaviores,
eos ut non ex se natos, sed suspectos excidit.
Hic enimvero, Potentissime, solus ex animantibus
inferiorem maxillam fixam habet, sed superiorem
movet frequenter, escam contundens molaribus.

ΠΕΡΙ ΚΟΣΣΥΦΩΝ ΘΑΛΑΣΣΙΩΝ.

Τοὺς κοσσύφους δέ φασι τοὺς θαλαττίους
ποθεῖν τὸν αἰσχρὸν καὶ φιλήδονον βίον,
καθάπερ ἁβροὺς καὶ σφριγῶντας βαρβάρους,
καὶ ζηλοτυπεῖν, καὶ σκοπεῖν τὰς συννόμους,
ὅταν ἐπιστὰς ὁ χρόνος τῶν ὠδίνων
εἰς φῶς προελθεῖν ἐκβιάζῃ τοὺς τόκους.
Τὰς γὰρ καθ' ὑγρῶν οὐκ ἐῶσι παστάδας
ἃς οἶδεν ἀκτῆς ἐγκοπεὺς διαγλύφειν,
τοῖς ἐκτιναγμοῖς ἐνδιδούσης τῆς λίθου.
Πλὴν καὶ παραθηρῶσιν ἐκ τῶν μετρίων
τροφὰς νεαλεῖς ταῖς λεχοῖς ἀφ' ἑστίας,
μή τις ὑπελθὼν τὰς κενὰς διεξόδους
ἢ συσκιασθῇ καὶ πτοήσῃ τὰ βρέφη,
ἢ παρασύρῃ καὶ τὰ λέκτρα συγχέῃ.

99 (84). DE MERULIS MARINIS.

Merulas autem dicunt marinas
amare turpem et voluptariam vitam,
velut delicatos et luxuriosos barbaros,
et zelotypos esse, et inspectare feminas,
quando instans tempus parturitionis
in lucem procedere cogit pullos.
Nam non relinquunt in undis *structos* toros,
quas novit littoris cælum (*vis fluctuum*) exsculpere,
concussionibus cedente saxo.
Sed subinde venantur etiam modice
cibos recentes puerperis *longius* a foco (*domo*),
modice, ne quis subiens vacuas *defensore* fores
aut per tenebras exterreat recens natos
aut abstrahat et toros confundat.

ΠΕΡΙ ΒΟΟΣ ΘΑΛΑΣΣΙΟΥ.

Ἔχει δὲ καὶ θάλασσα βοῦν δήπου μέγαν,
ὃς τίκτεται μὲν εἰς ἰλὺν πεφυρμένην,
ἰχθῦς δὲ θηρᾷν εἰς τροφὴν οὐκ ἰσχύων,
τὸν γοῦν φονευτὴν ἐλλοχᾷ τῶν ἰχθύων.
Ἐνάλλεται γὰρ ταῖς ῥοαῖς ἀναβράσας,
καὶ τὴν ἀδιάπνευστον ἐκτείνει στέγην,
κυρτῶν ἑαυτὸν, καὶ κατείργων τὸν ξένον·
ὃς ἄγχεται μὲν τῆς πνοῆς πεφραγμένης,
ἐᾷ δὲ νεκρῶν ἐμφορεῖσθαι λειψάνων
τὸν βοῦν τὸν ἐχθρὸν, τὸν μελάγχρουν, τὸν φάγον.

100 (85). DE BOVE MARINO.

Habet etiam mare bovem sane magnum,
qui gignitur quidem in limo conturbato,
sed pisces in cibum quum non valeat venari,
ipsi occisori piscium insidiatur.
Insilit enim *homini*, ubi per fluctus emersit,
et respirationem comprimens tectum *ei* intendit
se recurvans et coercens hospitem :
qui strangulatur præcluso spiritu,
et sinit mortuis reliquiis impleri
bovem infestum, atrum colore, voracem.

ΠΕΡΙ ΣΑΡΓΟΥ.

Ὁ σαργὸς ἰχθύς ἐστιν εἰς οἶστρον ζέων·
διψῶν τε φωτὸς, καὶ σιτούμενος πόας,
οἰκεῖ πρὸς ἀκτὰς παγγενὴς ἠθροισμένος,
ὅπου διασφὰξ ὑγρολάξευτος λίθου
τῶν ἡλιακῶν ἐμφορεῖται λαμπάδων.
Φιλεῖ δὲ καὶ τὰς αἶγας ἀρρήτῳ σχέσει·
καὶ γὰρ παραθεῖ γειτνιῶν ταῖς ἐκνόμοις.

101 (86). DE SARGO.

Sargus piscis est amoris furore ardens :
et lucem *solarem* sitiens, et gramina esitans,
habitat ad littora, tota ejus familia ibi congregata,
ubi caverna fluctuum cælo in rupe facta
impletur faculis solaribus.
Amat etiam capras infanda assiduitate :
nam prope ad illas a sua natura alienas accurrit.

ΠΕΡΙ ΠΟΛΥΠΟΔΟΣ.

Βορώτατον δὲ καὶ πανοῦργον τὴν φύσιν,
καὶ θερμὸν εἰς κίνησιν ἀφροδισίων
ἀεὶ καθ' ὑγρῶν τὸν πολύποδα βλέπων,
αὐτοκράτορ, τέθηπα τῆς ἀπληστίας.
Ὅταν γὰρ ἡ θάλαττα δεινόν τι βρύχῃ,
καὶ πνεῦμα πυκνὸν τὸν βυθὸν διατρέχον
τὸ ῥεῖθρον ὑψοῖ καὶ στροβῇ καὶ συγχέῃ,
θήρας ἄγων ἄγευστον ἐνταῦθα χρόνον,
αὐτοὺς ἑαυτοῦ τοὺς πλοκάμους ἐσθίει.
Τροφῆς δὲ τυχὼν ὁ φθορεὺς ἀλλοτρίας,
ὅταν ἔχῃ τὸ ῥεῖθρον ὑπτίαν χύσιν,
τὸ δαπανηθὲν εἰς ἀνάπλασιν φύει.
Καὶ τὸν μὲν ἐχθρὸν εὐχερῶς ἂν ἐκφύγοι,
τὴν ὄψιν αὐτῷ γειτνιῶντι λανθάνων·
δραξάμενος γὰρ τῆς προκειμένης ὕλης,
ἤμειψεν ἥνπερ εἶχε μορφὴν ἡ φύσις,
ὡς καὶ δοκεῖν ἐκεῖνο τυχὸν τὸ ξύλον
ἢ τὸν παρόντα λίθον ὀφθῆναι μόνον.
Προκείμενος δ' οὖν τῷ παρεῖσθαι τὸν τόνον
ἐκ τῆς περὶ τὸν οἶστρον ἀποπληξίας,
ἰοὺ θανατᾷ, κἂν βραχὺς τριβῇ χρόνος,
προθεὶς ἑαυτὸν, ἑστιᾷ τοὺς καρκίνους,
οὓς ἤσθιε πρὶν ἐλλοχῶν καὶ συλλέγων.
Τίκτει δὲ ῥᾷστα, καὶ βραχεῖ πλεῖστα χρόνῳ,
καὶ νήχεται ζῶν εὐαρίθμητον βίον.
Ὅταν δὲ χειμὼν καὶ δριμύτης ᾖ ψύχους,
καὶ μειδιῶσαν οὗτος αἰθρίαν ἴδοι,
τὸ ῥεῖθρον ἀφεὶς καὶ τὸ σύννομον γένος,
ἔξεισιν εἰς τὴν χέρσον ἕρπων ὡς ὄφις·
καὶ πέτραν εὑρὼν, καὶ ταθεὶς ἐπὶ στόμα,
ταῖς ἡλιακαῖς ἐγχρονίζει λαμπάσι·
δένδρου τε παντὸς ἂν ἐπιβαίνειν θέλοι,
καὶ τοῦτο τούτῳ ῥᾷστον, εἰς ἔργμα τρύγης.
Ἁψάμενον δὲ πηγάνου τὸ θηρίον
κινήσεως ἔρημον εὐθὺς εὑρέθη.

102 (87). DE POLYPO.

Voracissimum et callidum natura,
porro ardentem in motus amatorios
semper in undis polypum videns,
rex, obstupui ejus ventrem inexplebilem.
Nam quando mare terribilem in modum mugit,
et spissa procella fundum percurrens
fluenta extollit et versat et miscet,
tum ille venatus fructuum expers agens tempus,
ipsos rodit cirros suos.
Deinde cibo potitus corruptor alieno,
quando mare stratos fluctus habet,
consumptum regenerat per novam formationem.
Atque hostem facile effugerit,
appropinquanti oculos fallens :
nam arrepta quæ proxime jacet materia,
mutat natura eam quam habebat formam,
adeo ut videatur illud, forte lignum
aut adjacens saxum, conspici solum.
Porrectus autem per nervorum relaxationem
ex illa ad libidinem vesania,
væh! emoritur, et, quando breve abiit tempus,
proponens se ipsum convivium præbet carcinis,
quos devorabat antea insidians et colligens.
Parit autem *femina* facillime et plurima intra breve tempus,
et natat vivens brevem vitam.
Quando autem hiems obtinet et frigoris asperitas,
atque ille ridens serenum aliquando viderit,
fluentis dimissis et aquatilium genere,
exit in continentem serpens veluti anguis;
et petra inventa, et in os provolutus,
solaribus immoratur facibus :
atque arborem omnem escendere velit
(et *est* hoc ei facillimum) ad opus collectionis frugum.
Quando autem hoc animal rutam tetigit,
motu vacuum illico jacet.

ΠΕΡΙ ΛΑΒΡΑΚΟΣ.

Λάβραξ δὲ χανδὸν ἐκπετάσας τὸ στόμα,
καρῖδας αἱρεῖ, πρὸς τὰ κέντρα μὴ βλέπων.
Τούτοις δὲ τοῦ φάρυγγος ἐξῳδηκότος,
θνήσκει τροφῆς ὄλεθρον ὀξὺν ἁρπάσας.

103 (88). DE LUPO MARINO.

Lupus vero hiando aperiens os
squillas capit, aculeos earum non respiciens.
His autem ei fauces ubi intumuerunt,
moritur celeri pernicie cibi arrepta.

ΠΕΡΙ ΜΥΡΑΙΝΗΣ.

Ὅταν ἁλιεὺς ἐκτινάξας τὸν βόλον
ὑποσπάσῃ μύραιναν, Αὐσονοκράτορ,
εἰς πίθον ἀντλῶν ἀγνοεῖ κεχλασμένον.
Ἡ μὲν γὰρ εὐθὺς ἀπὸ μετρίου πόρου
διεξέδυ σώζουσα καὶ τὰς συννόμους·
ὁ δὲ βλέπων ἕστηκε τὸν βρόχον μάτην.

104 (89). DE MURÆNA.

Quando piscator emisso reti jaculo
attraxerit murænam, imperator Ausonum,
nescit se in fractum dolium aquam congerere.
Illa enim statim ex modico foramine
elabitur et servat etiam gregales :
at iste stat incassum aspiciens sagenam.

ΠΕΡΙ ΣΗΠΙΑΣ.

Πανοῦργος ἐστὶ τὴν φύσιν ἡ σηπία,
τῶν θηρατῶν κλέπτουσα τὴν κακουργίαν·
ἐμεῖ γὰρ ἀπόσφαγμα τοῖς ῥείθροις μέλαν,
καὶ λανθάνει τὴν ὄψιν ἐνδῦσα γνόφον,
καὶ τέρπεται θηρῶσα τὴν σωτηρίαν.
Ἀλλὰ σκόπει μὴ ζῶσαν εἰς χεῖρας λάβοις·
ἄλλος γὰρ ἂν φθάνοι τις ἐκ πείρας βλέπων
ὀδόντας ὀξεῖς εἰς ἀπόκρυφον στόμα,
καὶ δῆγμα πικρὸν ἐξ ἰοῦ προηγμένον.

105 (90). DE SEPIA.

Callida est natura sua sepia,
piscatorum eludens malitiam :
vomit enim cruorem in undas atrum,
et effugit aspectum induta tenebras,
et lætatur captans salutem.
Sed cave ne vivam in manus sumas :
nam sic alius quis *te* prior experiendo cognoverit
dentes acutos in ore recondito
et acerbum morsum ex veneno illatum.

ΠΕΡΙ ΤΡΥΓΟΝΩΝ ΘΑΛΑΣΣΙΩΝ.

Ἰοῦ δὲ μεστὰ καὶ φθορᾶς ὀξυδρόμου
τῶν τρυγόνων τὰ κέντρα τῶν θαλαττίων·
οἷς καὶ τεθηλὸς ἂν ἀμυχθῇ δενδρίον,
μαραίνεται, ζῆν οὐκέτι δυνάμενον.
[Καὶ τοὺς ἁλιεῖς φασὶν ἐκτόπως τρέμειν
τὰ δυσχερῆ μὲν ταῦτα τοῦ ζώου βέλη.
Ἂν γάρ τις αὐτοῖς τοῖς κακίστοις κεντρίοις
πληγῇ, μόλις τε τῶν ἰατρῶν ἡ τέχνη
ῥύσαιτ' ἂν αὐτὸν τῆς φορᾶς τοῦ κινδύνου.
[Οὕτω γε φασί· κἂν ποτε ζῶον τύχῃ
τρωθῆν ἀφειδῶς τοῖς ὅπλοις αὐτοῖς πάλιν,
οὐκ εἰς μακρὰν τέθνηκεν οἰκτίστῳ μόρῳ.]
Πρὸς τοῖς γε λοιπὸν καὶ πραΰνειν τοὺς πόνους
τοὺς σφοδροτάτους τῶν ὀδόντων ὀξέως,
καὶ συντρίβειν μάλιστα τοὺς βεβρωμένους
ὀδόντας αὐτούς τ' ἐξάγειν ἀνωδύνως.]

106 (91). DE PASTINACIS MARINIS.

Veneni autem pleni et mortis præsentissimæ
sunt pastinacarum aculei marinarum :
quibus etiam florens si saucietur arbor,
arescit, non amplius vivere valens.
[Et piscatores dicunt vehementer metuere
gravia quidem hæc animantis illius tela.
Nam si quis hisce pessimis aculeis
ictus fuerit, vix medicorum ars
liberet illum a præcipiti periculo.
[Sic dicunt : etiam si quando fera sit
vulnerata largiter armis illis rursum,
post brevem moram occidit miserabilissima morte.]
Præterea etiam *dicunt pastinacæ aculeum* mitigare dolores
vehementissimos dentium celeriter,
et conterere maxime exesos
dentes eosque ejicere sine dolore.]

ΠΕΡΙ ΚΕΡΔΑΛΩΝ ΘΑΛΑΣΣΙΩΝ.

Τὴν κερδαλῆν δέ φασι τὴν θαλαττίαν,
τοῖς ἐγκάτοις ἄγκιστρον εἰσδεδεγμένην,
σοφῶς ἑαυτὴν ἀπὸ τῶν ἔνδον στρέφειν,
ὡς ἱματισμὸν σηρικῶν ὑφασμάτων·
ὡς ἂν ὁ χαλκὸς ἐμπαγεὶς διεκπέσῃ.

107 (92). DE VULPIBUS MARINIS.

Vulpem autem narrant marinam,
hamo in visceribus recepto,
sollerter ex interaneis se invertere
ut vestem sericæ texturæ,
quo æs *intestinis* infixum excidat.

ΠΕΡΙ ΙΟΥΛΙΔΩΝ [ΚΑΙ ΛΑΓΩΟΥ].

Φύει μὲν ἡ θάλασσα τὰς ἰουλίδας,
ἔστι δὲ φαυλότατον ἰχθύων γένος,
καὶ τοὺς ἐν ἀκταῖς μᾶλλον οἰκοῦσι λίθους·
δειναὶ δὲ λυπεῖν τοὺς ἐν ὑδροθηρίαις,
ὅταν κατ' αὐτῶν εἰσρυῶσιν ἀθρόαι.
Γεγευμέναι δέ τινος ἰχθύος μόνον,
ἄβρωτον ἀπέφηναν αὐτὸν εὐθέως·
ἰοῦ γὰρ αὐταῖς πλῆρες ἐστὶ τὸ στόμα.
Κἂν τις τὸν ἰχθὺν ἀγνοῶν ἐπεσθίοι,
στροφαῖς ὀδυνῶν ἑστιᾷ τὴν γαστέρα,
ὡς καὶ λαγωὸν εἰ θαλάττιον φάγοι.
Πρὸς γὰρ τὸν ἐκ γῆς ὑπεναντίως ἔχει,

108 (93). DE IULIDIBUS [ET LEPORE].

Gignit mare iulidas;
est autem *hoc* pessimum genus piscium,
et littoralia saxa magis incolunt :
et lædere valent venatores maritimos,
quando in eos irruunt confertim.
Quum autem piscem aliquem gustarunt modo,
inhabilem eum ad edendum reddunt statim :
nam veneni ipsis plenum est os.
Et si quis talem piscem nescius comedat,
torminibus ventris laborans cibum capit,
quod etiam fit si leporem marinum edat.
Nam ad terrestrem *leporem* contrario est habitu,

καὶ γυμνὸς οὗτός ἐστι μικροῦ κοχλίας.

et hic quidem nudus est pæne ut cochlea.

ΠΕΡΙ ΠΕΡΣΕΩΣ.

Ἰχθὺς ὁ περσεὺς ἐμφερὴς ταῖς ἀνθίαις,
μᾶλλον δὲ τοῖς λάβραξι τοῖς βορωτάτοις.
Ὃς ἐκ κεφαλῆς εἰς ἐρυθρὰν γαστέρα
ζώναις χρυσαῖς ἄντικρυς ἠγλαϊσμένος
υἱὸς μυθικῶς Ἀφροδίτης ἐκρίθη.
Πλωτῶν δὲ θηρῶν δυσμενῶν κατισχύει,
ὀδοῦσι μακροῖς καὶ τομοῖς πεφραγμένος.

109 (94). DE PERSEO.

Piscis perseus similis *est* anthiis,
magis vero lupis *marinis* voracissimis.
Is a capite usque ad rubrum ventrem
cingulis plane aureis splendens
mythice pro filio Veneris habitus est.
Natatiles autem belluas infestas subigit,
dentibus longis et acutis armatus.

ΠΕΡΙ ΠΙΝΗΣ.

Τῶν ὀστρέων ἕν ἐστιν ἡ πίνη γένος,
ἡ τὰς φορητὰς παρανοιγνῦσα πτύχας
κεῖται καθ' ὑγρῶν, καὶ προβάλλει σαρκίον
ἐκ τῶν ἑαυτῆς μαλθακῶν ἐντοσθίων.
Ὅταν δὲ μαινὶς ἀπατηθεῖσα δράμοι,
καρκῖνος αὐτῇ συμβιῶν προσεγγίσας
νύττει μετ' αἰδοῦς ταῖς λαβαῖς τὸ σαρκίον·
ἡ δὲ πλέον κέχηνεν, ἡ δὲ προσνέει
καὶ τοῖς λαθοῦσι διπτύχοις ἁλίσκεται.
Ὑγρὸν δὲ ῥυὲν τῷ στομάχῳ τῆς πίνης,
εἰς ἀστραπῆς ἔλλαμψιν εὑρέθη λίθος·
κινούμενον δὲ τῇ καθειρχθείσῃ ζέσει,
εἰς μαρμαρυγὴν ὀργανοῦται μαργάρου.
Πίνη δὲ ποιεῖ καὶ τριχῶν βλάστην ξένην,
ὡς ἐξ ἀραχνῶν συμφυῶν τῶν ἐγκάτων·
ἧς ἡ φεραυγὴς καὶ χλιδῶσα λεπτότης,
ξανθοῖς πλοκάμοις ἐνδεθεῖσα παρθένων,
σπαργῶντας αὐταῖς μαστροπεύει νυμφίους.

110 (95). DE PINNA.

Ostreorum unum est genus pinna,
quæ mobiles paullum aperiens valvas
jacet in undis, et promittit carunculam
ex suis mollibus intestinis.
Quodsi mæna decepta accurrerit,
cancer pinnæ convictor adveniens
ferit modeste digitis suis carunculam ;
hinc illa magis hiat, mæna autem adnatat
et occultis valvis duplicibus capitur.
Spuma autem effusa stomacho pinnæ
ad fulguris coruscationem fit lapis :
quæ dum movetur incluso calore,
ad splendorem formatur margaritæ.
Pinna autem capillorum quoque germinationem mirabilem [facit,
quasi intestina ejus ex araneis composita essent :
cujus coruscans et delicata subtilitas,
flavis cincinnis puellarum innexa,
turgidos ipsis lenocinatur procos.

ΠΕΡΙ ΚΑΡΚΙΝΩΝ.

Ἐξοστρακωθὲν εἰς παρακμὴν τὸ στέγος
ἐξοστρακίζειν οἶδε καρκίνου φύσις.
Οἰστρούμενος γὰρ κνησμοναῖς ἀποκρύφοις
ἐκεῖνος ὀργᾷ πανταχῇ τροφῆς χάριν·
ὀγκούμενος δὲ πλησμονῇ τὴν γαστέρα,
σοφῶς ὑποσπᾷ τῆς καλύπρας τὰς δέσεις.
Τοῦ θρύμματος γοῦν ἐκπεσόντος αὐτίκα,
νοσῶν ὁ γυμνὸς, εὐπαθὴς γὰρ εὑρέθη,
μένει τροφῆς ἄγευστος εἰς πλεῖστον χρόνον.
Πηγνύμενος δὲ τῇ δορᾷ τῇ προσφάτῳ,
τροφὴν ἔχει τὴν ψάμμον ἣν εὗρε κλίνην.
Ὅταν δὲ καλῶς ὀστρακωθῇ τὸ στέγος,
εἰς πάντα χωρεῖ τὴν τροφὴν παρεκλέγων.

111. DE CANCRIS.

Ob ætatem non amplius ostreatum satis tectum
exuere novit cancri natura.
Nam acriter exactus prurigine occulta
ille cupide usquequaque discurrit alimenti causa :
tumente autem per ingurgitationem ventre,
prudenter subtrahit vincula integumenti.
Jam frustum simulatque decidit,
laborans nudus (nam omni malo patet)
a cibo abstinet per longissimum tempus.
At nova pelle indurata munitus
cibum habet eam arenam, quam habuerat pro cubili.
Denique ubi pulchre ostreatum est tectum,
ad omnia accedit pabulum inde legens.

ΠΕΡΙ ΜΥΟΣ ΘΑΛΑΣΣΙΟΥ.

Θαλάττιος μῦς προσφυὲς φέρων δόρυ
καί τινας ἐκ στόματος ἀκμὰς ὡς βέλη,

112 (96). DE MURE MARINO.

Mus marinus agnatam gerens hastam
et plures ex ore cuspides veluti tela,

χωρεῖ πρὸς ἰχθῦς, Αὐσονάρχα, δυσμάχους·
καὶ τοὺς σαγηνεύοντας αὐτὸν οὐ τρέμει,
γοργῶς διασπῶν τὰς πλοκὰς τῶν δικτύων,
καὶ μέμφεται μῦς τοὺς ἀνύδρους, ἐν σκότει
οἳ ζῶσι πικρῶς, κἂν συλῶσι τὰς ψίχας·
οὓς καὶ γαλῆ τρίζουσα, καὶ πλὰξ, καὶ βρόχος,
καὶ παγὶς ἐξέτριψε, καὶ βραχὺ στέαρ.

adoritur pisces, Ausonum rex, ferocissimos:
nec metuit sagena eum petentes,
acriter scindens nexus retium,
et contemnit mures terrestres, in tenebris
qui vivunt aspere, etiamsi micas surripiunt;
quas et felis stridens, et tabella *insidians*, et laqueus,
et decipula enecat, et paullulus adeps.

ΠΕΡΙ ΚΕΣΤΡΕΩΣ.

Κεστρεὺς δὲ λαμπρᾶς μειδιώσης αἰθρίας
ἔξεισιν εἰς τὴν χέρσον, ἀφεὶς τὴν χύσιν·
ἐπὶ δὲ τοῦ χώματος ὑπνῶν εἰς βάθος
ἂν ἐκταραχθῇ, πρὸς τὸ ῥεῖθρον αὖ τρέχει,
καὶ ζῇ καθαρὸς γηγενοῦς ὑποψίας,
φυγὰς ἐπ' αὐτὴν εἰσρυεὶς τὴν πατρίδα.

113 (97). DE MUGILE.

Mugil autem, quando serena ridet æthra,
exit in littus, relictis fluentis:
et in aggere profundum dormiens
si terrore excitatur, in flumen recurrit,
et vivit liber a metu insidiarum terrestrium,
exul in ipsam redux patriam.

[ΠΕΡΙ ΚΕΣΤΡΕΩΣ ΤΟΥ ΚΑΛΟΥΜΕΝΟΥ ΑΔΩΝΙΔΟΣ.]

[Ἰχθύς τίς ἐστι τοῦ γένους τῶν κεστρέων,
ἐθὰς νέμεσθαι ἐν πέτραις παραλίαις·
ξανθὸς μὲν ἰδεῖν καὶ μελίχροος πέλει·
Ἄδωνιν οἱ μὲν ἴδριες θαλασσίων
καλοῦσιν αὐτὸν μυθικῶς κεκραγότες,
ἄλλοι δὲ ἐξώκοιτον ἐκ τῆς αἰτίας,
ὡς μοῦνος αὐτὸς τῆς ἁλὸς βαίνων ἄπο
πρὸς χέρσον αὐτὴν ἐκτίθησι τὰς κοίτας.
Καὶ γάρ θ' ὅταν τὸ κῦμα πραϋνθῇ σάλου,
ἐν τοῖς γαληνοῖς καὶ ὑπευδίοις τόποις
τότ' οὖν ἑαυτὸν ἐξοκέλλει ἀθρόως,
τούτου τ' ἐπ' αὐτῇ τῇ ῥύμῃ ὀχούμενος,
ῥίπτει τὸ σῶμα κατὰ πέτρων εὖ μάλα·
ᾗ καὶ βαθὺν τὸν ὕπνον εὕδει ἡδέως,
πάντων ἀφροντίστως τε τῶν ἄλλων ἔχων,
ἄνευ θαλασσίων γε ὀρνίθων μόνων,
οὓς καὶ δέδοικε καὶ πέφρικεν ἐκτόπως,
εἰδὼς ὅθ' ἡ θάλασσα αὐτοὺς ἐκτρέφει
ἐκ τῶν ἑαυτῆς δαψιλῶν ἐδεσμάτων.
Τούτων τὶς αὐτῷ εἴποτ' ὀφθεὶς μακρόθεν,
εὐθύς γε πηδᾷ καὶ ἐπάλλεται δίκην
νέου χορευτοῦ ἢ κόρης ὀρχηστρίδος,
σπεύδων παρ' αὐτῶν τῶν πετρῶν ἀποδράσαι,
ὡς ἐμπεσὼν τάχιστα τοῖς κύμασί τε
σώσῃ ἑαυτὸν τῆς βορᾶς τῶν ὀρνέων.]

[114 (98). DE MUGILE DICTO ADONIDE.]

[Piscis est aliquis ex genere mugilum,
assuetus degere in saxis littoralibus;
flavus aspectu et mellei coloris est:
Adonin, qui quidem periti sunt rei marinæ,
eum appellant mythice loquentes,
alii vero Exocœtum (*extra-cubantem*) ex ipsa re:
nam solus ille e mari excedens
in terram ipsam, extra ponit cubilia.
Etenim quum fluctus sedatus est sali,
in tranquillis et apricis locis
tunc se emittit confestim,
et hujus *fluctus* impetu ipso vectus
jactat corpus in saxa commode admodum:
ubi etiam profundum somnum capit suaviter,
omniumque aliorum nulla cura tactus,
præterquam marinarum avium solarum,
quas et metuit et horret immaniter,
sciens quod mare eas enutrit
ex sui copiosis eduliis.
Harum si qua forte ipsi conspecta *est* e longinquo,
statim exsilit et exsultat instar
juvenis saltatoris aut puellæ saltatricis,
festinans ab ipsis petris aufugere,
ut delapsus celerrime in fluctus
servet se ab ingluvie avium.]

ΠΕΡΙ ΑΦΥΩΝ.

Μήτηρ ὁ πηλὸς καὶ πατὴρ ταῖς ἀφύαις,
αἳ νουνεχῶς οἰκοῦσι τοὺς κοίλους λίθους·
δεδοίκασι γὰρ τὰς φορὰς τῶν πνευμάτων.
Τούτων ἑκάστη καὶ τροφῆς πλὴν ἐτράφη,
τῆς συγγενοῦς τὸ σῶμα λιχμησαμένη.

115 (99). DE APUIS.

Mater et pater cœnum *est* apuis,
quæ prudenter habitant in cavis saxis:
metuunt enim impetus ventorum.
Harum quæque etiam sine cibo nutritur,
lingens corpus consortis suæ.

ΠΕΡΙ ΤΡΙΓΛΗΣ.

Τρίγλη δὲ νηκτόν ἐστι καὶ λίχνον φύσει.
Καὶ γὰρ φιληδεῖ τοῖς κακόσμοις ἐκτόπως
καὶ τοῖς ῥυπαροῖς ἐντρυφᾷ θνησειδίοις.
Ἅπαξ δὲ, καὶ δὶς, ἀλλὰ καὶ τρὶς ἂν κύοι.

116 (100). DE MULLO.

Mullus autem est *animal* natatile et gulosum natura.
Etenim immaniter delectatur male olentibus,
et in tetris luxuriatur morticinis.
Semel vero, et bis, at etiam ter *quotannis* pariat.

ΠΕΡΙ ΝΑΥΚΡΑΤΟΥ.

Ἐστί τις ἰχθὺς εὐτελὴς μὲν, εἰ βλέποις·
εἰ δὲ κρίνοις, κράτιστος· εἰ δὲ λαμβάνοις,
νεκρὸς Γαληνὸς εἰς γονὰς ἀποστρόφους.
Τὸν μὲν γὰρ εὐάγωγον ἐξ αὔρας δρόμον
εἴργει προελθεῖν ἐνδακὼν τὴν ὁλκάδα·
καὶ τοὺς τέως ᾄδοντας ἐκ θυμηδίας,
στυγνόν τι πενθεῖν ἐκβιάζει ναυτίλους.
Κἂν μή τις αὐτὸν καταδὺς θᾶττον τέμῃ,
ὁδοστατηθὲν οὐ δραμεῖται τὸ σκάφος.
Τὰς δὲ πρὸ καιροῦ συγκοπὰς τῶν ἐμβρύων
ἵστησι ληφθεὶς ταῖς κυούσαις εὐθέως.
Τοῦτον τὸν ἰχθὺν, Αὐσονάρχα, ναυκράτην
οἱ ναυτικοὶ καλοῦσιν ἐκ τοῦ πράγματος.

117 (101). DE REMORA.

Est piscis quidam, contemnendus, si aspicias;
at si cognoscas, validissimus; denique si *ore* sumas,
mortuus Galenus (*medicina*) ad fœtuum abortus.
Nam secundum ventis ferentibus cursum
prorsum peragere navem impedit morsu impacto;
et qui adhuc cecinerant ex animi lætitia
nautas mœstum lugere cogit.
Ac nisi quis eum urinator ocius secet,
in via statutum non curret navigium.
Sed ante tempus qui fiunt lapsus fœtuum
sistit sumpta a gravidis mulieribus illico.
Hunc piscem, rex Ausonum, remoram
vocant nautici ex ipsa re.

[ΠΕΡΙ ΠΟΡΦΥΡΑΣ.]

[Εὖτ' ἄν τις ἀνὴρ πορφυρεὺς τὴν πορφύραν
οὐκ εἰς τροφὴν δὲ θηράσῃ ἀνθρωπίνην,
ἀλλ' εἰς ἐρίων χρῶμα, εἰ μέλλει μένειν
ἡ δευσοποιὸς καὶ δυσέκνιπτος χρόα
ἀεί τε λαμπρὰ καὶ καθάρ' ἄνευ δόλου,
δέον γε μὴν λαβόντα τὸν λιναγρέτην
αὐτοῖς μὲν ὀστράκοισι θλᾷν ἐξαπίνης
λίθου βολῇ βαρείᾳ ἐν μιᾷ μόνῃ.
Ἂν γάρ τε κούφως ἡ φορὰ ἐπεισπέσῃ,
τὸ ζῷον ὥστε ἔμπνοον μένειν ἔτι,
ἀχρεῖός ἐστιν εἰς βαφὴν ἡ δευτέρα
βολὴ πετραία· καὶ γὰρ αὐτὴ τῷ πόνῳ
ἐξαφανίζει τήνδε τ' εἰς ὄγκον κρέως,
ἀναποθεῖσά γ' αὖθις ἥτ' ἄλλως τότε
καὶ ἐκρυεῖσα, εἰς ἀπώλειαν ἔβη.]

[118 (102). DE PURPURA.]

[Quum vir aliquis purpurarius purpuram
non in cibum ceperit humanum,
sed ad lanarum tincturam, si mansurus sit
constans et indelebilis color
semper splendidus et purus sine dolo,
oportet qui eam cepit piscatorem
ipsis cum testis contundere subito
lapidis uno solo ictu gravi.
Si enim leviter plaga inciderit,
ita ut animal maneat adhuc spirans,
inutilis est ad tincturam alter
ictus lapidis: etenim ipsa dolore suo
evanidam reddit hanc in massam carnis,
absorpta rursum quæ temere tunc
et effluens ad interitum abiit.]

[ΠΕΡΙ ΝΑΥΤΙΛΟΥ.]

[Τίς δ' αὖ πολύπουν, ὃν καλοῦσι ναυτίλον,
σκηπτοῦχε, βλέψας μειδιώσης αἰθρίας
ὕπερθε πόντου κοσμίως πεπλευκότα,
οἷα τριήρες πλοῖον ἠγλαϊσμένον,
οὐκ ἂν γέγηθε τῇ ξένῃ ἤδη θέᾳ;
Οὗτος γάρ ἐστι πουλύπους, κόγχην ἔχων
στρεπτὴν ἕλιξιν, οἷον ἔνδυμ' ἕννυται·
καὶ πλεῖ μὲν ἐς κάτω τἄνω στρέψας κύτους,
μή πως κλυδῶνος ὄντος, ἅλμης ἀρύσῃ,
κἀκεῖνον εὐθὺς τῆς στέγης ἀποσπάσῃ·

[119 (103). DE NAUTILO.]

[Quis vero polypum, quem vocant nautilum,
o rex, contemplatus ridente serenitate
in summo maris decenter navigantem,
velut trireme navigium splendide ornatum,
non delectatus esset jam mirabili spectaculo?
Hic enim est polypus: testam habens
tortam voluminibus, *ea* veluti veste indutus est:
et navigat quidem deorsum vertens superiora cavitatis
ne forte æstu orto salsuginem hauriat,
et *hæc* illum statim domo avellat.

ὅταν δέ γ' ἡ θάλασσα εἰρήνην ἄγῃ,
(12) θαῤῥῶν ἑαυτὸν αὖθις ὕπτιον στρέφει,
καὶ ἀσφαλῶς πλεῖ πορθμίδος τέως δίκην.
Παρεὶς γὰρ ἐντεῦθέν τε κἀκεῖθεν δύο
τῶν πλεκτανῶν, ἠρέμα τε κινεῖ τὸ σκάφος
οἷόν γ' ἐρέττων, καὶ προωθεῖ παντόθι.
Ἀλλ' εἰ τυχὸν τὸ ῥεῖθρον ὑψοῦται λίαν,
(18) ὅταν τὶ πνεῦμα τὸν βυθὸν διατρέχῃ,
ἀψ τοὺς ἐρετμοὺς ὥσπερ οἴακας δ' ἔχων,
ἑκὰς μὲν αὐτοὺς τῶν μερῶν διεξάγει,
ἄλλας δ' ἐπαίρων αὖθις ὑψοῦ πλεκτάνας,
ὧν καὶ μεταξὺ ὡς ὑμήν τις μὲν πέλει
χιτών τε λεπτὸς, ᾧτινι χρᾶται τότε,
(24) ἱστῶν κατ' ὀρθότητα οἷάπερ λέφος,
ναυτίλλεται ἥδιστα τοιόνδε τρόπον.
Ἀλλ' ἣν ἰδὼν μὲν δειματούμενος τύχῃ
τὶ τῶν ἐπαχθῶν τῆς θαλάσσης κνωδάλων,
αὐτὸς βυθίσας αὖθις ἄντλῳ τὸ σκάφος,
ἑαυτὸν ἠφάνισεν ἐν μυχοῖς ἁλὸς,
κίνδυνον ἐχθροῦ ὡς ὑπόβρυχος φύγῃ·
παραδραμόντ' ὀλέθριον δ' ὅταν νοῇ,
(32) τότ' ἀδεῶς ἄνεισι, καὶ πάλιν πλέει.
Ἐκ τῆσδε λοιπὸν, ἄνα, τῆς συγκυρίας
οἱ ναυτικοὶ καλοῦσιν αὐτὸν ναυτίλον,
ὃν ἡ φύσις ἔτευξεν ἡδονῆς χάριν.]

Quando autem mare pacem agit,
fidens se iterum supinum vertit,
et tuto tum navigat aliquamdiu scaphæ instar.
Demittens enim hinc et illinc duos
cirrorum, tranquille movet scapham
tanquam remigans, et propellit quovis.
Sed si forte fluentum elevatur nimis,
quando flatus aliquis profundum percurrit,
retrorsum remos tanquam gubernacula habens,
longius quidem eos a suis partibus deducit,
alios vero tollens rursus in altum cirros,
inter quos etiam veluti membrana aliqua est
tunicaque tenuis, qua utitur tunc,
statuens in rectum, tanquam velum,
navigat jucundissime hunc in modum.
Verum si conspectum metuere incipiat
aliquod infestorum maris animalium,
ipse demergens iterum sentina scapham,
sese abdit cito in recessus maris,
periculum ab hoste ut submersus effugiat:
prætervectum exitialem vero ubi senserit,
tum secure redit, et iterum navigat.
Ex hoc denique, rex, eventu
nautici appellant eum nautilum,
quem Natura fabricavit voluptatis gratia.]

ΘΕΟΚΡΙΤΟΣ.

ΒΙΩΝ. ΜΟΣΧΟΣ.

BUCOLICI POETÆ GRÆCI,

THEOCRITUS, BIO, MOSCHUS.

GRÆCE ET LATINE

CUM PRÆFATIONE CRITICA EDIDIT

CAROLUS FRIDERICUS AMEIS,

PHILOSOPHIÆ DOCTOR ET GYMNASII MOLHUSANI PRORECTOR.

ΣΥΝΤΟΜΟΣ ΕΚΦΡΑΣΙΣ
ΕΛΕΦΑΝΤΟΣ.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ.

Αὐτόκρατορ μέγιστε, τοῦ γένους λέον,
ὡς θερμὸς, ὡς ἄμαχος, ὡς βρυχητίας,
ὡς στεῤῥὸς, ὡς ἄγρυπνος, ὡς θηροκτόνος,
ὡς ὀξὺς, ὡς κράτιστος εἰς θήραν λόγων,
ὡς φρικτὸς, ὡς εὔτεχνος, ὡς ἀνακτόπαις,
ὡς ἐκ μόνης ὄνυχος ἀκμῆς μετρίας
τῶν σῶν ἐφ᾽ ἡμᾶς ἀρχικῶν σπουδασμάτων
τοῖς εὐστόχως κρίνουσι δεικνὺς τὴν φύσιν,
ἐκ τῆς ὑλακῆς τῶν ἐμῶν περιδρόμων
δέχου τὸν Ἐλέφαντα, καθάπερ φόρον,
ὃν εἰς λόγων θήρατρον ἐζώγρησά σοι,
κρυπτὴν ὑπελθὼν γνωστικῆς λοχμῆς τρίβον·
ὡς ἂν ἔχοις ἥδυσμα τὸν θῆρα ξένον,
τρυφῆς λογικῆς εὐπορῶν ἄτερ πόνων·
θέλω γὰρ εἶναι φιλοδέσποτος κύων,
ὁρῶν ἐπ᾽ αὐτὰς τῆς τραπέζης τὰς ψίχας.

BREVIS EXPOSITIO
DE ELEPHANTE.

AD IMPERATOREM.

Imperator maxime, humani generis leo,
quam fervidus es, quam insuperabilis, quam vocalis rugitibus,
quam strenuus manu, quam vigil, quantus ferarum occisor,
quam acer, quam præcellens in eruditione venanda, [pura!
quam terribilis, quam felix sobole, quam beatus paterna pur-
quam belle vel ex ungue ætatis adhuc parum provectæ
tuis erga nos imperatoriis studiis
cuique sagaciter judicanti monstrans naturam tuam,
ex latratu mearum plagarum
recipe hunc Elephantem, veluti tributum,
quem eruditionis cassibus tibi cepi vivum,
occultam semitam docti saltus ingressus;
ut tu obtineas tanquam bellarium hanc peregrinam feram,
voluptatem animi nactus sine labore.
Cupio enim canis esse heri sui amans,
respiciens in ipsas micas herilis mensæ.

ΕΚΦΡΑΣΙΣ.

Ζῷον τὸν ἐλέφαντα τετράπουν σκόπει,
εὐρὺ, σθεναρὸν, ἐμβριθὲς, μέλαν, μέγα,
κεκυφὸς, ὀξύφωνον, ἀμβλύ τι βλέπον,
ἰταμὸν, ἀπρόσιτον ἐξ ἐρημίας,
ἱλαρὸν, εὐάγωγον ἐκ παροικίας,
πολλῶν παρ᾽ Ἰνδοῖς δεκτικὸν μαθημάτων,
βουβαλίδος μίμημα, χερσαῖον τέρας
ἰλύσι καὶ τέλμασι καὶ λόχμαις φίλον,
καὶ τῇ δοκήσει τῆς φορᾶς παρειμένον.
Τοῦτο προελθὸν μητρικῶν ἐξ ὀργάνων
εἰκάζεται μὲν εὐτελεῖ μολοβρίῳ,
καὶ δελφακίζει κλαυθμυρίζον ὀξέως·
ὑπέρχεται δὲ τῆς λεχοῦς τὰς ὠλένας,
αἳ τοὺς ἀγωγοὺς τῆς τροφῆς ἔσχον μέσους·
ἡ δ᾽ εὐθὺς ἐξάρασα τοὺς ἐμπροσθίους
καὶ μικρὸν ὀκλάσασα τοὺς ὀπισθίους
οὐ κατὰ τὴν κάμηλον εἰς γόνυ κλίνει·
πῶς γὰρ, ἀνάρθρων τῶν μελῶν εἰργασμένων,
εἰ μὴ φυσικῶς ἀντικάμψοι τὸ σκέλος,
χαλῶσα λοξῶς εἰς τὰ νῶτα τὴν πλάτην,
ἑκατέραις ἔθρεψε θηλαῖς τὸ βρέφος;
Φασὶ γὰρ αὐτὴν οἱ σοφοὶ θηροτρόφοι
παρακρατοῦσαν τὴν γονὴν ὑπεξάγειν
ἕλους τοσούτου, κἂν δοκῇ τισι ξένον.

EXPOSITIO.

Cerne elephantem, animal quadrupes,
corpore amplo, robustum, compactum, nigrum, prægrande,
capite prono, acuta voce, visu hebete,
ferox, in saltuosa solitudine intractabile,
sed hilare ac mansuetum, si domesticum est,
multarum capax disciplinarum apud Indos,
uri silvestris simile, terrestre monstrum,
limo et palude et densis saltubus gaudens,
et quod specie sua languidum ad impetus judices.
Id simulac ex materno prodiit utero,
parvi pulli aprini similitudinem refert,
ac porcelli in morem acute vagiens grunnit:
subit autem matris ulnas,
quæ alimenti lactei canales medios sustinent.
Mater statim attollit anteriores pedes
et posterioribus paulisper subsidit,
non tamen, uti camelus, in genua recumbit.
Quomodo enim, quum ejus membra articulis careant,
nisi naturaliter crus reflecteret,
dorsum *pulli* versus oblique laxans costam,
posset ambobus uberibus nutrire pullum?
Aiunt enim periti bestiarii, se eam
retinentem secum sobolem suam educere
ex paludibus tantis, tametsi hoc nonnullis mirum videatur

Τούτῳ σίφων ἕτοιμος, εἰ θέλει θλίβειν,
οὐχ ἡ προβοσκίς ἐστιν, ἀλλὰ τὸ στόμα,
μή πως τὸ τοῦ γάλακτος ἀμβλύνῃ ζέον
ἡ πρὸς τὸν αὐλὸν ἐκδρομὴ τῶν ῥευμάτων,
μὴ καὶ τὸ πυκνὸν τῆς πνοῆς ἀντιστρέφοι
λίχνοις ἀνάγκαις πνευστιῶν τὸ σχυμνίον,
τῆς εἰσαγωγῆς ἐμφραγείσης τῶν πόρων,
ἢ τῷ διαστήματι τῶν ἔνδον δρόμων
ἡ τῆς ἀμολγῆς ἐμβραδύνοι γοργότης,
εἶργον δὲ τὴν ὄρεξιν ἢ χαῖνον μάτην
εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς δυσφορήσῃ τὸ βρέφος.
Πλὴν ἡ προβοσκὶς ἀντὶ χειρὸς εὑρέθη·
χεὶρ δὲ βρέφους κίνησιν εὐθὺς οὐκ ἔχει
πρὸς τὰς μεταξὺ τῆς τροφῆς ὑπουργίας.
Τούτῳ κεφαλὴ καὶ μέτωπα καὶ τρίχες
καὶ βλέμμα καὶ ῥίς, ἄχρι τῆς προβοσκίδος,
καὶ δέρμα καὶ τράχηλος, ἀλλὰ καὶ στόμα
σαφῆ μονιὸν ζωγραφοῦσι μακρόθεν,
ὅταν ῥεουσῶν τῶν τριχῶν ὡς ἐκ νόσου
δοκῇ σεσηρὼς τὴν δορὰν ὥσπερ γέρων,
πηλοῦ κναφευθεὶς ἐμβροχαῖς δυσεκπλύτοις.
Χαίτης γε μὴν τὸ βρέγμα καὶ λάχνης ξένον,
ὡς καὶ τὰ νῶτα μέχρι τῶν ὀπισθίων,
οἷα φαλακρὸν ἐκ πυράγρας ἀξύλου,
καὶ κωνοειδές, εἰ τὸ πᾶν σχῆμα βλέποις
καὶ ξυντετηκὸς προσφυῶς τοῖς ὀστέοις·
τὰ δ' ὦτα λεπτὰ καὶ παρατεταμένα,
καὶ καθάπερ θώρακες ἐσφαιρωμένα,
καὶ τοῖς ὁρᾶν θέλουσιν ἀνεπτυγμένα,
καὶ τὰς βάσεις ἔχοντα χονδροσυνθέτους,
καὶ συστολὴν πάσχοντα καὶ τοὐναντίον
καὶ πρὸς μάχας βλέποντι σύντονον στάσιν.
Ἆρ' οὖν ἔδει, Κράτιστε, τῶν ἄλλων μόνον
ἄοπλον εὑρεῖν προσβαλὸν τὸ θηρίον,
ὅταν ὁ καιρὸς ἀντιτάττῃ πρὸς μάχην;
οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Ἡ γὰρ εὔτεχνος φύσις
λέοντι μὲν δίδωσιν, ὡς καὶ παρδάλει,
τὰς ἐξ ὀνύχων δραστικὰς ἀντισπάσεις·
τοῦτον δὲ τὸν μέγιστον ὁπλίζει ξένως
κέρασι διττοῖς, ὡς τομοῖς ἀκοντίοις,
οἳ καὶ περισφίγγουσι τὴν προβοσκίδα
κολουροειδῶς ἐν μέσῳ κεχυμένην·
τούτων τὸ μὲν δίδωσιν, ὡς τομὸν ξίφος,
ὠθεῖν κατ' ἐχθρῶν ὁ βραβεὺς τῷ γεννάδᾳ·
τὸ δὲ σκαφεύς τίς ἐστι τὸν θῆρα τρέφων
καὶ ῥιζορύκτης καὶ σπαράκτης τῶν κλάδων.
Εἴποι τις ἂν πόρρωθεν εἰς ταῦτα βλέπων
ὀδόντας ὀξεῖς εὐτυχεῖν τὸ θηρίον,
καμπυλοειδεῖς ἀντικάμψαν ἐκτάσεις·
οὐ γὰρ φύει κρόταφος, ἀλλὰ τὸ στόμα.
Καὶ θαῦμα καινόν, πῶς ὀδοὺς κέρας μένει,
κέρατος οὐκ ὀδόντος ὄντος τοῦ ξίφους.
Σκόπει δὲ καὶ τὸ σχῆμα τῆς προβοσκίδος·
αὐλός τίς ἐστιν ἐκ δορᾶς καὶ σαρκίου

Pullo autem, si lac vult exprimere, pro siphone in prompt[u]
est, non proboscis, sed os,
ne forte lactis calorem minueret
liquoris per tibiam proboscidis decursus,
et ne crebra respiratio *ab ubere* avertat
avidæ sitis necessitate anhelantem pullum,
spiritûs per nares meatu obturato;
etiam ne tam longo intervallo intra proboscidem decurs[us]
nimis tarde et languide emulgeretur lac,
et sic reprimens aviditatem aut frustra hians
pullus statim ab initio male se haberet.
Verum proboscis ipsi pro manu data est:
atqui infantum manus non statim movendi se facultatem ha-
ad alimentorum redeuntes subministrationes. [bet]
Hujus belluæ caput et frons et pili
et oculi et nasus, præter proboscidem,
et cutis et collum, quin et os,
e longinquo intuenti prorsus apri imaginem sistit,
quando is, excidentibus ut de morbo pilis,
cum cute rugosa appareat tanquam vetulus,
luti aspergine tenaci tinctus.
Sinciput quidem est setarum et pilorum prorsus expers,
uti et dorsum usque ad nates,
...m quasi forcipe sine ligno vulsum,
...otam cernas figuram, turbinatum,
ac emaciatum ita ut ossibus pellis adhæreat.
Aures vero sunt tenues et expansæ,
et loricæ speciem *imperfecte* rotundam referentes,
expansæ et patulæ omnibus qui inspicere volunt;
habentque cartilaginosas radices,
et possunt contrahi et contra *dilatari*,
atque ad pugnam spectanti acriter arrigi.
Num vero fas fuisset, Auguste, solam hanc omnium
feram ad impetum faciendum manere inermem,
quando tempus in aciem progredi cogeret?
Non potest dici. Namque natura artifex optima
leoni quidem dedit, ut et pantheræ,
unguium vires ad discerpendum efficaces;
huic vero maximæ feræ mirabilia tribuit arma,
geminum cornu, quasi duo acuta tela,
qui *dentes* utrimque coercent proboscidem,
inter ea mediam decussatim protentam:
horum alterum, veluti acutum gladium, dedit
forti belluæ in hostes valide imprimendum Deus arbiter,
alterum *cornu* est quasi rastellum ad nutriendam belluam,
et effossor radicum et ramorum destructor.
Quodsi procul quis spectet ea cornua, dicat
feram acutis dentibus instructam esse,
reduncas eminentias recurvantem.
Namque non in fronte, sed ex ore nascuntur;
idque novum miraculum est, quomodo dens maneat cornu,
quum gladius ille sit cornu, non dens.
Porro specta formam proboscidis:
est ea tubus ex pelle et carne

καὶ σφαιρομόρφου ξυμβολῆς εἰργασμένος,
χόνδρον μαλαχθὲν εἰς τομὰς κεκλασμένας,
νεῦρον χαλασθὲν εἰς πλοκὰς ἀγχιστρόφους.
Ἑρπυστικὸς δὲ καὶ προμήκης ἐκθέων
εἰς πᾶσαν ἁπλῶς φυσικὴν ὑπουργίαν,
στενοῖ τὸν ὁλκὸν καὶ πλατύνει τὸ στόμα,
καὶ τὴν ἐδωδὴν ἐμβιβάζει ταῖς γνάθοις,
καὶ πρὸς τὸ παχὺ τὴν ὀπὴν διευρύνει,
καὶ πρὸς τὸ λεπτὸν τὴν λαβὴν συνεισάγει,
καὶ συστολὰς τίθησι καὶ παρεκτάσεις
πρὸς τὰς ἐν ὄγκοις καὶ βραχύτησι σχέσεις.
Πόδες δὲ τούτῳ θαῦμα καὶ σαφὲς τέρας,
οὓς, οὐ καθάπερ τἄλλα τῶν ζῴων γένη,
εἴωθε κινεῖν ἐξ ἀνάρθρων κλασμάτων·
καὶ γὰρ στιβαροῖς συντεθέντες ὀστέοις
καὶ τῇ πλαδαρᾷ τῶν σφυρῶν καταστάσει
καὶ τῇ πρὸς ἄρθρα τῶν σκελῶν ὑποκρίσει,
νῦν εἰς τόνους ἄγουσι, νῦν εἰς ὑφέσεις
τὰς παντοδαπὰς ἐκδρομὰς τοῦ θηρίου.
Πλὴν ἀλλὰ καθ' ἕκαστον αὐτῶν ἡ φύσις
ὡς ὑπὸ κύκλῳ τῆς ὁπλῆς τῷ χωρίῳ
τριγωνοειδεῖς πέντε δακτύλους φύει,
οἳ μακρὰς οὐκ ἔχουσι τὰς ἀποστάσεις·
ἢ γὰρ ἂν ἔπλει νηκτικῶς καὶ συντόνως
ὁ θὴρ ποταμοῖς καὶ βυθοῖς ἐντυγχάνων·
τέως δὲ τοὺς ὄνυχας ἐν τούτοις φέρει
ὥσπερ λεπίδας ὀστρακώδεις ἰχθύων.
Βραχυτέρους ὄντας δὲ τῶν ὀπισθίων
ἀναμφιλέκτως οἶδα τοὺς ἐμπροσθίους.
Τούτοις ἐλέφας ἐνταθεὶς ὥσπερ στύλοις
ὀρθοστάδην ἄκαμπτος ὑπνώττων μένει.
Διπλῆς δέ φασιν εὐπορῆσαι καρδίας·
καὶ τῇ μὲν εἶναι θυμικὸν τὸ θηρίον
εἰς ἀκρατῆ κίνησιν ἠρεθισμένον·
τῇ δὲ προσηνὲς καὶ θρασύτητος ξένον,
καὶ πῇ μὲν αὐτῶν ἀκροᾶσθαι τῶν λόγων,
οὓς ἄν τις Ἰνδὸς εὖ τιθασεύων λέγοι,
πῇ δὲ πρὸς αὐτοὺς τοὺς νομεῖς ἐπιτρέχειν
εἰς τὰς παλαιὰς ἐκτραπὲν κακουργίας.
Τούτῳ φίλη τράπεζα πᾶς ἕλους τόπος,
ἔνθα κλάδους φοίνικος ἐσθίειν ἔχει,
καὶ σχῖνον ἢ δρῦν ἢ φυτῶν ἄλλων κόμας,
ἢ κιττὸν, ἢ πέτηλον, ἢ ζῶσαν χλόην,
ἢ ῥίζαν, ἢ λάχανον, ἢ βλάστην βάτων.
Ἄρτι δὲ καὶ σταφίδες ἡμερουμένῳ
κριθῆς τε χυλὸς καὶ παρὸν χύδην μέλι
καὶ μῆλα καὶ κρόμμυα καὶ γλυκὺς πέπων
εὐωχίας ἔχουσι τῷ κτήνει χρίσιν.
Ὕδωρ δὲ πίνει συγχυθὲν πρὶν ἂν πίνοι·
τὸ γὰρ διειδὲς ἀκριβῶς διαπτύει.
Οἴνου δὲ τὸν τοσοῦτον εὐφραίνει κύλιξ,
ὃν ὁ τρυγητὴρ ἐκκενοῖ τῶν βοτρύων.
Ὀρεκτιῶν δὲ καὶ σφαδάζων εἰς μάχην
τὸν ἀπὸ λωτοῦ καὶ τὸν ἀπὸ φοινίκων

et circuliformi coagmentatione fictus;
cartilago mollita in fractas sectiones (*annulos*),
nervus laxatus in celeriter versatiles flexus.
Tortuose autem sinuatus et prælongus exsertus
ad omne omnino ministerium, quod natura requirit,
fauces claudit, et os dilatat,
et cibum in maxillas infert,
et ad crassa foramen suum ample patefacit,
vicissim ad tenuia manubrium suum in angustum contrahit,
facitque contractiones et extensiones
ad varios usus sive amplarum sive exilium rerum.
Pedes ejus sunt miraculum et prodigium manifestum,
quippe quos contra morem ceterorum animantium
sine articulatis verticulis movere solet:
namque compositi e crassis solidisque ossibus
et succulenta malleorum substantia
et cruribus articulorum indolem simulantibus,
dum se mox intendunt, mox nervos remittunt,
efficiunt varios feræ gressus et cursus.
Verumtamen in pede unoquoque Natura,
velut sub circulo, in ungulæ loco
profert quinos digitos triangulares,
qui non magna habent invicem intervalla:
alias valido natatu remigare posset
fera, quum incidit in flumina et profunda loca.
Interim in illis *digitis* gerit ungüiculos
testaceis piscium squamis non dissimiles.
Anteriores vero pedes posterioribus
certo scio esse breviores.
His velut columnis firmiter insistens elephas
erecto corpore non inclinatus manet dormiens.
Aiunt gemino corde præditam esse belluam:
atque altero esse iracundam,
ad impotentem animi motum concitatam;
altero placidam esse et a ferocia alienam;
atque alias ipsis vocibus obedire,
quas Indus bene tractans et mulcens eloquatur;
alias vero in ipsos rectores suos impetum facere,
ad vetera maleficia conversam.
Huic grata mensa est quivis palustris locus,
ubi comedere potest palmarum ramos
et lentiscum et quernas aliarumve arborum frondes,
aut hederam, aut folia lata, aut viride gramen,
aut radicem, aut olera, aut ruborum fruticem.
Jam vero mansuefacto etiam uvæ
et hordei succus et præsens copia mellis
et poma et cepæ et dulcis pepo
habentur pecori in deliciis pastûs.
Aquam autem bibit, sed antequam bibat, turbatam:
namque pellucidam penitus respuit.
Etiam poculo vini exhilaratur tanta bestia,
quod vindemiator ex uvis expresserit.
Quum vero ea prurit in pugnam pedibusque jam tumultuatur,
vinum ex loto aut ex palmis

καὶ τῆς ὀρύζης ἐκροφεῖ τῆς ἀγρίας,
ὡς ἂν ὁ θυμὸς ἀκρατῶς ὑποζέων
ἀντιστατικῶς καρδιώττειν ὀτρύνῃ.
Καὶ γὰρ τὸ θερμὸν φυσικῶς ἧττον φέρει
τῶν ἀκροθέρμων εἰς ῥοπὰς ἐναντίας
ὁ θὴρ ὁ μακρὰν εὐτυχῶν ἴσως ῥῖνα.
Καὶ πάλιν ὡς ἂν εὐδρομῇ πρὸς τὴν νίκην,
ἡ κέρκος αὐτὸν μαστιγοῖ πρὸ τῆς μάχης,
ὡς ἰσχίον λέοντος ἀλκαίας τόνος,
ἡ δὲ προβοσκὶς καὶ πρὸ τῆς κέρκου θλίβει.
Καὶ σῦς γὰρ οὐκ ἂν εἰς τὸν ἔχθιστον δράμοι,
πρὶν τοὺς ὀδόντας ὑποθῆξαι τοῖς λίθοις.
Πήχεις δὲ μήκους τοῦτον αὐχεῖν ἐννέα
λέγουσιν οἱ κρίνοντες ὀρθῶς τὰς φύσεις,
καὶ πέντε, μετρεῖν εἴπερ εὖ εὖρος θέλεις.
Ἀλλὰ τοσοῦτον εὑρεθὲν τὸ θηρίον
Ἔρως ὁ δεινὸς ἀκρατῶς ὑποφλέγων
πρηστῆρα ποιεῖ τοῖς φυτοῖς κερασφόρον,
καὶ γίνεται πῦρ ἐμπεσὼν τοῖς ἀψύχοις
ὁ πρὶν γαληνὸς ἐξ ἐθῶν χειροτρόφων.
Μόνους δὲ τοὺς φοίνικας αἰδεῖται βλέπων·
φιλεῖ γὰρ ὡς ἔρωτος αὐτοὺς ἐργάτας
καὶ δημιουργοὺς τῆς τροφῆς τῶν ἀκρίδων.
Οὕτω κυρίττων καὶ σφριγῶν πρὸς τὸν γάμον
κλῶνας καθαιρεῖ καὶ πλοκὰς λόχμης λύει
καὶ τὴν περισπούδαστον ἐκζητεῖ δρόσον,
τὴν ὑποκυμαίνουσαν ὠδίνων ζέσιν.
Καινὸν γὰρ οὐδὲν, ἐκνικᾶσθαι πρὸς γάμον
τὸν ἀπὸ γάμου καὶ σπορᾶς παρηγμένον.
Πῦρ δὲ πτοεῖται καὶ κριὸν κερασφόρον,
καὶ τῶν μονιῶν τὴν βοὴν τὴν ἀθρόαν·
ἀσπάζεται δὲ τὴν χλιδὴν τῶν ἀνθέων,
καὶ θέλγεται μὲν ταῖς λιβάσι τῶν μύρων,
ὥσπερ τις ἁβρὸς εἰς τρυφὰς πολυτρόπους.
Λουτρὸν δὲ ποιεῖ τὴν σκιὰν καὶ τὴν δρόσον,
ὅταν τις ἀκτὶς ἐξ ὀπῆς ὑποδράμοι·
λυπεῖ γὰρ αὐτὸν ὁ κρυμὸς τῆς ἑσπέρας.
Αὖθις δὲ τοῦ θάλποντος ἐνστάντος θέρους,
τὸ σῶμα πηλῷ δαψιλεῖ περιχρίει,
καὶ ψυχαγωγῷ τὴν δορὰν σαίνει κρύει,
τὴν ἡλιακὴν ἀντικλῶν οὕτω φλόγα.
Ἐρᾶν δέ φασιν ἐγκρατῶς τὸ θηρίον
ὥρας γυναικὸς συμβιοῦν εἰθισμένον·
εὐθὺς γὰρ αὐτὴν μαστροπεύειν τῇ σχέσει,
καὶ καθάπερ λαβίδι τῇ προβοσκίδι
σοφῶς διασπᾶν τοῦ προσώπου τὴν χνόην
καὶ τὰς ῥυτίδας ἀσφαλῶς ἀποξέειν,
καὶ κάλλος αὐτῇ φυσικὸν μετεγγράφειν,
ὡς τεχνίτης σκάριφον εἰ θέλει γράφειν.
Διδάσκεται δὲ καὶ γραφὰς ταύτῃ γράφειν,
ὡς γραμματεύς τις εὐφυὴς τῷ καλάμῳ,
δεικνύντος Ἰνδοῦ τὰς πλοκὰς τῷ δακτύλῳ,
ὡς ἂν τάχα γράφοι τις ἐκ μελανδόχης.
Αὐλοῖς δὲ καὶ σύριγξι καὶ χειρῶν κρότοις

aut ex agresti oryza paratum exsorbet,
uti æstus animi validissime effervescens
ad virtutis sensum et ad fortiter resistendum exstimulet.
Namque naturaliter possidet minus fervoris,
quam iracundissimæ *feræ*, ad hostiles impetus
hæc fera, fortasse quia prolixissimo naso prædita.
Porro, ut ad victoriam appetendam excurrat,
cauda eam verberat ante pugnam,
sicuti caudæ flagrum leonis lumbos *stimulat*:
proboscis autem jam ante, quam cauda, eam urget.
Etenim vel aper in feram inimicissimam non facile irruet,
nisi prius dentes ad lapides acuerit.
Eam longitudine gaudere novem cubitorum
dicunt qui de natura animalium recte judicant,
et latitudine quinque cubitorum, si quis recte eam emetiatur.
At tam grandem belluam
amoris furor impotenter urit atque
efficit ut procella cornuta fiat arboribus;
fitque ignis, quando incidit inanimatis,
quæ antea moribus mansuetis fuerat placida.
Solas palmas reveretur, quum aspicit:
amat enim eas, ut amoris sui fomitem
et ut parentes surculorum, quibus vescitur.
Ita petulcus et ad coitum pruriens
tollit ramos et densitatem silvæ discutit,
et anquirit illum summo studio appetendum rorem,
interno ardore æstuans.
Neque enim mirum est, appetitione conjunctionis eum superari,
qui ipse ex coitu et satione sit ortus.
Ignis flammam vero reformidat et cornigerum arietem,
ac grunnitum aprorum frequentem;
appetit vero florum amœnitatem
et oblectatur liquoribus odoriferis,
quasi lautus aliquis homo variarum appetens deliciarum.
Balneum autem sibi parat opacum locum et rorem,
si tamen radii solares per ramorum spatia penetrare possint;
quippe vespertinum frigus eum offendit.
Vicissim quum æstatis calor imminet
corpus suum largo limo oblinit,
et cutem mulcet delectabili frigore,
ita flagrantis solis ardorem retundens.
Aiunt autem hanc feram valide amare
mulierem formosam, cum ea convivere solitum:
statim enim habitu corporis omni ei lenocinari,
et proboscide sua velut volsella
dextre abstergere a facie lanuginem
et rugas penitus expolire,
et nativam pulchritudinem in ea rursus pingere,
sicut artifex si delineationem vult adumbrare.
Eadem proboscide docetur etiam pingere literas,
non aliter ac scriba peritus calamo,
dum Indus ei ductus literarum digito monstrat,
quasi fere quis ex atramentario scriberet.
Porro ad tibias et fistulas et manuum plausus

καὶ πᾶσιν ἁπλῶς τῶν μελῶν τοῖς ὀργάνοις
ὁ θὴρ, καταστὰς εὐμαθὴς χοροστάτῃ,
ἅττει πρὸς εἱρμὸν ἐμβολῆς ἀγχιστρόφου,
καὶ πρὸς τὰς ᾠδὰς ἀντιβάλλει τὰ σκέλη,
καὶ σχηματίζει τὰς ῥοπὰς πρὸς τοὺς τόνους,
ὀρχηστρίδος λύγισμα δεικνὺς τὴν βάσιν·
καὶ πῇ μὲν ὁρμᾷ καὶ προβαίνει μετρίως,
τοῦ κιθαρῳδοῦ ταῖς λαβαῖς τῶν δακτύλων
τὸ γοργὸν ἀμβλύνοντος εὐρύθμως μέλος·
πῇ δ' εὐθὺς ἠχήσαντος ἐκ τοῦ συντόνου,
σφριγᾷ πρὸς ὀξὺν εὐπετεῖ ῥύμῃ δρόμον,
καὶ καθάπερ μάστιξιν ἠρεθισμένος
ὀκλὰξ περικλᾷ καὶ προβάλλει τοὺς πόδας
καὶ πρὸς τὸ παρὸν εὐδρομεῖ τῶν ᾀσμάτων,
καινόν τι ποιῶν ἐξ ἀνάρθρων ὀργάνων.
Τοῦτο προσηνὲς εὑρεθὲν τὸ θηρίον
ὅταν προληφθῇ καὶ μαλαχθῇ σκυμνίον
καὶ σωφρονισταῖς ἐκδοθῇ διδασκάλοις,
καὶ πρὸς τὰς ἀφὰς μετριάζειν εὖ μάθοι,
τῆς ἀντιτέχνου φλεγμονῆς κενουμένης,
κἂν μαστιγοῦν θέλῃ τις, εὐψύχως φέρει,
καὶ γίνεται παῖς σωφρονεῖν πεπεισμένος
τοῦ μυσταγωγοῦ τῷ θυμῷ καὶ τῷ ξύλῳ.
Σόλων μὲν οὖν δίδωσιν ἀνθρώποις νόμους
καὶ παιδαγωγῶν εὐγενίζει τὸν βίον,
καὶ ῥυθμὸν ἐντίθησι τῇ φύσει ξένον·
ὅταν δὲ τοῖς γέρουσι πατράσι γράφῃ
τιμὰς παρ' αὐτῶν καὶ τροφὰς τῶν φιλτάτων,
πολλοὺς ἀνιῶν εἰς κενὸν κράζει κτύπον·
μόλις γὰρ ἄν τις τοὺς τροφεῖς ἀντιτρέφοι,
τοὺς τῶν πελαργῶν εὐλαβούμενος νόμους,
οὓς ἀγράφῳ τίθησιν ἡ φύσις κρίσει·
ὁ θὴρ δὲ κοινῇ τοῦ γένους τοὺς πρεσβύτας
οἶδε πρὸ τοῦ Σόλωνός ἀρρήτως τρέφειν.
Ἤδη δὲ καὶ κάμνοντας ἐν μάχαις βλέπων,
ἐξὸν παρελθεῖν τοὺς διώκτας μακρόθεν,
τέως μὲν, ὡς δύναμις, ἀναλαμβάνει,
γοργῶς τὰς αὐτῶν ἐκδρομὰς ἀνατρέπων
καὶ τὰς μετάρσεις τῶν βελῶν καὶ τοὺς κύνας
καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς ἀντανείργων ὁπλίτας·
ὅταν δ' ἐπιστῇ τῆς τελευτῆς ὁ χρόνος,
κοινοῦ τέλους ἄμυναν ὁ ξένος φέρει.
Νῦν οὖν, Βασιλεῦ, δεξιῶν ἔργων φύσις,
ξένης μάχης ἄκουσον, ὡς ἔχει, τρόπον.
Ἔχθιστός ἐστιν ὁ δράκων τῷ θηρίῳ·
δράκων δ' ἐν Ἰνδοῖς θαῦμα· τίς γὰρ ἡ δράκων
ὀξὺς, πονηρὸς, ἐμβριθὴς, γλίσχρος, μέγας,
φθορεὺς, ἰταμὸς, ἀνθρακῶδες ἐμβλέπων,
ψυχρὸς, πλαδαρὸς, ἐνδακεῖν ἠπειγμένος,
ἕρπων, συρίττων, ἐξεμῶν, ἀντιπνέων,
καὶ τοῖς ἑλιγμοῖς ὡς πτεροῖς ἐπιτρέχων;
Οὗτος τὸν ἐλέφαντα μακρόθεν βλέπων
ἐπὶ τρύγην ἥκοντα λεπτῶν ἀκρίδων,
πυκνοῖς καλυφθεὶς ἐξεπίτηδες κλάδοις

et ad quævis omnino musices instrumenta,
hæc fera, magistro chori docilem se præbens,
exsilit ad seriem emboles versatilis,
et ad cantilenas apte crura agitat,
et motus suos figurat ad numeros modosque,
gressus suos saltatricis alicujus flexibus ostendens conformes:
mox enim incedit ac progreditur moderate,
dum citharista digitorum pulsibus
concinne reprimit concitatos modos:
mox, si musicus sonum edit intensiorem,
prurit ad concitum cursum impetu levi faciendum,
et, quasi flagris compelleretur,
geniculans inflectit projicitque pedes
et ad præsentes carminis modos dextre ambulat,
novum quid et mirandum faciens per membra sine articulis.
Placidum esse solet hoc animal,
si tenera adhuc ætate sit exceptum et mitificatum
et magistris castigantibus commissum,
æquo animo ferre didicerit contrectationes,
arti adversario ardore ablato,
vel verbera et flagra si quis infligere vult, fert patienter:
atque tanquam puer fit sapienter ac sobrie vivere doctus
præceptoris sui animis et baculo.
Solon quidem hominibus dat leges et mores,
et vitam moderatus ad honestatem componit,
novamque concinnitatem indit naturæ:
quum autem senio confectis parentibus sancit
nutrimenta et honores ab ipsis carissimis offerendos,
tum multos offendit et surdas aures verberat.
Vix enim quisquam suos nutritores vicissim nutrire cupit,
ductus verecundia legum, quas inter ciconias,
natura sine scripta sententia fixit *de amore in parentes*.
Ista autem bellua generis sui senes communiter
vel ante Solonem norat, mirum dictu, alere.
Jam quum videt eos in pugna sauciatos,
quamvis liceret venatores persequentes e longinquo prætergredi,
aliquamdiu tamen pro viribus *illos* reficit,
persequentium insultus mascule repellens
et telorum jactus et canes
et iis junctos armatos excipiens et arcens:
quando vero mortis tempus affuerit, *mortuo*
etiam alienus justa funebria, communi naturæ debita, persolvit.
Nunc, o Rex, dextrè factorum auctor,
accipe mirabilis certaminis, ut sese habeat, modum.
Serpens est isti belluæ inimicissimus: [præter serpentem
est vero serpens in Indis portentum: quæ enim alia bestia
simul celeris, maligna, torva, lubrica, grandis,
vastatrix, audax, fulgurantibus oculis,
frigida, humida, morsibus inferendis prompta,
repens, sibilans, evomens, afflans,
et suis flexibus tanquam alis irruens?
Hic, procul conspecto elephante,
qui ad vindemiam tenuium surculorum accedit,
densis ramis de industria absconditus,

χεῖται κατ' αὐτοῦ προσβαλόντος ἀθρόον,
καὶ τὰς μὲν ὄψεις ἀσφαλῶς ἀποθλίβει,
ὥσπερ τομὸν τέρετρον ὠθῶν τὸ στόμα·
οἰκτρὸν δὲ λοιπὸν εὑρεθέντα τὸν μέγαν,
καὶ πρὸς μάχην ἄτολμον ἐξ ἀβλεψίας,
σφαιρῶν τὸν ὁλκὸν ἐγκρατῶς ἀποπνίγει.
Τούτους, Βασιλεῦ, τοὺς καλοὺς θῆρας λόγος
θεσμοῖς φυσικοῖς τακτικῶς ἠθροισμένους
τηρεῖν ἀκραιφνῆ τὴν φιλάλληλον σχέσιν·
καὶ γὰρ νέοι γέροντας αἰδοῦνται βλέπειν,
καὶ συλλυποῦνται δυσπραγοῦσι τοῖς φίλοις,
εἰς ἀφρόνων ἔλεγχον ἀνθρώπων φίλων
τὸ κοινὸν εἰσφέροντες, ὡς ἅλας, τρύφος,
καὶ τοῖς ἐν ἀκμῇ συμμαχοῦσιν ἐκθύμως,
Ἰνδῶν ἐπ' αὐτοὺς δυσμενῶν πεφραγμένων
σάλπιγξι, πυρσοῖς, φασγάνοις, ἀκοντίοις,
καὶ τοῖς μεταξὺ μορμολύττουσι ψόφοις.
Ἐστὶ δ' ὅτε θνήσκουσιν ἀλλήλων χάριν,
καὶ μᾶλλον αὐτῶν τῆς γονῆς τῶν σκυμνίων.
Ὅταν δὲ τὴν σύρρηξιν ὁ χρόνος λύσῃ
καὶ τὰς παρ' ἀμφοῖν τῆς κονίστρας ἐνστάσεις,
σκοποῦσι τοὺς κάμνοντας ἐκ τῶν τραυμάτων,
καὶ πᾶν μὲν ἐξαίρουσι τῇ προβοσκίδι
βέλος πεπηγὸς εἰς μυχοὺς ἀποκρύφους.
Ὡς ἂν δὲ μηδεὶς φλεγμονῆς ὄγκος πάλιν
εἰς ὑποθέρμους ἐκτροπὰς ἀντισπάσῃ,
τὴν πικρὰν ἐγχέαντες ἀλόης δρόσον,
παρῆκαν αὐτοὺς εὐδρομεῖν ἀκινδύνως.
Τούτοις δὲ πᾶσαν ἡμερουμένοις νόσον
οἶνος μέλας ἔλυσεν ἀνθ' Ἱπποκράτους.
Ὦ τίς Γαληνὸς ἢ Γαληνοῦ βιβλίον
τούτους διδάσκει φαρμακεύειν τὰς νόσους;
πόθεν δὲ θηρσὶν ἡ σοφὴ χειρουργία
καὶ τὸ κρίνειν δύναμιν ἁπλοῦ φαρμάκου;
τίνας δὲ τέχνας ἀκριβοῦντες εὐστόχως
αἱμορραγούσας ἐμπεδοῦσι τὰς φλέβας;
Οὗτοι ποταμὸν ἐκπερᾶν ἠπειγμένοι
πτύσσουσι τοῖς κέρασι τὴν προβοσκίδα,
μήπως τὸ ῥεῖθρον εἰσρύῃ τοῖς ἐγκάτοις
καὶ συμποδισθῇ τὸ σφυρήλατον σκάφος
ὑγροῖς χαλασθὲν δυστυχῶς ἐφολκίοις.
Ὑπανέχειν δέ φασιν αὐτῇ τοὺς τόκους,
ἀγωνιῶντας πρὸς τὸ ῥεῦμα τοῦ πόρου.
Ὅταν δέ τις ὄρυγμα βοθρεύσας μέγα
τούτους νομίζῃ συμπεσόντας ἀσκόπως
καὶ προστριβέντας ἐν βραχεῖ συλλαμβάνειν,
ὠθοῦσι τὸν μέγιστον αὐτῶν εἰς μέσον,
καὶ καθάπερ γεφύραν εὐτυχηκότες
τὸ δυσχερὲς φεύγουσι τῆς ῥύμης βάθος.
Τὸ γὰρ χεχηνὸς τοῦ κενοῦ πληρούμενον
ἤγαγεν αὐτοὺς εἰς τὸ τῆς ὄχθης πέραν,
βάδην πατοῦντας ἐξ ἀνάγκης τὸν φίλον.
Καί τις προτείνας τὸν βαρύσφυρον πόδα
παρῆκεν αὐτῷ συμβαλεῖν εὖ τὴν ῥίνα·

subito contra illum accedentem effunditur,
ac *primum belluæ* oculos prorsus elidit,
dum os suum veluti acutam terebram intrudit;
tum quando grandis bestia miserabiliter afflicta
et præ cæcitate ad pugnam timida reddita est,
eam spiris suis implicans valide præfocat.
Has egregias belluas, o Rex, fama est
naturalibus legibus ordine constituto in unum collectas
illibatum servare humanitatis amorisque mutui sensum
Etenim juvenes reverentur vetulorum conspectum,
et cum amicis infortunio affectis dolent,
ad pudorem hominum sine benevolentia amicitiam simulantium
communem offam afferentes, quasi salem;
et una prœlium ineunt animose cum gregalibus robustis,
quum inimici Indi in eos invadunt
tubis, facibus, ensibus, hastis,
et terriculamentorum vario strepitu.
Interdum quoque unus pro altero mortem oppetit,
ac potissimum pro sua sobole pullorum.
Quando vero tandem desiit conflictus
et utrorumque in arena contrarius nisus,
spectant eos qui vulneribus laborant,
et omne telum proboscide extrahunt,
quod in penetralibus corporis hæret.
Ne vero tumor inflammationis postea
in calida puris diverticula abeat,
infundunt amarum aloæ succum, ac
tum eos sinunt periculo liberatos abire.
Iisdem vero jam mansuefactis omnem morbum
solvit vinum nigrum loco Hippocratis.
At quis Galenus aut Galeni liber
hos docet mederi suis morbis?
unde feræ consecutæ sunt illam sapientem chirurgiam,
et illam facultatem dignoscendi simplicia medicamenta?
quas illi artes tam sagaciter excoluerunt,
ut obligare norint venas sauciatas?
Iidem, quum transfretare fluvium contendunt,
cornibus suis comprimunt proboscidem
ne scilicet aqua perfluat in ventrem
et impediatur malleolo ducta cymba
humido onere infeliciter distenta.
Eadem proboscide eum sustinere dicunt pullos suos
undam fluvii transeundi perhorrescentes.
Quum vero venator ampla fovea depressa
se credit eos inconsiderate illapsos
et lapsu læsos brevi comprehensurum,
illi gregalem corporis mole maximum in mediam *foveam*
atque ita velut pontem nacti [detrudunt,
inimicam profunditatem viæ effugiunt.
Nam hiatus vacui specus ita repletus
eos in marginem alterum foveæ perducit,
necessitate coactos sodalem suum pedibus calcare.
Posthac unus eorum protendit capto ponderosum pedem
et permittit ut ei dextre implicet proboscidem:

ἄλλοι δὲ πλεῖστα συγκομίσαντες ξύλα
ῥίπτουσιν αὐτῷ δραστικῶς πρὸς τοὺς πόδας·
καὶ κατὰ μικρὸν τοῦ βάθους ᾠδηκότος
καὶ τῆς ξένης κλίμακος ἐξειργασμένης,
ὀξυδρόμως ἔξεισι πρὸς τοὺς συννόμους,
σωθεὶς ὁ σωτὴρ ὑπὸ τῶν σεσωσμένων.
Ἄξιον οὖν καὶ τοῦτο θαυμάσαντά σε
μηδὲν παρελθεῖν τοῦ προσήκοντος λόγου·
καὶ γάρ τινος βάλλοντος αὐτὸν τοξότου,
καὶ τῷ στοχασμῷ συγκινοῦντος τὸν τόνον,
αὐτὸς θεωρῶν τὰς βολὰς ἀντιστρέφει
καὶ πήγνυσι τὸ σῶμα δίκην ἀσπίδος
ἐν τῇ συνάρσει τῶν μελῶν ἐσφιγμένον.
Ἀλλ' ὦ δικαστὰ τῶν σοφῶν πάντων λόγων,
καὶ νοῦ καθαρὲ, τῶν ψυχῶν ἐπιστάτα,
καὶ τῶν ἐπὶ γῆς δυσμενῶν ἀντιστάτα,
καὶ τῶν παρ' ἡμῖν εἰσφορῶν ζυγοστάτα,
καὶ τῆς φυσικῆς μουσικῆς χοροστάτα,
καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς φύσεως πρωτοστάτα,
καὶ φῶς ἐναργῶς ἐξελέγχον τὰς φύσεις,
καὶ πῦρ δαπανῶν τῆς ψυχῆς μου τοὺς πόνους,
ὦ γλυκύτης ἄρρητε καὶ θυμηδία,
καὶ τερπνότης ἄφραστε καὶ κραταργία
νικῶσα καὶ κρύπτουσα πᾶν λόγου σθένος,
ὦ πάντα κινοῦν εἰς θεοῦ δόξαν στόμα
καὶ γλῶσσα λαμπρὰ καὶ θεόφθογγε φράσις,
καὶ σῶμα καινῶν δεκτικὸν χαρισμάτων,
καὶ πνεῦμα κοινὸν εἰς πνοῆς λειτουργίαν,
ὦ κόσμε τῆς γῆς, τῆς φυλῆς, τῆς ἀξίας,
τῆς πορφυρίδος, τῆς γονῆς, τῆς ἑστίας,
τῆς τοῦ στέφους χάριτος, ὡς καὶ τοῦ θρόνου,
τῆς τοῦ βίου πλάστιγγος, ὡς καὶ τοῦ τρόπου,
τῆς τοῦ λόγου σάλπιγγος, ὡς καὶ τοῦ κράτους,
σοῦ πάντες ἁπλῶς ἀγνοοῦμεν τὴν φύσιν·
τὸ γὰρ ἀκατάληπτόν ἐστί σοι φύσις
θεοῦντι μικροῦ τὴν κατ' ἄνθρωπον φύσιν.
Πῶς δ' ἂν βλέπειν γένοιτο κανθάρων γένει
τὸν αἰγυπιὸν, τὸν φρικώδη, τὸν μέγαν;
τί δ' ἂν ψοφεῖν δύναιντο καὶ πιθηκίδες,
ὅταν βρυχηθμῶν ἐξερεύγηται κτύπους
λέων ἐπ' αὐτὰς ἐκδραμὼν τῆς παστάδος;
ἢ μαινίδων ὅμιλος, εἰ κῆτος βλέπει
τέμνον τὸ ῥεῦμα τοῖς πτεροῖς τοῖς ἐνδρόσοις;
Ὁ φιλοπαίστης ψαλμικῶς ἕρπει δράκων.
Σὺ μετριάζων εὐμενῶς πάντας βλέπεις·
καὶ γίνεται τὸ βλέμμα τοῖς κακουμένοις
σαφὴς γλυκασμὸς καὶ θεόβλυστος δρόσος.
Ὅταν δὲ καὶ τὴν χεῖρα κινῇς ὀξέως
καὶ τὰς ἐν ἡμῖν συμφορὰς ἀνατρέπῃς
ἐκ τῆς ἐρυθρᾶς τῶν γραφῶν πανοπλίας,
ἐνταῦθα πολλοὺς τοὺς δορυκτήτους ἄγεις·
ὥστε πρόδηλόν ἐστι, κἂν μηδεὶς λέγοι,
κράξει δὲ πάντως, εἰ θελήσει, καὶ λίθος,
ὡς σὺ καθαρῶς πᾶσαν ἐκνικᾷς φύσιν.

ceteri congesta ligna plurima
alacriter dejiciunt sub pedes ejus :
ita paullatim specu expleto
et mirabili scala perfecta,
ille velociter exit ad gregales suos,
servator servatus ab iis, quos servaverat.
Etiam hoc dignum est quod mireris
nihil prætereundo sermonis ad rem pertinentis :
scilicet quum sagittarius in elephantem jaculatur
et, dum collineat, nervum movet,
ille prævidens sagittæ jactum, reflectit se
et corpus suum, veluti clypeum, objicit
firmiter collectis membris constrictum et compressum.
Sed tu, quorumque doctorum sermonum judex,
et pura mens, et animorum curator,
et inimicorum nostrorum in terra repulsor,
et nostrorum tributorum arbiter,
et naturalis musicæ præsultor,
et humanæ naturæ antesignane,
et lumen, quo ingenia omnia manifeste arguuntur,
et ignis, quo animi mei ærumnæ consumuntur,
o inenarrabilis dulcedo et suavitas,
o consummatissima hilaritas et potentia,
qua omnis vis orationis vincitur et debilitatur,
o sacrum os omnia movens ad Dei gloriam,
o splendidissima lingua et Deum sonans loquela.
o corpus mirificorum Dei munerum capax,
o spiritus communis ad vitam administrandam,
o ornamentum terræ, nationis, dignitatis,
purpuræ, sobolis, foci,
clementissimæ coronæ, ut et throni,
regulæ communis vitæ, ut et morum,
grandisonæ eloquentiæ, ut et majestatis;
tuam omnes omnino ignoramus naturam :
namque, quod incomprehensibilis es, id tibi natura est,
dum humanam in te naturam prope divinam reddis.
Quomodo tandem id contingeret scarabæorum generi,
ut intuerentur aquilam tremendam et magnam?
quid tandem sonare possent parvæ simiæ,
quum rugituum fragores eructat
leo e cubili suo prorumpens in eas?
aut *quid proferret* turba mænularum, si balænam videt
roscidis alis suis fluctus secantem?
Ecce arrepit serpens carmina ludens.
Tu minime superbus omnes adspicis benigne;
isque aspectus tuus afflictis fit
palam mellita quies et ros divinitus effusus.
Quum vero etiam manum tuam moves alacriter
et calamitates nostras dispellis
ex rubro (*Imperatorio*) scripturarum armario,
huc ad te multos tibi captivos et mancipatos adducis :
quod adeo, etiamsi nemo id dicat, apertum cuivis est;
quin vel lapis, si lubebit, omnino clamabit,
a te omne prorsus superari ingenium.

Ἡμεῖς δὲ παταγοῦμεν ὥσπερ ἀγέλαι
πτηνῶν, Βασιλεῦ, τοῦτο δὴ τῶν ἐμψύχων,
ὅταν δρῶμεν ἀπὸ γῆς μετάρσιον
ταῖς τῶν φρενῶν πτέρυξιν ἐσκευασμένον
τὸν ἀετόν σε τὸν θεόπτην τοῦ κράτους.
'Αλλ' εἴγε φασὶ, Βασιλεῦ, τὸ θηρίον,
ὃ μηδὲν εἰς ὄνησιν ἀνθρώποις φέρει,
κἂν τισιν ἴσως τὴν γλυφὴν τῶν ὀστέων
πρὸς θρύψιν ἁβρότητος ἀπλήστου τρόπου,
εἰς τρὶς ἑκατὸν συντεθέντας ζῆν χρόνους,
σὺ παντὸς ἐλέφαντος ὀφθείης πλέον
βιοὺς δι' ἡμᾶς τῶν ἐτῶν σου τὸν δρόμον·
ἐχθρὸς δὲ πᾶς, ἢ δῆλος ἢ κεκρυμμένος,
πρὸ τῶν ποδῶν σου χοῦς βραχὺς γένοιτό σοι
θεοῦ τὸ σεπτὸν εὐγενίζοντος κράτος
καὶ τῆς ἀληθοῦς τοῦ θεοῦ λοχευτρίας,
ἐφ' ἣν βεβαιοῖς τῆς ψυχῆς τὰς ἐλπίδας,
Αὐτόκρατορ μέγιστε, τοῦ γένους λέον.

Nos autem circumstrepimus te more catervæ
alitum crepitantium, o Rex, id quod animantes faciunt.
quum videmus e terra sublimem attolli.
sapientissimæ mentis pennis instructum
te majestatis aquilam in Deum intuentem.
Veruntamen, Rex, si ferunt istam belluam,
quæ nullam hominibus utilitatem præstat,
nisi forte nonnullis eboris sui sculpturam
ad lautitiarum intemperantem luxum,
producere vitam ad trecentos continuos annos:
tu ampliorem, quam ullus unquam elephas, cernaris
permetiri annorum vitæ cursum nostro commodo:
quilibet autem hostis, sive apertus, sive clandestinus,
in pulverem comminutus ad pedes tuos prosternatur:
sic Deus augustissimam tuam majestatem fortunet
et vera Dei genitrix,
in qua animi tui spes figis,
o Imperator maxime, humani generis leo.

EJUSDEM PHILÆ

DE PLANTIS.

ΠΕΡΙ ΣΤΑΧΥΟΣ.

Χθὲς κόκκον ἰδὼν καὶ λαβὼν τοῖς δακτύλοις,
καὶ πάλιν ἰδὼν καὶ βαλὼν εἰς τὸ στόμα,
καὶ ψηλαφητῇ συντριβῇ περισχίσας
τὸ δέρμα σαπὲν τοῦ χυλοῦ δεδευμένου,
σπορεὺς γεωργὸς οὐδαμοῦ γῆς εὑρέθην·
εὐθὺς γὰρ αὐτὸς ἐνταφεὶς τῇ καρδίᾳ,
καὶ τῶν φυσικῶν εὐπορήσας ἰκμάδων,
καὶ τοῖς λογισμοῖς ἐκραγεὶς τῶν πραγμάτων,
καὶ ταῖς καθ' εἱρμὸν ἐκφυεὶς ὑπουργίαις,
καὶ κατὰ μικρὸν ἐκτραφεὶς ὡς ἐν θέρει,
νυνὶ πρὸς ἁδρὸν ὠργανώθη μοι στάχυν·
κἀντεῦθεν ὡς ἂν μὴ ῥυῇ παρακμάσας,
θερίζεται μὲν τῇ δρεπάνῃ τῶν λόγων,
κομίζεται δὲ πρὸς τὸ σὸν δεῦρο κράτος,
ὦ καὶ Βασιλεῦ καὶ τροφεῦ τῶν Αὐσόνων,
καὶ νοῦ γεωργὲ μυστικῆς εὐκαρπίας.
Τίς οὖν θεωρῶν ἢ κατάστερον πόλον,
ἢ γῆν κρεμαστὴν εἰς ἀνέδραστον βάσιν,
ἢ ῥοῦν θαλασσῶν εἰς παλίνστροφον χύσιν,
μὴ παρενεχθῇ καὶ καλύψῃ τὴν κτίσιν,
ἢ πνεῦμα καὶ πῦρ καὶ ψυχῶν ζωσῶν γένη,
τὸν δημιουργὸν τὸν σοφὸν μὴ θαυμάσει;
Ἐπεὶ δὲ πολλὰ μὴ πρὸς ὄγκον ἠρμένα
δοκεῖ ταπεινὰ τῇ κατ' αἴσθησιν κρίσει,
τῆς ἐμφύτου χάριτος ἀγνοουμένης,
οἷον λίθοι, κώνωπες, ἐμπίδες, πόαι,
τὰ σμικρὰ καὶ μέγιστα κατ' ἄλλην κρίσιν,
προὔθηκα δὴ τὸν σῖτον ἐξητασμένον,
οὐχ ἵνα λαβὴ προστεθῇ σοι βελτίων,
κἂν εἰς τὰ φαυλότατα πολλάκις βλέποις,
τῷ σῷ, Βασιλεῦ, συμπορίζων τὰς φύσεις·
οὐδὲν γὰρ ἰκμὰς καὶ σταγὼν καὶ πομφόλυξ
πρὸς τοὺς ποταμοὺς τῆς Ἐδὲμ τῆς ὀλβίας·
ἀλλ' ἵνα πᾶς ἄνθρωπος ἐντεῦθεν μάθῃ
κἂν τοῖς ταπεινοῖς εὐλογεῖν τὸν Δεσπότην·
ὡς μικρὸν οὐδέν ἐστι τῶν παρηγμένων
ἐκ τῶν δι' ἡμᾶς ἐκφυέντων σπερμάτων.
Ὁ σῖτος ἐστὶν ὁ τροφεὺς τῶν ἐμψύχων,
ὁ κόκκος αὐτὸς τῆς πνοῆς ὁ προστάτης,
ὁ σάρκας ἰσχνοῖς ἐνστεγάζων ὀστέοις,
καὶ νεῦρα τιθεὶς καὶ φλέβων ὑποστάσεις,
ὁ τῆς τελευτῆς εὐσταλὴς ὁδοστάτης,
ὁ τὴν ξένην ἔγερσιν ἡμῶν δεικνύων
ἐκ τῶν κατ' αὐτὸν ἀκριβῶς διδαγμάτων·
ὃς ῥίπτεται μὲν κατὰ γῆς εἰργασμένης,

DE SPICA.

Heri quum granum viderem et digitis caperem,
iterumque contemplarer et ori insererem,
deinde per attactum *linguæ et dentium* contritione scinderem
corium emollitum succi humectati,
exstiti agricola seminans in nullo telluris loco :
nam statim granum infossum cordi meo,
et naturales nactum humores,
et per meditationem rerum erumpens *ex tunica*,
et ordine succedentibus ministeriis procrescens,
et paulatim enutritum, quippe æstatis tempore,
nunc in vegetam formatum est mihi spicam :
hinc jam ne præ maturitate decidat,
en demetitur carminis falce,
atque tuæ huc offertur majestati,
o Imperator et nutritor Romanorum,
et sator mentium mysticæ fœcunditatis.
Ecquis aut cœlum stellis præsigne spectans,
aut terram suspensam in instabili fundamento,
aut marium fluxum vicissitudine æstus temperatum,
ne videlicet sua exundantia res mundanas obruat,
aut ventum, et flammam, et animantium genera,
non admiretur Conditoris sapientiam?
Quum vero multæ res granditate nulla tumentes
sensuum arbitrio humiles judicentur,
quod innata illis gratia ignoratur,
velut lapides, culices, muscæ, germina,
quæ parvæ res, alio respectu profecto magnæ sunt,
igitur speciminis loco proposui explicationem tritici,
non ut tibi ansa præbeatur melior
et vel ad vilissima sæpe respicias,
tuo servo, o Rex, comparans naturæ munera;
nihil enim sunt vapor aut gutta aut bulla,
si cum Edenis beatissimæ fluminibus conferantur :
sed ut quivis homo inde discat
etiam in humilibus rebus prædicare laudes Domini,
quod nihil est parvum omnium quæ producta sunt
ex seminibus ad usus nostros procreatis.
Triticum est nutritor animantium,
granum ipsum est patronus vitalis animæ,
qui carnes includit inter tenuia ossa,
et nervos venarumque substantias apponit :
idem mortis viam expedite monstrat nobis,
ac docet mirabilem resurrectionem nostram
documento sui dato accurate :
quod projicitur in terram cultura præparatam,

ἐνθάπτεται δὲ τοῖς μυχοῖς τῶν αὐλάκων,
καὶ σήπεται μὲν ἐκλυθεὶς ταῖς ἰκμάσιν,
ὑφίσταται δ' οὖν ὡς ὀπὸς πεπηγμένος,
λευκαίνεται δὲ καὶ προκύπτει μετρίως,
λιπαίνεται δὲ καὶ χλοάζει καὶ βρύει
τῆς ἡλιακῆς εἰσβαλούσης λαμπάδος,
καὶ γίνεται μὲν εὐφυοῦς βλάστης πόα,
σκεδάννυται δὲ καὶ πλατύνει τὴν βάσιν,
καὶ ῥιζοποιεῖ μυστικῶς τὰς ἐκφύσεις,
τὴν συνδετικὴν ἐμβολὴν ὑποτρέφων,
ὡς ἂν τὸ βαρὺ τῆς χλιδῆς μὴ συμπέσῃ,
τῶν ἀντιλαβῶν τῆς φυῆς ἡδρασμένων·
στηρίζεται γοῦν καὶ προβάλλει τὴν κόμην
ζωστῆρσί τισιν ἐνδεθεὶς περιστρόφοις,
ἐπὰν τὸν αὐλὸν εὐδρομοῦντα δεικνύῃ,
μήπου χαλασθεὶς εὑρεθῇ τεθραυσμένος.
Οὕτω δὲ τῆς κρηπῖδος ἡτοιμασμένης
πρὸς τὰς ἐν ἀκμῇ τῆς φυῆς ὑπεκφύσεις,
ἐγκυμονεῖ μὲν ἡ κάλυξ τὸν ἄσταχυν,
ἐκρήγνυται δὲ καὶ προάγει τὸν τόκον,
καὶ σπαργανοῖ τὸν κόκκον, ὡς λεχὼ βρέφος,
μερίζεται δὲ τῆς χλιδῆς πᾶς ὁ σπόρος
ἐξαιρέτοις χιτῶσιν ἐνσπειραμένος,
μὴ καὶ ψεκασθεὶς ἐκτραπῇ τῇ συνθέσει·
ἁδρύνεται δὲ τοῦ κενοῦ πληρουμένου
τῇ κατὰ μικρὸν τῶν δεόντων προσθέσει·
Ἀλλ' ἵνα μηδὲν προσπεσὸν τῶν ὀρνέων
τὸ σπέρμα γυμνὸν εὑρεθὲν διαρπάσῃ,
στιχηδὸν ἀνθέρικας ὀξεῖς ἐκφύει,
λεπταῖς ἀκανθῶν ἐκβολαῖς καθοπλίσας.
Αὖθις δὲ τοῦ δέοντος ἐξικμασμένου
καὶ πρὸς παρακμὴν τῆς γονῆς ὑποστάσης,
τὸ τοῦ θέρους δρέπανον ὡς ἂν προβλέπων
εἰς γῆν ἑαυτὸν ὠχριῶν ἐπικλίνει,
μαραίνεται δὲ κλαυσιῶν ὁ πρεσβύτης,
σοβοῦντος αὐτὸν ἠρέμα τοῦ πνεύματος.
Καὶ τέμνεται μὲν τῷ προσήκοντι χρόνῳ,
καθαίρεται δὲ τῆς καλάμης ἠρμένης,
συντρίβεται δὲ ταῖς κυλίστραις τῶν λίθων
καὶ δείκνυται σταῖς ἐκλεπισθεὶς ὁ στάχυς.
Συστέλλεται δ' οὖν εἰς φυραθεῖσαν ζύμην,
πυγμαῖς περιτταῖς ὡσανεὶ τετυμμένος,
ἐκτείνεται δὲ προσλαβών τινα ζέσιν
ἐκ τῶν ἐπ' αὐτοῦ συντεθέντων ἀμφίων.
Καὶ πλάττεται μὲν εἰς τὸν ἄρτον αὐτίκα,
συντήκεται δὲ τῇ φλογὶ προσεγγίσας.
Καὶ τίς ἱκανῶς τὸν τοσοῦτον θαυμάσει,
ὅταν τὸ χαμὸν ἐκ λίμου σῶμα τρέφῃ
καὶ ζωγραφῇ τὴν ὥραν, ἐκ τῶν ἐγκάτων
εἰς τὰς παρειὰς εὐπρεπῶς ἀνατρέχων.
Ἀλλ', ὦ Βασιλεῦ, τῇ πλοκῇ τῶν νῦν λόγων
ᾐνιξάμην τὸν σῖτον, οὐκ ᾐτησάμην·
εὐμήχανον γὰρ εἰς τὸ λυποῦν ἡ φύσις.
Σὺ δ', ὡς ἔθος, τολμῶντι συγγίνωσκέ μοι.

et in latebris sulcorum sepelitur,
et putrescit, terræ vapore dissolutum :
mox speciem habens concreti lactei humoris subsistit
et albet et emicat sensim,
porro incrassescit et virescit et herbam protrudit
solis lampade incidente,
atque fit venusti germinis herba,
tum diffundit se ac fulcra sua dilatat,
ac mystice nixas radicibus spargit propagines,
intra se nutriens nisum colligandi eas,
ne luxuriei pondus concidat,
germinationis fibris stabilitis.
Exsurgit idem ac comam protrudit,
cingulis quibusdam inclusum circumjectis,
simulac se caule erexerit suo,
ne munimentis nudatum aliquando frangatur.
Ita fundamento stabilito
ad germina valida plantæ fundenda,
gravida calyx spicæ frugem parturit,
et diffissa fœtum edit,
atque, ut infantem puerpera, granum fasciis involvit;
secernitur vero omne semen ab herbascente luxurie
suis quodque tunicis circumvolutum,
ne forte rore madefactum per conjunctionem corrumpatur:
porro grandescit ad maturitatem, dum vacuum impletur,
partibus necessariis sensim accrescentibus.
Verum ne ulla irruens avicula
granum nudum diripiat,
profert acutas aristas ordine structas,
tenuibus spinarum armatas cuspidibus.
Rursus autem humore, quantum par est, exsiccato,
ubi spica adolevit et ad maturitatem pervenit plenam
tum, quasi æstivi messoris falcem prævideret,
pallescens versus terram declinat,
et marcescit crepitans vetula,
afflatu venti leniter agitata.
Tum justo tempore demetitur,
ac purgatur stipula ablata,
teriturque saxorum volutatione,
et putaminibus soluta spica fit farina.
Hæc vero in massam fermentatam compingitur,
validis pugnis tanquam fustigata;
et dilatat se, recepto quodam calore
ex pannorum ipsi injectorum fomentis.
Tum statim in panis figuram efformatur,
et admotus igni coquendo contrahit se.
Jam quis tandem ejus vim satis admirari poterit,
quum fame afflictum corpus enutrit,
et faciei pulchritudinem pingit, sursum ex intestinis
in genas venuste exsurgens.
Verumtamen, o Rex, horum verborum ambagibus
significavi quidem annonam, non efflagitavi :
natura enim in ærumnis ingeniosa est.
Tu vero audaculo mihi, pro tua consuetudine, ignoscas

ΠΕΡΙ ΒΟΤΡΥΟΣ.

Μετὰ στάχυν, Κράτιστε, καὶ βότρυν δέχου.
Τοῦ γὰρ θέρους λυθέντος ἦλθεν ἡ τρύγη·
κἀγὼ δεδοικὼς μὴ ῥυῇ παρακμάσας,
πέπειρον αὐτὸν ἐκ τομῆς ἤνεγκά σοι.
Τῶν καρπίμων ἓν ἐστὶ τὸ κλῆμα ξύλων·
ὃ μέχρι τινὸς ἠγνοεῖτο λανθάνον,
ἀφ' οὗπερ ἐκ γῆς ὁ σπορεὺς τῶν πραγμάτων
ἀνῆκεν εἰς φῶς τὰς γονὰς τῶν σπερμάτων.
Ἀλλ' οἴχεται μὲν ὁ φθορεὺς πάντων, κλύδων,
ὡς ἀπὸ νεύρας τοξικῆς ἀφυβρίσας·
τοῦ γὰρ θεοῦ τὸ τόξον, ὡς Γραφὴ λέγει,
ῥιπτεῖ κατ' αὐτοῦ τὴν βολὴν τῆς αἰθρίας·
γνωρίζεται δὲ τοῖς παροῦσι τὸ ξύλον,
οὓς ἄλλο κοινῇ συντετήρηκε ξύλον,
ὡς ἂν ἔχοι τὸν ὄλβον ἡ καινὴ κτίσις.
Ὁ πρύτανις δὲ τῆς γονῆς τῶν ἐμψύχων
καὶ μὴ προειδὼς τὰς λαβὰς τῆς ἀμπέλου
περιξέσας καθῆκεν εἰς γῆν τὸ ξύλον·
οὐκ ἦν γὰρ εἰκὸς τῆς δορᾶς πεφρυγμένης
εἰκῇ τὸ φυτὸν ἐκροφεῖν τὰς ἰκμάδας.
Τὸ δὲ στενωθὲν εἰς ταφὴν τεθλιμμένην,
ὡς ἂν τὸ θερμὸν τὰς νοτίδας ἁρπάσῃ,
καὶ δίχα μόχλων ἐξανοίγει τοὺς πόρους·
χαυνοῖ γὰρ αὐτοὺς ἡ τριβὴ τῆς ἀτμίδος,
καὶ τῆς ἐν αὐτῷ σπογγίας ἡ θερμότης
ἑλικοειδεῖς ὀργανοῦσα τὰς βάσεις
γόνασι πυκνοῖς τὰς τομὰς διαπλέκει.
Καὶ πήγνυται μὲν ἡ τοσαύτη χαυνότης,
ὑφίσταται δὲ τῆς γονῆς ἡ πυκνότης,
καὶ ζῇ τὸ νεκρὸν ἐκ ταφῆς παλιμβίου·
βλάστη δέ τις ἔνικμος ἐντεῦθεν βρύει,
τεμοῦσα τὸν χοῦν μυστικῇ παραξέσει,
καὶ συνάγει τὰ φύλλα, καθάπερ κάλυξ·
ὀκνεῖ γὰρ ὡς ἂν ἐκπλαγεῖσα τὴν κτίσιν,
ἕως ἐποφθεὶς ὁ τροφεὺς ἑωσφόρος,
καὶ τὴν περιστείλασαν ἐκθλίψας δρόσον,
χωρὶς ἀνασχεῖν τὰς λαβὰς ἀναγκάσῃ.
Μερίζεται γὰρ εἰς τὰ φύλλα τὸ ζέον,
πρὸς τὴν ὑποσμήχουσαν ὁρμῆσαν ζέσιν,
καὶ πιμελῆς δή τινος ὑγρᾶς ἁβρότης
ἐν ὀργάνῳ πρόεισι νευρώδους πάχους.
Μετὰ δὲ μικρὸν προσρυείσης τῆς δρόσου
καὶ παραφυλλὶς τῆς φυῆς ἀποτρέχει,
κηφὴν ἀτεχνῶς εὑρεθεῖσα πρὸς μέλι·
καὶ γὰρ ὑποσπᾷ τοὺς ὀποὺς ἀνηγμένους,
καὶ δημιουργεῖν οὐκ ἐᾷ τὰς ἐκφύσεις,
αἷς δεῖ συνελθεῖν τῆς γονῆς τὰς ἐμφάσεις,
πρὶν ἄν τις αὐτὴν ὡς περιττὴν ἐκσπάσῃ.
Τῆς θρύψεως δὲ προστεθείσης τῷ κλάδῳ,
καὶ τοῦ βάρους εἴργοντος ἑξῆς τὸν δρόμον,
ἀμφιστόμους ἁρπαγὰς ἡ βλάστη βρύει·
καὶ δράττεται μὲν τῆς λαβῆς τῶν ἐγγύθεν·

DE UVA.

Post spicam etiam uvam recipe, Invicte.
Finita enim messe, adest vindemia :
ego autem illius metuens exoletæ corruptionem,
statim a falce attuli tibi maturam mitemque.
Vitis inter frugifera arbusta numeratur.
Ea quondam satis diu ignorata latuerat,
inde ab eo tempore, quo ex terra sator omnium rerum
genera seminum in lucem emiserat.
Sed simulac pernicies universi, diluvium, prælerierat
veluti sagittis pulsa, atque desævierat
(nam Dei arcus, ut ait Scriptura,
serenitatis radium in illud demiserat),
tum agnoscebatur hoc lignum a præsentibus,
quos aliud lignum (*Arca*) communiter servaverat,
ut recens creatura hac copia fortunaretur.
Atque auctor sobolis animantium,
qui vitis germen antea non norat,
circumrasum in terram demisit :
non enim verisimile erat, cortice torrefacto,
illam plantam frustra exsorpturam humores.
Hæc igitur in angustæ foveæ sepulcrum depressa,
ut calor attrahere ipsi succos posset,
etiam sine pessulis aperit sibi meatus :
eos enim vaporis attritus aperit,
et calor virium suarum humores imbibentium,
flexuosas formans radices,
crebris geniculis articulos passim jungit.
Tum cogitur tanta radicum laxitas,
fitque fœtus solidus,
ac mortua vitis renascitur e sepulcro;
atque ex eo succi plena planta fruticat,
terram clam abradendo perrumpens;
quæ frondes, ritu rosarum calycis, gerit clausas :
nam veluti ad vitalem auram adstupescens procrescere cunctatur,
donec Lucifer altor conspectus,
qui ambientem eam rorem detergit,
sigillatim exsurgere palmites coegerit.
Namque ita incalescens germen folia spargit,
prorumpens ad calorem sensim tepefacientem;
et adipis cujusdam liquidæ mollities
in textura surgit nervosi corporis.
Paullo post, si humor abundantior affluit,
etiam racemus a planta excurrit,
qui prorsus idem viti, quod fucus melli, esse deprehenditur :
namque subducit succos sursum tractos,
neque patitur generari malleolos,
in quibus emicare debent signa fructus,
antequam superfluus ille racemus evellatur.
Quum autem luxuries pampinorum in vitem ingruit,
eoque onere palmites, ne sursum se attollant, impediuntur,
planta protrudit ancipites claviculas,
et amplectitur proxima quæque, quæ nancisci potest,

στηρίζεται γὰρ εὐχερῶς κἂν τοῖς λίθοις·
ἐντείνεται δὲ καὶ προάγει τὴν κόμην·
καὶ γὰρ τὸ πιστὸν ἐμπεδοῖ ταῖς ἀγκύραις,
καὶ τοῖς ἐπιπνέουσιν ἀντέχει σάλοις,
ὥσπερ τις ὁλκὰς ἱδρυθεῖσα τοῖς κάλοις.
Ἐπὰν δὲ καλῶς ὀργανώσῃ τὸν κλάδον,
κινεῖ καθ' εἱρμὸν τὰς γονὰς ἡ θερμότης,
ἐξ ὧν τι λεπτὸν εἰ προκύψει σπαρτίον,
ἰδοῦ σταφυλὴ καὶ φυὴ καρποτρόφος.
Καὶ τέμνεται μὲν ἡ χλιδὴ τῶν ἀκρίδων·
οὐ δεῖ γὰρ αὐτὴν προσλαβεῖν τὰς ἰκμάδας,
ὑφ' ὧν δυνατὸν ἐκτραφῆναι τὰς ῥάγας·
προέρχεται δὲ συγγενοῦς ἄνθους χνόη,
καὶ πάλιν αὐτῆς ἐκρυείσης αὐτόθεν
ἡ κεγχροειδὴς τῶν ὀπῶν πῆξις βρύει·
σφαιροῖ γὰρ αὐτὴν τῆς πυρᾶς ἡ γοργότης·
ἐκτείνεται δὲ καὶ τὸ τῶν φύλλων δέρας,
καὶ ζῇ καθαρῶς καὶ προκόπτει τὰ βρέφη
εἰς αὐτοφυῆ σπαργανούμενα σκέπην.
Ἀνείργεται γοῦν ἡ βολὶς τοῦ φωσφόρου·
καὶ γὰρ ἀπειλεῖ τὴν βολήν, ὡς τοξότης,
αἷμα σταφυλῆς ἐκπιεῖν ἠπειγμένος·
ἀνθίσταται δὲ τῆς χαλάζης τοῖς λίθοις
ἡ τοῦ στέγους σύμπτυξις, ἀσπίδος δίκην,
ὅταν ἐπαρθῇ τῶν νεφῶν ἡ σφενδόνη.
Τοὺς ὄμφακας δὲ κατὰ μικρὸν ἁδρύνει
ψυχρῷ τὸ θερμὸν συγκραθὲν κατὰ χρόνον·
θεὸς δὲ τηρεῖ συντεθείσας τὰς ῥάγας,
γίγαρτα πηγνὺς εὐφυῶς ἀντ' ὀστέων,
αἷς ἐστιν ἡ σὰρξ εὐπαθής, εἰ περκάσει.
Ὢ θαῦμα! καὶ πῶς τῇ τοσαύτῃ συνθέσει
θλιβεὶς ὁ χιτὼν οὐδαμῶς ἀπορρέει;
καὶ τίς ἀραιοῖ τῇ συνέξει τὰς ῥάγας,
ἢ τίς πάλιν πήγνυσιν εἰς διαστάσεις;
μᾶλλον δὲ πῶς κλήματος ἁπλῆ τις φύσις
ποιεῖ μερισμούς, ἂν μερισθῇ, βοτρύων,
καὶ τοὺς μὲν ὡς ὄνυχας ἢ ῥάμφη τρέφει,
τοὺς δὲ στεγανοὺς εἰς κυλίνδρους ἐξάγει,
ἢ κωνοειδεῖς ἢ τριγώνους δεικνύει,
καὶ τοὺς μὲν εἰς ἔρευθος ἠρέμα γράφει,
τοὺς δὲ βρύει μέλανας, ἢ τούτων μέσους,
τοὺς δ' αὐτοφυεῖς ἀκναφεύτους ἀχρόους,
ἐφ' οἷς τὸ λευκὸν ἐγκρατέστερον μένει.
Πῶς γεῦσις αὐτοῖς πᾶσιν ἁπλῶς οὐ μία;
ποικίλλεται γὰρ ἀκριβῶς πρὸς τὰς χρόας
καὶ τὴν *μεταλλεύουσαν ἀρρήτως θέσιν.
Ἀλλ' ὦ κιβωτοῦ σωστικῆς ἐπιστάτα
καὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς ἀμπελῶνος ἐργάτα
(ὁ γὰρ λόγος τὴν ὄψιν εἰς σὲ νῦν στρέφει),
σὺ μὲν φυτουργεῖς ἐν στενῷ γῆς τὸ ξύλον,
τὸ δὲ προελθὸν εἰς γονὰς πολυχρόους
εἰς μακρὸν ἐξέτεινε τὰς κληματίδας·
καὶ νῦν ἔχει τὸ κλῆμα τῆς σῆς ἀμπέλου
πᾶσα κτίσις καὶ σύμπαν ἀνθρώπων γένος

quippe quum vel ad lapides facile annitatur;
atque extendit se et comam effundit:
namque suam securitatem servat istis ancoris,
et resistit afflantibus tempestatibus,
sicuti navigium funibus innixum.
Quum vero vitis bene produxerit palmites,
calore eliciuntur fœtus baccæ suo tempore:
e quibus si prominebit tenuis cauliculus,
en adest uva et germen frugiferum.
Porro luxuries amputatur extremorum sarmentorum;
non debet enim hæc ad se trahere succum
nutriendis baccis inserviturum.
Tum cognati floris lanugo emergit;
qui si rursus inde deciderit,
protruditur gemma milio similis e consolidatis succis:
nam vigor innati coloris eam corrotundat;
etiam pampinorum ambitus se dilatat,
ac fœtus uvarum vere vivunt ac proficiunt
tegmine connato, veluti fasciolis, involuti.
Atque ita jacula Luciferi arcentur,
qui veluti sagittarius minatur jactus,
uvæ sanguinem exsorbere properans.
Resistit etiam grandinum lapidibus
hæc tegminis complexio, tanquam clypeus,
quum turbines nubium surgentes impendent.
Ac paullatim roborat uvas adhuc immaturas
alterno frigore calor temperatus;
Deus autem servat baccas rite constructas,
dum duriusculos acinos loco ossium scite ingenerat,
quibus *baccis* caro suavis est, quum colorem duxerit uva.
O rem admirabilem! et quomodo a tam variis inter se junctis
differta tunica folliculi neutiquam diffluit? [rebus
et quis conjunctas vicinasque baccas intervallis disjungit,
aut quis vicissim in disjunctura compingit?
imo vero quo pacto vitis simplex natura
in diversas abit uvarum formas, si ab se mutuo secernantur:
namque alias earum nutrit ungulæ similes, aut rostri,
alias protrudit opertas in cylindri speciem,
alias coni aut trianguli figura ornat;
porro alias leni rubore purpurat,
alias fundit nigras, alias medio horum colore,
et alias nativas, absque fullonica arte, coloris omnis exper-
in quibus manet albor superior. [tes,
Quomodo illis omnibus minime unus idemque sapor est?
hic enim plane variat secundum colores
et secundum situm infinite varium.
Sed o præfecte arcæ salutaris,
et vineæ, qua nunc fruimur, cultor
(in te enim mea oratio nunc oculos convertit),
tu quidem plantas surculum in terræ angulo,
hic vero progressus in sobolem multorum colorum
latissime extendit porrexitque palmites:
et nunc possidet vitem tuæ vineæ
omnis creatura totaque hominum universitas,

ἀναιρετικὸν συμφορῶν ἐγκαρδίων.
Τίς οὖν τοσοῦτον ὄλβον ἐγνώρισέ σοι
πῶς βότρυν ἰδὼν καὶ λαβὼν καὶ θαυμάσας
τρυγᾷς ἀμαθῶς καὶ πατεῖς καὶ συνθλίβεις;
ποιεῖς δὲ πηγὰς ἐκρεούσας τὰς ῥάγας,
καὶ δημιουργεῖς τὸ ξενόθλυτον πόμα;
πόθεν κινηθεὶς ὀργανοῖς τὰς ἀμπέλους
τομαῖς, ὀρυγαῖς, ἐκτομαῖς αὖθις κλάδων,
καὶ πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς προσήκουσι τρόποις;
Ὢ πῶς ἀγαθὸν ἡ διδάσκαλος φύσις
πρὸς τὰς μεταξὺ συντελούσας εὑρέσεις;
Ἆρ' οὖν ὑποσχὼν εἰς τὸ ῥεῦμα τὸ στόμα
τὸ γλεῦκος αἰτεῖς καὶ τὸν ἄκρατον πίνεις
πρὸς τὴν ἀναψύχουσαν ὀργῶντα ζέσιν;
ἢ πᾶν τὸ ῥυὲν ἐγκάθειρξας τοῖς πίθοις,
ἕως πεπανθεὶς ὁ θρασὺς ἀφυβρίσῃ,
εἶτα πίνεις τὸν οἶνον; ἄγε δὴ φράσον.
« Ναί, φησίν, ἰδὼν ἀγνοούμενον ξύλον
ἑλικοειδὲς ἐν φυῇ διαστρόφῳ,
διδάσκαλον τὴν πεῖραν εὑρεῖν ἠξίουν·
ὡς μητρὶ γοῦν δίδωμι τῇ γῇ τὸ ξύλον.
Ἡ δ' ὡς ἀγαθῷ προσπλακεῖσα τεχνίῳ
παρῆκεν αὐτῷ τοὺς ὀποὺς τοῦ πυθμένος.
Τὸ δὲ ψυχὴν ἐντεῦθεν ἀναλαμβάνει
καὶ δείκνυται ζῶν τὸ σχεδὸν κεκαυμένον,
βλαστοὺς δὲ ποιεῖ, καὶ δοκεῖ φεύγειν τάχα
τὰς μητρικὰς ἀγκάλας ἐκ παροινίας.
Ἐγὼ δὲ νικῶ καὶ σπαράσσω τὴν κόμην,
ὡς ἂν ὁ φυγὰς ἐντραπεὶς ὑποστρέφῃ.
Βραχὺς ὁ καιρὸς καὶ σφριγᾷ πρὸς ἐκφύσεις·
ἃς ὡς περιττὰς ἐκτεμὼν καταφλέγω·
καὶ γίνεται τὰ φύλλα τῇ βλάστῃ σκέπη,
καὶ βότρυς εὐθὺς ὀργανοῦται τῷ κλάδῳ,
δριμὺς ἀτεχνῶς, ὀμφακίζων, ὀξίνης.
Εἶτα βλέπων πέπειρον ἐν χρῷ τὸν τόκον
καὶ τὴν σταφυλὴν εὐτρεπῆ πρὸς ἐκρύσεις,
τρυγῶ τὸ πεφθὲν ἐκ πυρᾶς ἀποκρύφου,
καὶ τὸ τρυγηθὲν τοῖς ποσὶν ἀποθλίβω·
καὶ λαμβάνων τὸν οἶνον οὐκ εὐθὺς πίνω·
πρὸς γὰρ τὸ παχὺ τῆς ῥοῆς οὐκ ἀντέχω,
κἂν ὁ γλυκασμὸς προσβαλεῖν ἀναγκάσῃ.
Πλὴν ἀλλ' ὁρῶ γίγαντα θερμὸν ἐνθάδε,
καὶ μὴ προειδὼς εὐλαβοῦμαι τὸ θράσος.
Ἐπὰν δὲ καμὼν ὁ σφριγῶν παρακμάσῃ,
ῥοφῶ τὸν ὁλκὸν ἐγκοπαῖς ἀνατρέπων·
καὶ γὰρ ἔτι δέδοικα καὶ φυλάττομαι.
Βραχὺς δὲ ληφθεὶς εὐδρομεῖ πρὸς τὴν φλέβα
ὁ θερμός, ὁ πρόχειρος εἰς θυμηδίαν·
χεθεὶς δὲ σύχνος πυρπολεῖ διατρέχων,
τῷ δὲ πλατυσμῷ προσρυεὶς τῆς καρδίας
καλλιγραφεῖ τὴν ὄψιν ἐμπύρῳ χρόᾳ.
Ἐγὼ μὲν οὖν εἴρηκα, σὺ δ' ἔγνως πάλιν,
ἤδη δὲ καὶ πρὸς ὕπνον ἐξ οἴνου βλέπω. »
Ἀλλ' ὦ φυτουργὲ τῶν καλῶν, Αὐτοκράτωρ,

medicamentum pectoribus valens ejicere ærumnas.
Quis igitur tantum bonum manifestavit tibi?
quomodo tu uvam simul visam et acceptam et probatam
sine disciplina decerpis et calcas et comprimis,
cogisque baccas ex acinis suis effundere rivos,
et conficis tibi potum mirifice liquidum?
cujus impulsu vineam colis
incisione, fossione et rursus putatione palmitum,
et omnibus omnino necessariis artibus?
O quam præclarum bonum est natura magistra,
ad utiles subinde inventiones!
Num tu igitur, supposito manantibus fluentis ore,
mustum appetis et merum statim bibis
ad fermentationem refrigerantem tendens?
an potius omne, quod inde defluit, doliis condidisti,
donec impetus meri decoctione deferbuerit,
ac bibis postea demum vinum? dic ago.
« Profecto, inquit, conspecto, quem hacdum ignorabam,
flexuosis ac contortis sarmentis generato, [surculo,
putavi adsciscendam esse magistram experientiam.
Igitur velut matri reddo terræ surculum :
quæ veluti filiolum bonæ frugis complexa
præbuit ei succos ex suo fundo.
Ipse vero inde anima recepta
vivens rursus exsistit, qui prope fuerat torrefactus,
facitque germina, et videtur celeriter fugere
ex materno gremio *in aerem* præ temulentia.
Ego autem subigo et vellico comam,
ut fugitivus pudore affectus retro deducatur.
Brevi tempore post turget etiam propaginibus,
quas, ut superfluas, exscindo et comburo :
tum fiunt pampini plantæ tegmina,
et uva statim in palmite formatur,
prorsus acerba gustatu, aspera et acetosa.
Deinde quum video fœtum esse maturitati proximum,
uvamque jam promptam ad nectar emittendum,
decerpo quicquid occultis igniculis percoctum est,
et decerptum pedibus calco, *ut succus dimanet;*
atque acceptum vinum non statim bibo;
non enim sufficio adversus tam crassum liquorem,
etiamsi dulcedo me invitet ut labra admoveam.
Veruntamen video intus habitare acrem gigantem,
cujus furorem vereor, nondum expertus.
Quum vero vegetus ille æstu fatigatus consenuerit,
sorbeo, ita tamen ut canalem injectis intervallis avertam :
semper enim adhuc metuo et caveo.
Parce igitur sumptum vinum procurrit in venas
calidum, excitandæ animi lætitiæ promptum :
large autem infusum raptim percurrit et inflammat,
ac cum animi quadam dilatatione illapsus
vultum colore rutilo pingit.
Dixi hactenus; tu autem id nosti :
jam vero a vino specto somnum. »
Sed, Imperator, plantator virtutum,

καὶ ζῶν ἀτεχνῶς ἀμπελὼν πτωχοτρόφε,
μένοις περιὼν καὶ πλατύνοις τὸ κράτος
ἐκ τῶν λογικῶν τῆς γονῆς κληματίδων,
ἕως ἂν ἡ γῆ κλῆμα καὶ βότρυν φέροι.
Τοὺς χάρακας γὰρ εὐτυχεῖς τῶν ἐλπίδων,
οἷς φραγμὸν ὠργάνωσε Χριστὸς ὑψόθεν.

viva prorsus spiransque vinea ad pauperes alendos,
serus intersis rebus humanis et dilates imperium
rationabilis sobolis propaginibus,
dum terra vitem uvamque feret.
Nam felices spes, veluti viviradicum fossas, possides,
quas Christus divino sepimento præmunivit.

ΠΕΡΙ ΡΟΔΟΥ.

Λειμὼν, Βασιλεῦ, τῶν θεοῦ χαρισμάτων,
δέχου μαρασμοῦ καὶ φθορᾶς κρεῖσσον ῥόδον,
ὃ τῶν λόγων ὁ κῆπος ἐξήνεγκέ σοι,
πρόωρον εἰς εὔρυθμον ἀνθῆσαν δρόσον,
ἣν ὄρθρος ἡδὺς τεχνικῆς ὥρας χέει.
Ἕλλην μὲν οὖν εὔοσμον ἀθρήσας ῥόδον,
ὅταν ὁ καιρὸς ὀργανῶν τὰς ἐκφύσεις
κομᾷν ἀτεχνῶς ἀξιοῖ καὶ τὰς βάτους,
καὶ μῦθον εὐθὺς ἡδονῆς ἀναπλάσας
καὶ τῆς βαφῆς τὸ κάλλος αἰσχρῶς θαυμάσας,
τῆς Ἀφροδίτης, εἶπεν, ἰδοὺ πορφύρα·
κναφεύεται γὰρ ἐκ ποδὸς καλλισφύρου,
βολαῖς ἀκανθῶν εὐπρεπῶς ᾑμαγμένου,
δι' ὧν τὸ συμβὰν ἡ κάλυξ αἰνίττεται,
τὴν τῶν ἐραστῶν σωφρονίζουσα τρύγην.
Ἐγὼ δὲ λαβὼν εἰς ἐμὰς χεῖρας ῥόδον
ἄρτι τρυγηθὲν ἐξ ἀκάνθης ἐνδρόσου,
τὸν δημιουργὸν τοῦ φυτοῦ κατεπλάγην,
ὃς μετρίαις ἕλιξιν ἐγκέντρων βάτων
ἀρωματικὴν ἐμφυτεύει πορφύραν.
Οὐκ ἦν γὰρ εἰκὸς εἰς βυθὸν χαρισμάτων
μὴ καὶ γεωργοῖς εὑρεθῆναι πορφύραν,
ἥν, ὡς κόρην θάλαμος, ἡ κάλυξ φέρει
καὶ κόχλον ὑγρᾶς ἐκμιμεῖται πορφύρας,
ἣν κυνὸς ἡρμήνευσεν ἀγροίκου γένυς
ἐρυθροβαφὴς εὑρεθεῖσα πρὸς βάθος.
Πῶς οὖν τὸ κλωσθὲν ἐξ ἀδήλου κερκίδος
νοτίζεται μὲν ταῖς πρὸς ὄρθρον ἰκμάσι,
πιέζεται δὲ τῇ φλογὶ τῶν ἀκτίνων,
λεπτύνεται δὲ τῇ στροφῇ τῶν πνευμάτων,
ὑφαίνεται δὲ τῇ μετάρσει τοῦ χρόνου
καὶ πέπλος ἐστὶν ἐκ βαφῆς ἀνεκπλύτου
τῇ βασιλίδι τάχα τῶν ὡρῶν πρέπων;
Ποία, Βασιλεῦ, τεχνικὴ χεὶρ ζωγράφου
τὴν ὥραν αὐτῷ δεξιῶς οὕτω γράφει;
τίς ἄνθος ὠχρὸν ἀντὶ κέντρου πηγνύων
τῆς πορφύρας τὸ σχῆμα φαιδρύνει πλέον
τῇ πρὸς τὸ κιρρὸν τῆς βαφῆς παραθέσει;
τίς κόμμι πεφθὲν ἐκ πυρᾶς ἀποκρύφου
φοινικοβαφὲς εἰς τὰ φύλλα δεικνύει;
τίς ἐμφάσεις δίδωσι τοῖς φύλλοις πόρων,
ὡς ἂν παχυνθῇ τῆς βαφῆς ἡ λεπτότης,
καὶ συσκιασθῇ τῆς ῥοῆς ἡ λευκότης;
τίς μύρον ἐγχεῖ συσταλεῖσι τοῖς πόροις,

DE ROSA.

Imperator, qui es pratum divinis dotibus abundans,
recipe rosam, quæ marcescere et perire nequeat,
quam literarum hortus tibi protulit,
præcocem quidem, tamen poetico rore florentem,
quem suavis aurora eruditi veris spargit.
Græcus quidem suaveolentem quum conspexit rosam,
quando anni tempestas, protrudens germina,
vel rubos jubet frondium coma ornari,
et statim fingeret fabulam quæ ipsum delectaret
et indecore admiratus coloris pulchritudinem,
exclamaret : En tibi purpuram Veneris !
tincta enim ea est pede deæ pulchras plantas habentis,
ictibus spinarum decore cruentato,
eumque casum ita significat rosæ calyx,
ut cautos faciat carpentes eam amatores.
Ego vero, sumpta in meas manus rosa
ex spina roscida modo decerpta,
conditorem hujus floris cum stupore admiror,
qui aculeatorum ruborum modicis flexibus
insevit odoriferam hanc purpuram.
Etenim par erat, in tanta divinorum munerum abysso,
etiam agricolis inveniri suam purpuram,
quam calyx, ut thalamus novam nuptam, contineat,
adumbrans marinæ purpuræ concham,
quam agrestis canis maxilla monstravit
penitissime rubore tincta.
Quomodo igitur textile hoc opus ex inconspicuo fuso ductum
humectatur matutinis humoribus,
premitur radiorum solarium flamma,
ventorum agitatione tenuatur,
temporum vicissitudine texitur,
fitque texta vestis colore tincta nunquam eluendo,
reginam fere tempestatum anni decens?
Cujus pictoris, Imperator, artificiosa manus
ejus pulchritudinem tam scite pingit?
quis flosculum pallentem pro umbilico infigens
figuram purpurei floris magis nitefacit
conjunctione ejus cum luteo colore?
quis maturatum occultis caloribus fucum
coccineum foliis ejus inducit?
quis folia distinguit conspicuis meatibus,
ut coloris tenuitas vegetior fiat,
et obscuretur liquida albedo?
quis contractis meatibus instillat balsami odores,

τὴν Ἀρραβικὴν ζωγραφῶν εὐοσμίαν;
τίς πῦρ σκαλευθὲν εἰς τὰ φύλλα μὴ σβέσας
ψυχρὰν γεωργεῖ καὶ διάβροχον φλόγα;
πῶς ἐστιν ὑγρὰ τῆς λαβῆς ἡ λεπτότης,
ἐφ' ἧς τὸ βαρὺ καὶ χλιδῶν ἄνθος βρύει;
Χιτὼν δὲ παχὺς τὴν φυὴν ἐνιδρύει
νευραῖς ἰνωδῶν συντεθεὶς ὑφασμάτων·
ὑφίσταται γὰρ τὴν ὑπαίθριον βίαν,
ἣν ὄμβρος ἢ χάλαζα καὶ πνοὴ φέρει,
καὶ θραῦσις αὐτὴν οὐ κλονεῖ σπαραγμάτων,
ταῖς ὑποταγαῖς ἐκδοθεῖσαν τῆς δίνης.
Καὶ τίς φεραυγής, ὡς τὸ πῦρ, ἄνθραξ λίθος
ἢ λυχνίτου φῶς εἰς ἀπόρρητον * στέαρ
οὕτω ψυχὴν ἔθελξεν ὡς ἀνθοῦν ῥόδον;
ὀχούμενον γὰρ εἰς τὸ φῶς τῶν ὀμμάτων
ἐμφιλοχωρεῖ δραστικῶς τῇ καρδίᾳ·
κἀκεῖθεν εὐθὺς ὡς ὁμόχρουν τὸ ζέον
ὠθοῦσα κινεῖ τῆς βαφῆς ἡ πορφύρα,
καὶ τοὺς ἀγωγοὺς τῶν φλεβῶν διατρέχει
θυμηδίαν ἄρρητον ἐγχεαμένη.
Ὦ κάλλος ἀνθοῦν, κἂν ἀπανθοῦν αὐτίκα
σοφῶς καθαιρῇ τῆς ψυχῆς μοι τὸν τύφον!
Ὦ κόσμος ἡδύς, κἂν ἀπορρέῃ τάχα,
καὶ πάλιν ἐκ γῆς εὐφυῶς ἀνατρέχῃ,
θεσμοὺς φυσικοὺς αὐθαδῶς μὴ συγχέων.
 Ἀλλ' ὦ Βασιλεῦ καὶ τροφεῦ τῶν Αὐσόνων,
τὸ μὲν ῥόδον τέθηλε καὶ φθίνει πάλιν,
ὡς ἄνθος ἀγροῦ καὶ παχυνθεῖσα δρόσος·
τῆς γὰρ φυσικῆς ἐκρυείσης ἰκμάδος
ἀμήχανον ζῆν τὴν ἐφήμερον χρόαν.
Σὺ δ' ὡς κραταιὸς καὶ θεόδροσον μόνον
καὶ βασιλικὸν αὐτοπόρφυρον ῥόδον,
τὸν τοῦ κράτους λειμῶνα φαιδρὸν δεικνύοις
εἰς πάντα καιρόν, εἰς ἀείζωον βίον,
ὡς ἂν μένῃς ἄρρευστον ἀνθρώποις ἔαρ,
ἀναιρετικὸν συμφορῶν πολυτρόπων.

Arabicam repræsentans suaveolentiam?
quis est qui acerrimos luminis igniculos in ejus foliis non [extinguens
frigentem colit humidamque flammam?
ac tenuis caulis quam est tener,
in quo flos gravis foliisque luxurians crescit?
Amiculum vero crassum ambit fulcitque florem,
nervosis filis textorum validorum compositum;
perdurat enim subdialem violentiam,
quam imbres grandinesque et venti afferunt,
neque ulla in frusta dilaceratio eam quassat,
quanquam turbinum injuriis expositam.
Et quæ lucida carbunculi gemma, ritu ignis fulgurans,
et quodnam lychnitæ lapidis lumen in secreto.....
sic recreare valet animam, ut florens rosa?
Hæc enim in lucem oculorum illapsa,
inde gnaviter in pectus animumque se insinuat:
unde statim fervorem veluti concolorem sanguinis
excitat commovetque purpurea tinctura,
et venarum canales pervadit
ineffabilem animo lætitiam infundens.
O pulchritudo florens, vel deflorescens statim
repurgas sapientibus monitis animum mihi ab fastu!
O suave decus, sive pereat celeriter,
sive rursus venuste ex terra resurgat,
naturæ leges neutiquam fastidiose perturbans!
 Sed, Imperator nutritorque Romanorum,
rosa quidem viret et marcescit rursus,
ut flos agri et ros concretus:
nam si naturalis abiit humiditas,
Caducus color neutiquam potest vivere.
Tu vero, qui es robustus et solus divinitus irrorata
et regia rosa ipsaque purpura,
reddas imperii tui pratum splendidum
in omne tempus, in omnem vitæ humanæ ætatem,
ut maneas hominibus ver sempiternum,
multiplices calamitates usque depellens.

ΠΕΡΙ ΡΟΙΑΣ.

Ὦ τίς παρελθὼν τεχνικὸς γεωγράφος
εἰς δέρμα ῥοιᾶς κυκλικῶς ἐσφιγμένον
καθῆκε ῥυθμῷ συντεθείσας τὰς ῥάγας
ἤ τισι λεπτοῖς ἐνταθεῖσι δακτύλοις
χιτῶνας ἁπλοῖ μυστικῶς ὑφασμένας
εἰς τὰς μεταξὺ προσφυεῖς διαστάσεις,
μὴ ῥὰξ πιεσθῇ καὶ ῥυῇ τῇ συνθέσει
καὶ κατὰ μικρὸν ἐκλυθῇ τὸ συνδέον;
ἢ τίς γραφικὴ συμπαγείσας τὰς ῥάγας
ἐρυθροβαφεῖς καὶ χλιδώσας δεικνύει;
καὶ τίς ἐν ὑγρᾷ συμπλοκῆς ὑποστάσει
τοὺς ὀστινοὺς ὥπλισε μικροῦ συμμάχους,
εἴ τι στεγανὸν προσπεσὸν σῶμα θλίβοι;
καὶ τίς ἀραιοῖ τῆς καλύπτρας τοὺς πόρους

DE MALO PUNICO.

Quis præsens artifex descriptor
in cutem mali punici corrotundatam
immisit grana serie atque ordine constructa,
aut quibusdam tenuibus digitis insertis
expandit membranas occulto intus textas,
mediis intervallis accommodatas;
ne granum prematur, et compressione elidatur,
neve compages paullatim dissocietur?
aut quænam pictura efficit ut grana consolidata
coccineo colore tincta et nitore luxuriantia appareant?
et quis in liquido mollique vestimento
sepsit et pæne armavit osseos illos sodales,
si quod forte durius corpus incidens eos premat?
et quis relaxat meatus corticis,

ὡς ἂν τὸν ἀτμὸν ἐκδιώκῃ τῆς δρόσου,
καὶ μὴ ῥυῇ τὸ σφίγμα πεφθὲν εἰς ῥύσιν;
πλὴν μή τις αὐτῇ βυρσοδέψης λανθάνων
ὥρας φυσικῆς ἐμφυτεύει πορφύραν.
Ὢ καρπὸς ἡδύς, ἂν πεπανθῇ τῷ χρόνῳ,
καὶ θαῦμα νικῶν τῶν λόγων τὴν δύναμιν.

ut vaporem exhalet succi,
nec vinculum tamen grana coercens, maturitate laxatum,
nisi forte quis coriarius latens [pereat?
nativæ pulchritudinis purpuram ei insevit.
O dulce pomum, si maturatum tempore fuerit,
et miraculum, quod vim dicendi superet!

ΤΟΥ ΦΙΛΗ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΜΕΤΑΞΟΠΟΙΟΝ ΣΚΩΛΗΚΑ.

Καὶ σηρικοῦ νήματος ὑφαίνειν λόγους
τῇ φιλίᾳ δίδωσιν ἡ Κλωθὼ τύχη,
πλὴν ὡς ὑφαντὸν καὶ κροτόπλοκον τέρας
ἀμπίσχεται καὶ τοῦτο λαμπρῶς ἡ φύσις,
ὡς νυμφίον θέλγουσα τὸν φθόρον χρόνον.
Ἐγὼ δ' ἐμαυτοῦ σωφρονέστερος μένω
ταλασίᾳ σκώληκος ἠσφαλισμένος,
εἰ σῶμα νωθρὸν καὶ περικεκλασμένον,
ἢ καὶ χαμερπὲς καὶ κατεστυγημένον,
τοσοῦτον ἔργον τῷ βίῳ χαρίζεται.
Ἐκ γὰρ ἀπαγοῦς καὶ βραχυτάτου σπόρου
θαλφθέντος εἰς πῦρ, ἢ λινοῦν ὕφασμά τι,
ἢ διφθέρας ἔλυτρον, ἢ κόλπου ζέσιν,
ῥηγνυμένου πρόεισιν ἀμβλύς τις τόκος
ὡς κάρφος ἢ θρὶξ ἤ τι λεπτὸν ἐκτόπως,
καὶ ζῇ καθ' αὐτὸν ἠρέμα κινούμενος,
καὶ βόσκεται τὰ φύλλα τῶν συκαμίνων,
τὸ τῆς τρύγης, βέλτιστε, μαστεύων γάλα.
Πλὴν ἀπολεπτύνουσι φειδοῖ τοῦ βρέφους
χεῖρες γυναικῶν τὴν τροφὴν τὴν φυλλίνην,
ἐπεὶ τὸ παχὺ καὶ τραχὺ πρὸ τοῦ χρόνου
τοῖς χρωμένοις κίρνησιν οἰκτρὰν ἀγχόνην.
Ὅταν γε μὴν αὔξησιν ἡ φύσις λάβῃ,
δεῖται τροφῆς τὸ σῶμα δαψιλεστέρας.
Κεῖται δ' ἐπ' αὐτῆς ἀτρέμας τῆς θρύψεως,
καρηβαριῶν ὑπὸ τῆς ἀπληστίας,
καὶ πᾶν τὸ σαπρὸν ταῖς τροφαῖς ἀποξύων,
δορᾶς νεαρᾶς ἐνδιδύσκεται σκέπην,
καὶ πάλιν αὐτὴν εἰ βραχὺς λύσει χρόνος
(ἐκτείνεται γὰρ τῇ τροφῇ τὴν γαστέρα),
ὥσπερ τις ἁβρὸς ἄλλο τι στολίζεται.
Πᾶσαν δὲ συντίθησι τὴν βρῶσιν κάτω,
τὸ μηκέτι χρήσιμον ἐκκρίνων μόνον·
ἂν δ' ἐκτραχυνθῇ τῆς χλιδῆς ἡ λεπτότης,
ὁ σὴς παρευθὺς τὰς τροφὰς ἀναπτύει
καὶ τὰς ἀμοιβὰς τοῖς τροφεῦσιν ἐκτίνων
διαπλέκει τὸ νῆμα τῶν ἐντοσθίων·
καὶ βουκράνου κίνησιν ἑστῶτος φέρων
ταλασιουργεῖ καὶ στιβάζει τοὺς μίτους.
Πλὴν ἀλλ' ἴδε στράτευμα συχνὸν ἐνθάδε,
καὶ τὴν φυσικὴν τακτικὴν μὴ φαυλίσῃς·
οἱ γὰρ φάγοι σκώληκες, οὓς πρὶν ἐσκόπεις
νωθεῖς ἀτεχνῶς καὶ βραδεῖς καὶ δυσκόλους,
σοβοῦσι καὶ βομβοῦσι ταγμάτων τρόπον,
εἰς τὰς κόμας τρέχοντες ἁβρῶς τῶν κλάδων.
Ποιεῖ γὰρ αὐτοὺς ἀντὶ βάθρων ὁ χρόνος
τῇ καταγωγῇ τοῦ στρατοῦ πεπηγμένους·
καί τις ἐπ' αὐτοὺς ἡγεμὼν τεταγμένος
πρὸ τοῦ στίφους ἄνεισι καὶ βλέπει κάτω,

PHILÆ

IN VERMEM QUI SERICA FINGIT.

Etiam serici staminis sermones texere
amicitiæ concedit netrix Fortuna;
sed uti textum et *spathæ* ictu consertum miraculum
sibi induit hoc quoque splendide Natura,
tanquam sponsum demulcens destructorem Tempus.
Ego vero in summa modestia permaneo
lanificio vermis custoditus,
si corpus debile et fractum,
vel etiam humi repens et quod vulgo aversantur,
tam insigne opus vitæ largitur.
Nam ex fœdo atque exilissimo ovo
calefacto ad ignem, aut in linteo aliquo texto,
aut pellis involucro, aut sinus calore,
deinde rupto emergit languidus aliquis partus
similis stipulæ aut capillo aut alii rei tenuissimæ,
et per se vivit lente se movens,
et pascitur folia mori,
depastorum, o Bone, lac quærens.
Sed extenuant, ut parcant pusillo,
mulierum manus nutrimentum foliaceum,
quoniam crassitudo et asperitas ante tempus
utentibus affert tristem suffocationem.
Atqui incrementa quando natura ceperit,
eget alimento corpus ampliori.
Tum *vermiculus* immotus insidet ipsi luxuriæ,
ebrius per voracitatem,
et marcidum omne esu abradens,
pellis novæ induitur tegumentum,
et rursus hanc si solverit breve tempus
(nam extenditur alimentis ejus venter)
tanquam delicatulus aliquis aliâ amicitur.
Omnem autem in se deponit cibum,
id solum exernens quod prorsus inutile est;
verum ubi induruit mollitiei teneritudo,
vermis statim alimenta respuit,
et mutuum nutritoribus suis reddens
ex intestinis serit textum;
atque bucrani erecti motum exhibens
lanificio indulget et condensat fila.
Jam vero hic cernas exercitum densum,
neu tacticam artem a natura insitam despicias:
nam voraces illi vermes, quos paullo ante videbas
plane inertes et pigros et morosos,
trepidant et susurrant cohortium in modum,
in ramorum comas ingruentes delicato motu.
Facit enim eos pro basi tempus
in mansione agminis stabiles ac firmos;
atque aliquis in eos constitutus dux
ante turmam ascendit et spectat deorsum,

καὶ τὴν τελευτὴν ταῖς φυλαῖς ἐπιτρέπει·
τούτων δὲ σὴς ἕκαστος εὐθὺς ἐκπτύων
τὴν καταγωγὴν ὀργανοῖ τὴν ἐσχάτην.
Ἡ σύνθεσις γὰρ τῶν πολυστρόφων μίτων
σφαῖρα προμήκης τῷ πλέκοντι γίγνεται.
Χαίρει δὲ τοῖς τέρπουσιν ὁ σκώληξ μύροις,
καὶ τοὺς βαρεῖς ἄνωθεν οὐ στέγει ψόφους·
αἱρεῖ γὰρ αὐτὸν καὶ ψιλὴ δυσοδμία,
καὶ μῦς λαθὼν καὶ πνεῦμα καὶ βροντῆς κτύπος.
Θνήσκει δὲ τοῦ κλάοντος οὐκ ὄντος γένους,
κλεισθεὶς ἐν αὐτῇ τῆς πλοκῆς τῇ συνθέσει.
Μετὰ χρόνον δέ τινα (παπαὶ τοῦ ξένου)
ζῷον πτερωτὸν ἐκ ταφῆς ἀνηγμένος
τὴν τοῦ γένους ἔγερσιν ἡμῖν δεικνύει·
καὶ γὰρ ὁ νεκρὸς καὶ τεταριχευμένος
εἰς δεύτερον φῶς εὐπρεπῶς ἀνατρέχει.
Τούτου γε μήν, Ἥρακλες, Ἑρμῆ, τὸν τάφον
χαυνοῖ τὰ θερμὰ τοῦ λέβητος ὕδατα,
καὶ σφαῖρα καὶ χεὶρ καὶ βραχὺ τμῆμα κλάδου,
πυκναῖς ἀκανθῶν ἐξοχαῖς πεφυρμένον,
τοὺς δυσπλόκους λύουσιν εὐτέχνως μίτους·
καὶ γίγεται τὸ πλέγμα τοῦ θνησειδίου
χιτὼν ἀτεχνῶς καὶ βασιλεῦσι πρέπων.
Οὐδὲν γὰρ εἰκῇ συμπαρήχθη τῇ κτίσει,
ἂν καὶ τὰ φαυλότατα σωφρόνως βλέπῃς.
Σκώληξ μὲν οὖν ὄνειδος ἀνθρώπων γίνου,
τῷ μετρίῳ σχήματι σαυτὸν σεμνύνων·
ἑλοῦ δὲ τὸν τραχύν τε καὶ σκληρὸν βίον,
τοῖς τοῦ λόγου βρώμασι τὸ πνεῦμα τρέφων.
Ἐπὶ δὲ τοῖς τεκοῦσι μὴ φρόνει μέγα·
σκώληξ γὰρ αὐτόματος οὐ κυΐσκεται·
ὅταν δὲ καλῶς ὀργανωθῇς τῷ χρόνῳ,
τῆς ἀρετῆς τὸν οἶκον εὐτρέπιζέ μοι,
καὶ θνῆσκε νεκρῶν τῶν μελῶν σου τὸν τόνον,
ὡς ἂν λάβῃς πτέρωσιν οὐρανοδρόμον,
ὁ δὲ χρόνος τὸ νῆμα τῆς μνήμης φέρων
τὸ τῶν κρότων ὕφασμα λαμπρῶς σοι πλέκῃ.
Ἐμοὶ δὲ νυνὶ τὸν καλὸν πέπλον δίδου,
λαβὼν ἀπ' αὐτῶν εὐλαβῶς τῶν διπτύχων,
καὶ ῥᾳδίως πέραινε τὰς ὑποσχέσεις.
Οὐ γὰρ ἐπαινῶ τὰς ῥεούσας ἐλπίδας,
ἃς πολλάκις ἥρπασεν ὡς κλὼψ ὁ χρόνος.
Ἔστω δὲ μαλθακός τις, ὦ ξένη φύσις,
ἀφ' ἑστίας ὅ φασιν ἐξειργασμένος·
οἱ γὰρ παραπλέκοντες ὀθνείους μίτους
εἰς τὰς ἀγωγὰς τῆς ὑφιστώσης κρόκης
ὠνητὸν ἠσπάσαντο καὶ φαῦλον βίον,
ὁρῶντες εἰς τὸ κέρμα τῶν πλανωμένων.
Σὺ δὲ στιβαρὰν εὐτυχῶν τὴν καρδίαν
καὶ παντὸς ὢν ἄγευστος, εἴ καί τις, δόλου,
δώσεις καθαρὰν ἥνπερ ὑπέστης χάριν.
Σπόρος τίς ἐστιν ἐξ ἰπῶν ὑποπτέρων,
βραχύς, ἁπαλός, ἐμβριθής, γλισχρός, μέλας,
ὃς δὴ ψυχῆς δύναμιν ὑπνοῦσαν φέρει.

ac mortem cohortibus permittit:
quarum vermes singuli statim *fila* vomentes
mansionem fingunt ultimam.
Nam compositio filorum multùm tortorum
globus fit oblongus texenti.
Gaudet autem delectabilibus vermis ungentis,
et graves ex sublimi strepitus non sustinet :
nam perdit eum vel tenuis fœtor,
et mus latens, et ventus, et tonitrui fragor.
Moritur autem sine lacrimis prosapiæ,
inclusus in ipsa texti compositione.
Post tempus vero aliquod (proh mirabile monstrum!)
ut alatum animal ex sepulcro productus
humani generis ressurrectionem nobis ostendit:
etenim mortuus et pollinctus
in alteram lucem decore exsurgit.
At hujus quidem hercle, o Mercuri, sepulcrum
laxant calidæ aheni aquæ,
et globus et manus et parvum segmentum rami
densis spinarum aculeis interceptum
valde complicata expediunt dextre fila:
atque fit contextum morticini
vestis prorsus vel reges ornans.
Nihil enim temere productum est in creatione,
si vel vilissima inspicias mente prudenti.
Jam igitur vermis sericus fias, opprobrium hominum,
modesto habitu te venerandum reddens;
atque opta tibi asperum et durum victum,
rationis et Verbi cibis animam alens.
De parentibus autem minime superbias :
vermis enim per se non editur partu :
at quando pulchre fueris effòrmatus tempore,
tum para mihi virtutis domicilium,
et morere mortificans membrorum tuorum nervos,
quo accipias alarum remigium cœlitus evehens,
tempus autem memoriæ filum servans
plausuum texta splendide tibi nectat.
Mihi vero nunc pulchrum peplum dona,
ex ipsis duplicibus audacter sumptum,
et alacriter perfice promissa.
Non laudo enim spes diffluentes,
quas sæpe rapuit tempus instar furis.
Esto autem mollis quidam, o rarum ingenium,
domi (quod dicunt) confectus:
nam qui furtim inserunt aliena fila
in tenorem suppositi subteminis,
emptum prætulerunt et malum victum,
intuentes in numulos defraudatorum.
Tu vero firmum possidens pectus
et, si quis est, omnis doli expers,
reddes puram quam promisisti gratiam.
Est quoddam semen ab alatis vermibus profectum,
minutum, tenerum, solidum, viscosum, nigrans,
quod vim animæ intus continet sopitam.

ΠΕΡΙ ΣΗΡΟΣΚΩΛΗΚΟΣ.

Ὅταν πυρωθῇ, ῥήγνυσι μὲν τὸν τόκον,
ποιεῖ δὲ νωθρὸν ἐκλεπισθὲν τὸ βρέφος·
ὃ καὶ τρέφει τὰ φύλλα τῶν συκαμίνων
πρὸς τὴν ἐπιπρέπουσαν ἀκμὴν τῷ χρόνῳ·
παχύνεται δὲ τοῖς ὀποῖς τοῖς ἐμφύτοις,
οἳ δρῶσιν ἁδρὰν καὶ προμήκη τὴν πλάσιν,
εἰς εὐτόμους ἕλικας ἐσπειραμένην.
Τῆς γὰρ κεφαλῆς ἠρέμα κινουμένης
πρὸς τὴν ποθεινὴν συλλογὴν τῆς βρώσεως,
κεῖται τὸ κάτω σῶμα καθάπερ λίθος,
τὰ τῆς ὕλης ἄδηλα συλλέγον βάρη.
Ὅταν δὲ καὶ τὸ φύλλον, ὃ τρέφει τέως,
ἀποτραχυνθῇ τῇ παρακμῇ τοῦ χρόνου,
καὶ τῆς χλιδῆς τὸ σῶμα τῷ κόρῳ βλύσῃ,
ὁ τρὼξ ὁ νωθὴς τοὺς χυμοὺς ἀναπτύει
καὶ τὴν κεφαλὴν ὡς ἀπὸ κάρου στρέφει·
τὸ λεπτὸν ἀπόσφαγμα συνδεῖ τοῖς κλάδοις,
καὶ γίνεται τὸ νῆμα σῆμά τι ξένον
καταπιληθὲν τῆς πλοκῆς τῇ συνθέσει,
ἐν ᾗ παρευθὺς ἀποληφθεὶς ἐκπνέει·
καὶ πάλιν εἰς φῶς ἐκ ταφῆς ἀνατρέχει,
πτεροῖς ἑαυτὸν ὁ φθαρεὶς καθοπλίσας.
Ἐξίπταται γὰρ τοῦ καθ' αὑτὸν θριγγίου,
καὶ δημιουργεῖ τῷ τροφεῖ νέους σπόρους,
ἄλλῳ συναφθεὶς ἐκ πυγῆς ὑποπτέρῳ.
Ὁ δ' ὑπολειφθεὶς τοῦ παλιμβίου δόμος
ἀναλυτικοῖς ἐξυφαίνεται στρόφοις·
χαυνοῖ γὰρ αὐτῷ τοὺς πιληθέντας μίτους
ἐπ' ἀνθράκων νήματος ὑπτία ζέσις.
Κἀντεῦθεν ἡμῖν ἡδέως ὑφαίνεται
πέπλος καθαρὸς τεχνικῶς νενησμένος,
μᾶλλον δὲ καὶ παίδευμα σωφρόνως ἔχον,
ᾧ τὸν περιττὸν ἀποκοσμοῦμεν τύφον,
ταλασίᾳ σκώληκος ἐγκοσμούμενοι.
Οὐκοῦν προσηνῶς τόνδε τὸν πέπλον δίδου,
χιτὼν λογικὲ πρακτικῆς ἱστουργίας,
καὶ τῶν ὅλων ἄριστε κοσμῆτορ φύλων.
Περιστελεῖς γὰρ ἄνδρα γενναῖον φίλον,
ὃν οὗτος ὁ κλὼψ ἀπεγύμνωσε χρόνος,
ὢν ὑποληστὴς τῷ φθορεῖ πάντων φθόρῳ.

DE VERME SERICO.

Simulac incaluit, rumpitur partu,
et putamine liberatum edit fœtum languidum,
quem folia mori alunt
ad adipiscendum vigorem tempori convenientem;
et crassescit succo insito,
quo redditur vermis validus et longus formatione
in fissiles annulos circinata.
Dum caput enim sensim se commovet
ad carpendum cibum sibi expetitum,
inferior pars corporis jacet ad instar lapidis,
silvæ onera (*folia*) latentia in se colligens.
Quum vero etiam folia, quibus hucdum fuerat nutritus,
maturitate temporis diriguerint durata,
jamque corpus ejus saturitate luxuriantis turguerit,
tum lentus vermis humores haustos exspuit
et caput agitat quasi sopore gravatum.
Hoc tenue excrementorum stamen in ramis suspendit;
idque textum fit mirabile sepulcrum,
filorum tricis contextum :
quo ille receptus statim exspirat.
Sed ex sepulcro ille rursus in lucem prodit,
alis se ipsum, qui perierat, instruens.
Evolat enim e claustro suo,
et nutritori suo procreat nova semina,
postquam se clunibus alati papilionis alius exaptavit.
Domus autem jam in vitam restituti relicta
evolvitur fusis et in fila tenuatur.
Namque laxat ei implexa et condensata fila
textilis operis reclinati super carbonibus coctio.
Atque ex hisce filis suaviter texitur nobis
purum vestimentum artificiosa tela,
sive potius præceptum modestiæ,
quo superfluum fastum exuamus,
textura vermiculi pro ornatu induti.
Igitur benigne mihi dona hoc vestimentum,
o tunica spirans et sapiens practicæ textrinæ,
et optime universarum exornator gentium.
Convesties enim bonum virum eumque amicum,
quem furax istud tempus denudavit,
latro subserviens destructori omnia vastanti (*morti*).

ΤΟΥ ΦΙΛΗ

ΠΕΡΙ ΓΥΠΩΝ.

Προγνωστικὴν ἔχουσι καὶ γῦπες φύσιν,
οὓς μίξεως πλὴν καὶ σπορᾶς λόγος κύειν
σπῶντας πνοῆς ὄλισθον ἐν τοῖς ἐγκάτοις,
ὅταν κατ' ἀνδρῶν τακτικῶς ὡπλισμένων
ἄλλους δ τῆς ἔριδος ὁπλίζῃ χρόνος,
σφυγμῶντος αὐτοῖς τοῦ κατ' ἀλλήλων θράσους·
ἴσασι γὰρ δὴ τὴν ἑκατέρων τύχην,
καὶ τοὺς νικητὰς πρὸ σφαγῆς ἢ τραυμάτων,
ὥσπερ πάλιν ἴσασι τοὺς θανουμένους·
καὶ τοῦτο σαφὲς ἔκ τινων γνωρισμάτων,
οἷς εὐστόχως δίδωσιν ἡ πεῖρα κρίνειν.

PHILÆ

DE VULTURIBUS.

Divinatricem etiam vultures habent naturam
(quos sine coitu et satu dicunt concipere
attrahentes venti lapsum in intestina),
quando contra viros in acie cum armis stantes
alios armat hostilis ardoris tempus,
palpitante ipsis utrimque animorum impetu:
sciunt enim utrorumque *instantem* fortunam
et victores *qui erunt*, ante cædem aut vulnera,
sicuti rursus sciunt cladi destinatos;
atque hoc manifestum est ex quibusdam signis,
quibus exacte hoc judicare permittit experientia.

MONITUM.

Quidquid in his versibus Philæ est emendatum (sunt autem quingenti amplius loci), id omne acceptum referas viro clarissimo E. Miller. Non solum enim Escorialensis codicis ille varietatem enotavit (in Catalogo quem edidit codicum Esc. p. 35 seqq.), sed alios quoque in aliis bibliothecis repertos excussit et, qua est in me benevolentia, schedas mecum amice communicavit. Quarum pleraque quum primo aspectu appareret Philæ manum referre, nolui recensenda Wernsdorfiana varietate, tantum non ubique vitiosa, bonam chartam inutiliter onerare. Retuli quæ res postulabat; me silente, codicum scripturam expressam esse scito. Latina indicant quæ aliter atque Wernsdorfius intellexerim.

DE ELEPHANTE. Hoc poema Millerus cum quattuor codicibus contulit, qui consentiunt in plurimis, dissensus autem unius alteriusve ita plerumque comparatus est ut dubitationem de ceterorum scriptura non possit afferre. — Vs. 25 cod. Flor. παρηγμένον. — 27 μολοβρίῳ scripsi. Ed. et codd. βολοθρίῳ, Flor. βολεθρίῳ. — 40 ἕλους scripsi; conf. 24 et 134. Ed. et codd. ἔτους. — 54 leviter Wernsdorfius : « Stulta lectio πυρά-ρας ἀξύλου. Repone certa emendatione ἀξύρου, ex *forcipe retusa et hebete.* » Videntur enim πυρά-ραι fabrorum et coquorum ligneis manubriis intructæ fuisse, ne digiti urerentur, volsellæ autem, ut apud nos, ferreæ totæ et ἄξυλοι. — 81 οἱ odices consensu; intelliguntur ὀδόντες, ut in 'aticani rubrica περὶ τῶν κεράτων ἢ ὀδόντων τούου. Ed. ἅ. — 92 sic codd. Ed. ὀδόντος ἢ κέρατος ντος, sed in nota : « adest mendi suspicio. » Post unc versum incipit cod. Escorialensis. — 100 261 ὅλκον (hoc accentu) editio sine varietate in lillerianis annotata; item De plantis 250. — 37 πέτηλον codices consensu. — 156 probabilisima sane est emendatio Wernsdorfii οὐ κέρχος, ed non recepi : nam quos vidi caudæ erectæ motus in elephanto currente speciem præbent flagellandis tergis concitantis sese belluæ; quo respexerit Phile. — 179 τὴν ἀγρίαν Esc. solus. — 190 seqq. respicitur ad Ælian. VII, 43 coll. I, 38. — 197 τεχνίτου σκάρυφον codd., τεχνίτου πάρυφον ed. Conjecturam Wernsdorfii τεχνίτης recipiendam esse putavi. Idem recte correxit versum 204, ubi omnes χοροστάτης. — 205 ἐμβολῆς codd. et ed.; quod quid sit, cum aliis ignoro. Post 216 versus accessit ex codd. — 240 τὰς κύνας Flor. et Vat. — 246 ἔχθιστόν Flor. solus. — 295. *Malleolo* in latinis posui, non *malleo*, ut lusum scriptoris exprimerem, de quo Wernsd. : « Apposite autem corpus prægrande natantis belluæ vocat σφυρήλατον, quasi σφυροῖς ἐλαυνόμενον σκάφος, *navigium pedum remis agitatum,* ac simul solidum nullisque rimis fatiscens. » — 311 ῥιπτοῦσιν e Flor. solo enotatum. — 333 λόγων Esc. solus. — 362 εἰ σιγήσει Vat. ex correctione. — 365 « non exspectantes videlicet donec lapides clamitent. » W.

DE PLANTIS. Hujus poematis unum modo codicem Millerus excussit, sed præstantissimum, unde initium carminis olim acephali nunc primum innotuit. Accesserunt *decem* versus primi, ut jam qui locos quærent secundum veteres numeros, δεκάδα debeant admetiri. — 27 scribendum videtur ἃ σμικρά. — 31 sine sensu legebatur τῷ σῷ βασιλεῖ. Dubitans correxi; confer v. 96 sqq. — 32 οὐδὲ legebatur. — 34 μάθοι cod. — 70 codex ζέοντος ex correctione. — 80 ex codice. In ed. male legebatur hic versus post v. 146, ubi cod. omittit. — 156 ἱδρυθεῖσα cod.; ἐνταθεῖσα edit., recte correctum ἐνσταθ. a Wernsdorfio; non necessaria est autem hæc correctio in Eleph. v. 124, ubi ἐνταθείς apte dictum. — 194 ἐφ' οὗς codex. — 197 μεταλλάττουσαν scriptum fuisse videtur, et jam Wernsdorfius vertit *mirifice varium;* sed recipere non sum ausus, quod apud hunc scriptorem ὑπὸ

παντὶ λίθῳ σκορπίος εὕδει, nimirum abstrusæ quædam et perplexæ nugæ. Ed. μεταλλείουσαν, cod. μεταλλεύουσαν. — 211 ξενόδλυστον cod. ex correctione. — 221 ἀφυδρίσοι cod., — σει ed. — 246 ἀναγκάσοι, 249 παραχμάσοι cod. — 274 μῦρον codex. Mirum istud ἡδονῆς reddidi ut potui. — 310 εὐοσμίαν codex correctus, quod desiderabat Wernd. — 322 κτέαρ, *opulentia*, στέγος, σπέος tentat Wernsd. — 344 μένοις, 360 ἐκδιώκοι cod. — 365 τὴν δύναμιν codex, accentu prorsus insolito, ut haud dubie scribendum sit

καὶ θαῦμα νικῶν τὴν δύναμιν τῶν λόγων.

IN VERMEM SERICUM versus edidit J. L. Idelerus in vol. I Physicorum et Med. Græc. minorum, p. 287-9, e codice Monacensi. Millerus etiam descripserat e Florentino codice : qui libri duo prorsus gemini sunt, sed aut typographi culpa aut ejus qui codicem versaverat, nonnulla perperam expressa leguntur ap. Ideler., quæ haud dubie recte habent in cod. Monacensi. — 46, 47 non satis intelligo; et deserit apographum Florentini, ad versum 48 aberrans ποιεῖ γὰρ αὐτοὺς ἡγεμὼν τετ.

DE VERME SERICO versus ex codice Roei producti in Miscell. Observatt. vol. VI, p. 166-7. In Millerianis non vidi. Ubi codicis sive potius apographi Amstel. scripturam simpliciter indico, Wernsdorfii emendatio recepta est. — 2 μέγας cod. — 7 ἐπιτρέπουσαν ἀκὴν cod. Etiam τοῦ χρόνου probabiliter Wernsd. — 10 εἰς εὐτόμους ἕλικας ἐσπειραμένην, sic correxi quæ edebantur εἰς αὐτὸ μὲν ἑλίκας (sic) ἐπαραμένην. Similiter in *Plantis* v. 68 legebatur ἐσπαραμένος pro ἐνσπειραμένος (sic codex, non ἐσπ.). — 11 γὰρ dedi pro γε. — 14 συλλέγον scripsi quod erat συλλέγων, sic intellectum ab Editore : « ad instar lapidis, luti onera sensim colligentis. » — 17 βλίσῃ cod. — 19 ο in ἀπό non recte productum. De eadem re loquitur qua in præcedente poemate v. 38 : καὶ βουχράνου κίνησιν ἑστῶτος φέρων ταλασιουργεῖ. Ut hic facile cogites de καὶ τὴν κεφαλὴν ὡς ἀπὸ κράνου, sive ὥστε βουκράνου. (Κράνον de *capite* habet Eustathius.) Sed in his me contineam oportet, quum prorsus ignorem quæ sit forma, quis usus βουκράνου instrumenti. — 29 ὑποληφθεὶς cod. — 31 χωνοῖ et πιλνιθέντας cod. — 37 ἐγκοσμούμενος cod. — 38 προσηνῶς scripsi; πρὸς ἡμᾶς cod. — 40 φίλων cod. — 43 ὡς ὑπὸ λῃστῇ τῷ φθ. πάντων φθόρων codex. Philen sapit Wernsdorfii restitutio (ut Mors sit quasi ἀρχιλῃστής) quam recepi; malui tamen πάντων φθόρῳ sive παντοφθόρῳ præ vulgato « qui omnia caduca vastat, » quomodo explicat τῷ φθ. πάντων φθόρων.

DE VULTURIBUS ex Monacensi cod. edidit Ideler. l. c. p. 285 : Ἔφοδος περὶ γυπῶν, i. e. ni fallor, introitus et procemium a vulturibus ductum; ut poema ipsum librarius omiserit. De re Ælianus N. A. 11, c. 46. Vitiose edebatur versu 6 καταλλήλων, 8 πρὸς σφαγῆς, 9 ὥσπερ πόλιν.

FR. DÜBNER.

FRAGMENTA

POEMATUM

REM NATURALEM VEL MEDICINAM SPECTANTIUM.

ARCHESTRATUS, NUMENIUS HERACLEOTA, PANCRATES ARCAS, RUFUS EPHESIUS, JUSJURANDUM MEDICUM, ANONYMI THERIACA, PHILONIUM, EUDEMI THERIACA, ANDROMACHI THERIACA, AGLAIAS; MNESITHEUS ATHENIENSIS, SERVILIUS DAMOCRATES PRÆCEPTA SALUBRIA ASCLEPIADI QUÆ TRIBUUNTUR.

OMNIA COLLEGIT, DENUO RECOGNOVIT; PLERAQUE FRAGMENTA MEDICINALIA CUM CODD. COMPARAVIT; PAUCA QUÆDAM NUNC DEMUM PRIMUM EDIDIT

U. CATS. BUSSEMAKER.

PRÆFATIO.

Rogatus ut reliquias carminum græcorum rem naturalem vel medicam spectantium colligerem, um mente reputarem quænam his collectaneis nsererem, ante omnia sese obtulerunt fragmenta carminis Archestrati Geloi vel Syracusani De oponiis, quæ nobis servavit Athenæus. Ista autem ragmenta antea jam collegerat Schneiderus in ronte Aristotelis Hist. Anim. (T. I, p. LV-LXXV), ed nescio quo lapsu quinque omisit haud sperenda quæ reliquis addidi. Quod vero ipsum rchestratum attinet, Schneiderus (l. l. p. LIII t LXIX) sat probavit, eum Aristotelis et Demothenis fuisse æqualem.

Archestrati fragmentis subjunxi Numenii Heacleotici quæ supersunt; fuit autem Numenius Athen. I, p. 5 a) medicus Dieuchis discipulus, nde colligere licet, eum Alexandri Magni successoribus certe non fuisse inferiorem, quia empe ipse Dieuches (Galenus Comm. in Hipocr. De nat. hom. T. V, p. 23, ed. Bas.) inter edicos Herophilo, qui Ptolemæi Lagi æqualis uit, antiquiores recensetur. Scripsit Numenius • Περὶ δείπνων, an versibus vel pedestri oratione, on constat, quia integrum opus periit; 2° carmen e piscatu (Athen. I, p. 13 b), cujus fragmenta b Athenæo nobis servata exhibuimus. 3° Θηριαόν, cujus tria fragmenta exstant apud Schol. Nic. her., infra a nobis exhibenda, quodque carmen, odem Scholiasta testante, imitatus est Nicander.

Numenium sequitur Pancrates Arcas qui, teste odem Athenæo (l. l.), itidem carmen conscripsit e re piscatoria, de cujus ætate tamen vel vita lane nihil constat. Fragmenta autem huc usque emorata atque maximam partem ex Athenæo esumpta, codicum nondum excussorum ope detitutus, exhibui qualia in recentissimis hujus uctoris editionibus leguntur, adoptatis virorum octorum conjecturis quæ mihi probandæ esse idebantur; nonnulla tamen loca fœde corrupta ntacta relinquere coactus sum. Addidi interpretationem Schweighæuserianam, leviter immutatam iis solummodo in locis, ubi sive quod aliam lectionem adoptaveram, sive alia quacunque denique de causa, Latina Græcis non accurate respondere mihi videbantur; duo fragmenta e Schol. Nic. desumpta ipse Latine reddere conatus sum.

Transeundum jam ad medica; horum agmen ducit jusjurandum, quod benigne mecum communicavit vir doct. Daremberg, qui id Romæ e cod. Colonnæ exscripsit apographumque dein cum Cod. Laurent. contulit. Hoc excipit initium carminis De medicamentis letalibus auctore Heliodoro Atheniensi, qui ipsum nostrum jusjurandum compilasse videtur; ætas autem vel vita hujus Heliodori plane incognita est. Post Heliodorum exhibui fragmentum Rufi Ephesii medici celeberrimi De ladano, cujus de scriptis ut disseramus non videtur hicce locus maxime idoneus; vixit autem, teste Suida (in voce), Trajano regnante. Seriem fragmentorum hexametro metro conscriptorum claudit Theriaca ignoti auctoris e Galeno desumpta.

Inter elegias primum locum tenere jussi descriptionem medicamenti a Philone Tarsensi Φιλωνείου dicti, de quo ipse Galenus (sec. loc. IX; T. II, p. 297) πρώτη μὲν οὖν, inquit, αὐτῶν (τῶν ἀνωδύνων τε καὶ κωλικῶν ὀνομαζομένων φαρμάκων), ὡς ἔοικεν, ἐν τοῖς πάλαι χρόνοις ἡ τοῦ Φίλωνος ἔνδοξος ἐγένετο. Notandum autem, Galenum raro admodum adhibere verba πάλαι vel παλαιός de temporibus Alexandro Magno multo inferioribus. Huic carmini addendum esse putavi commentarium Galeni, quippe quod per se vix intelligi quit.

Sequitur carmen, quod nobis traditum est cum inscriptione Θηριακὴ Ἀντιόχου τοῦ Φιλομήτορος παρ' Εὐδήμου ἐμμέτρως ἀναγεγραμμένη. Quæri potest, quem sensum huic titulo tribuere debeamus, an Antiochus medicamentum invenerit, cujus confectionem dein memoriæ tradiderit Eudemus, an vero Antiochus usus sit medicamento, quod olim invenerat Eudemus. Quodsi hanc adoptamus interpretationem, Eudemus, medicamenti auctor idem esse poterit ac Eudemus, Herophili

Erasistratique æqualis (Gal. Comm. VI in Aphor. T. V, p. 301). Nomen certe Antiochi Philometoris satis indicat hoc medicamentum initio secundi ante nostram æram seculi non fuisse recentius; est porro eadem theriaca quæ teste Plinio (XX, 24) lapide incisa erat versibus in limine ædis Æsculapii.

Post Theriacam Eudemi exhibuimus Theriacam Andromachi senioris celeberrimam, Neroni imperatori dedicatam, de cujus ætate igitur ut disceptemus non est opus.

Ultimum inter carmina elegiaca locum tenet medicamentum Aglaïæ adversus suffusiones incipientes. Hujus carminis primam notitiam debemus viro cl. Villoison, qui octo priores versus edidit e Cod. Veneto (Anecd. gr. T. II, p. 179); deinde ante hosce quattuor annos vir doct. Sichel primus integrum carmen in lucem protulit e Cod. Parisino in Diario *Revue de Philologie* (Vol. II, N° 1). Quodsi Alexander, cujus in medicamenti inscriptione fit mentio, fuerit Alexander Philalethes Strabonis æqualis (XII, p. 869), ipse Aglaïas, uti jam monuerat doct. Sichel, fere Andromachi habendus est æqualis, atque hæc conjectura eo fit perquam verisimilis, quod ipse Alexander, quemadmodum e Galeno (De diff. puls. IV, 5, T. III, p. 46) constat, discipulum habuit Demosthenem. Nescio tamen, quamobrem doct. Sichel confectionem tantum medicaminis tribuerit ipsi Aglaïæ, carminis vero auctorem habuerit grammaticum quemdam Byzantinum; nobis nulla causa exstare videtur, quare cum medicaminis tum carminis originem aliunde deducamus quam ab Aglaïa nostro. Huic quoque carmini subjungenda esse censuimus Scholia ex eodem Codice deprompta, quia his carenti certe intellectu non facilius inveniretur quam Philonium.

Carmina elegiaca rursus excipiunt iambi de vino auctore Mnesitheo Athenensi apud Athenæum legendi quibus addidi elegantissimam Grotii interpretationem. Quod ad Mnesithei ætatem attinet, recensetur itidem a Galeno (Comm. in Hipp. nat. hom. l. l.) inter medicos Herophilo antiquiores, citaturque præterea ab Alexi comico (ap. Athenæum X p. 419 c). In reliqua Mnesithei opera nihil est cur nunc inquiramus.

A Mnesitheo transivi ad versus iambicos, quibus Servilius Damocrates multa medicamenta descripsit quorumque separatam editionem inchoavit, sed non absolvit doct. Harles (Bonnæ 1833. 4to). Fuit autem hicce Damocratis Plinii majoris æqualis (Hist. Nat. XXIV, 7).

Medicinalia carmina omnia quæ ad hunc usque locum enumeravi, exceptis jurejurando, Aglaïæ medicamento et Mnesithei iambis, desumpta sunt e Galeni operibus, partim e Libb. De med. comp. sec. loc., partim e Libb. De med. comp. sec. gen., partim denique e Tractatu de Antid. Itaque cum omnes fere libri Galenici in hunc usque diem editi acriter manum emaculantem expectant, quam primum mihi demandatum fuit munus horum carminum edendorum, sedulo operam dedi, ut Codd. nanciscerer, quorum ope carminum textum emendare possem. Hunc in finem excussi quinque Codd. Parisinos (2155, 2156, 2158, 2164, 2173), qui opus De med. sec. loc. ejusve partem continent iique mihi haud contemnendam opem ad emendandum contextum tulerunt. Cum autem Parisiis deessent (1) Codd. Libb. De medic. comp. sec. gen., Romæ forte degens inspexi Cod. Reg. Christinæ hos libros exhibentem, unde sat magnum quoque emolumentum in editionem nostram redundavit. Libb. tandem de Antid. duo tantum Codd. Parisini (2164 et 35 Supplem. quod dicitur) mihi præsto erant iique recentissimi, attamen et his adjuto nonnulla, etiamsi pauciora, e nostris carminibus menda ejicere mihi licuit. Quum autem hujus editionis ratio vetat, quominus variæ lectiones contextui subjiciantur, ubicunque mea conjectura contextum emendare conatus sum, si aliquo modo fieri posset, verba addita uncis inclusi, vel emendata signo (?) indicavi, quo melius distinguerentur a locis, quibus vel Codd., vel passim etiam, licet raro, antiquarum editionum (Ald. et Bas.) ope pristinum nitorem restitu ram. Ut porro Latine exhiberem hæc carmina iis quæ e Libb. De med. comp. sec. loc. petita erant addidi interpretationem Jani Cornarii, carminibus vero e Libb. De med. comp. sec. gen. desumptis translationem Guinteri Andernacensis quas nonnisi iis in locis castigare conatus sum ubi vel propter mutatam lectionem, vel quacunque denique alia de causa, Latina Græcis non respo

(1) In Catalogo quidem hi libri in Codd. 2156 et 21 inveniri dicuntur, sed Libb. VI-XI De simpl. medic., q hic sub titulo Περὶ ἁπλῶν κατ' εἶδος veneunt, auctores cat logi in errorem induxerunt.

debant. At carminum quæ in Libb. De antid. leguntur, tres inspexi interpretationes, primam Joach. Camerarii, alteram Guintheri Andernacensis, tertiam Julii Martiani Rotæ, quarum nulla ubique cum satisfacere videretur, selegi quovis loco quæ optime verba Græca Latine reddebat, in iis vero locis ubi omnes displicebant, ipse interpretationem Latinam resarcire conatus sum.

Non indigna tandem judicavi quæ his collectaneis insererentur Præcepta salubria, quorum 40 versus priores primum in programmate academico e Cod. Mosquensi edidit Gruner Ienæ 1782 4°; dein doct. Berger in *Aretin Beitræge zur Geschichte und Literatur* T. IX, p. 1001 Monach. 1807, 8° e Cod. Monacensi edidit 25 priores versus; postea Doct. Schubart totum carmen edidit e Cod Vindobonensi in Diario cui nomen est *Wiener Iahrbücher der Literatur Jahrg.* 1834 *Anzeige-Blatt für Wissenschaft und Kunst* p. 93; his tribus editionibus novam superstruxit vir doct. Rob. Ritter von Welz, quæ prodiit Wirceburgi, 1841, 8°; nobis porro ante hos sex annos Berolini inspicere licuit schedas viri Doct. Dietz, præmaturo fato abrepti, indeque excerpsimus lectiones Cod. Vat. et 3 Codd. Florent., inter quos duo saltem omnibus aliis præferendi esse videntur; benevolentiæ tandem viri doct. Daremberg debemus varias lectt. Cod. Ottoboniani, quarum ope jam quindecim versibus (40, 43 et 44, 53-56, 68-71, 91-94) auctiora prodeunt hæc præcepta; inter hos versus tamen duo (54 et 55) fœde sunt corrupti. De auctore horum præceptorum vel de ætate qua conscripta sint perquam difficile est aliquid certi statuere; nulla enim fides est habenda codd. qui versus hos modo Asclepiadibus, modo vero Asclepiadi et Dioscoridi, modo tandem Oribasio tribuunt. Ipsa jam metri ratio serioris ætatis documentum esse videtur; scripta enim sunt hæc præcepta iambis ita dictis Byzantinis quorum omne artificium eo constat quod singuli versus duodecim syllabis absolvuntur; excipiendi tamen sunt duo priores versus pentastichi quod tituli locum tenet; nam hi quattuor anapæstis cum dimetro iambico brachycatalectico constare videntur, at inveniuntur solummodo in Cod. Vind.; Cod. Ottob. omittit vs. 1, secundumque versum incipit a voce μεταδίδοσθαι et in fine versus legit ἐξορκίσας· reliqui Codd. toto pentasticho carent. Ceterum totum carmen vocibus plane barbaris caret, nisi forte excipias vs. 3, ubi omnes Codd. præter Mosquensem pro πολύμικτον legunt πολύμινσον· præterea voces χώναρος (vs. 89), κολλούριον (vs. 89 et 98), uti et genitivi σου τὸν δόμον (vs. 47) et σου τὴν στέγην (vs. 50) pro serioris ætatis argumento haberi possunt; verba porro μετὰ θεοῦ (vs. 27) vix ab alio quam a Christiano auctore profecta esse videntur, quemadmodum jam animadverterat Doct. Schubart, et totum carmen aliquo modo disciplinam monasticam redolere videtur. Non negandum tamen, auctorem horum versuum aliquo modo in lectione librorum antiquorum versatum fuisse, uti indicant voces λύθρου βλύσις (vs. 32), αἴσιον (vs. 59), κτιννύεις (vs. 90 et 91). Hujusmodi argumentis forsan solvenda erit quæstio, num hoc carmen unum auctorem habuerit, an a pluribus viris ætate inæqualibus sit conscriptum; doct. von Welz id quattuor partibus constare affirmat, quarum secunda incipit a vs. 28, tertia a vs. 45 et quarta a vs. 80, atque duas posteriores prioribus recentiores esse contendit. Huic autem opinioni aliquo modo favere videtur, quod in Codd. Vindob. et Florent. margini vs. 28 adscriptum est nomen Dioscoridis.

U. CATS BUSSEMAKER.

Scripsi Parisiis, pridie Nonas Majas 1850.

ΦΥΣΙΟΛΟΓΩΝ ΚΑΙ ΙΑΤΡΙΚΩΝ

ΠΟΙΗΜΑΤΩΝ ΤΙΝΩΝ

ΤΑ ΛΕΙΨΑΝΑ.

ΑΡΧΕΣΤΡΑΤΟΥ

ΤΟΥ ΓΕΛΩΙΟΥ Η ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΥ,

ΕΚ ΤΗΣ ΗΔΥΠΑΘΕΙΑΣ, Η ΓΑΣΤΡΟΝΟΜΙΑΣ, Η ΓΑΣΤΡΟΛΟΓΙΑΣ, Η ΔΕΙΠΝΟΛΟΓΙΑΣ, Η ΟΨΟΠΟΙΙΑΣ, Η ΟΨΟΛΟΓΙΑΣ, ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

I.

Ἱστορίης ἐπίδειγμα ποιούμενος Ἑλλάδι πάσῃ.

(Athen. I, p. 4 c.)

II.

ὅπου. . . . .
Ἐστὶν ἕκαστον κάλλιστον βρωτόν τε ποτόν τε.

(Ib. VII, p. 278 d.)

III.

Πρὸς δὲ μιᾷ πάντας δειπνεῖν ἁβροδαίτι τραπέζῃ·
Ἔστωσαν δ' ἢ τρεῖς ἢ τέσσαρες οἱ ξυνάπαντες,
Ἢ τῶν πέντε γε μὴ πλείους· ἤδη γὰρ ἂν εἴη
Μισθοφόρων ἁρπαξιβίων σκηνὴ στρατιωτῶν.

(Ib. I, p. 4 e. Conf. Eustath. p. 1376, 42.)

IV.

Πρῶτα μὲν οὖν δώρων μεμνήσομαι ἠϋκόμοιο
Δήμητρος, φίλε Μόσχε· σὺ δ' ἐν φρεσὶ βάλλεο σῇσιν·
Ἔστι γὰρ οὖν τὰ κράτιστα λαβεῖν βέλτιστά τε πάν- [των
Εὐκάρπου κριθῆς καθαρῶς ἠσκημένα πάντα
Ἐν Λέσβῳ, κλεινῆς Ἐρέσου περικύμονι μαστῷ,
Λευκότερ' αἰθερίας χιόνος. Θεοὶ εἴπερ ἔδουσιν
Ἄλφιτ', ἐκεῖθεν ἰὼν Ἑρμῆς αὐτοῖς ἀγοράζει.
Ἔστι δὲ κἀν Θήβαις ταῖς ἑπταπύλοις ἐπιεικῆ,
Κἀν Θάσῳ, ἔν τ' ἄλλαις πόλεσίν τισιν, ἀλλὰ γίγαρτα
Φαίνονται πρὸς ἐκεῖνα· σαφεῖ τάδ' ἐπίστασο δόξῃ.
Στρογγυλοδίνητος δὲ τετριμμένος εὖ κατὰ χεῖρα
Κόλλιξ Θεσσαλικός σοι ὑπαρχέτω, ὃν καλέουσι
Κεῖνοι κριμματίαν, οἱ δ' ἄλλοι χόνδρινον ἄρτον.
Εἶτα τὸν ἐν Τεγέαις σεμιδάλεος υἱὸν ἐπαινῶ
Ἐγκρυφίαν. Τὸν δ' εἰς ἀγορὰν ποιεύμενον ἄρτον
Αἱ κλειναὶ παρέχουσι βροτοῖς κάλλιστον Ἀθῆναι.
Ἐν δὲ φερεσταφύλοις Ἐρυθραῖς ἐκ κλιβάνου ἐλθὼν
Λευκὸς, ἁβραῖς θάλλων ὥραις τέρψει παρὰ δεῖπνον.

(Ib. III, p. 111 f. Conf. Eustath. p. 280, l. 8.)

CARMINUM NONNULLORUM

REM NATURALEM VEL MEDICAM

SPECTANTIUM

RELIQUIÆ.

ARCHESTRATI

GELOI AUT SYRACUSII :

E CARMINE CUI TITULUS DELICIÆ, VEL VENTRIS LEGES, VEL VENTRIS DISCIPLINA, VEL DAPUM DISCIPLINA, VEL OPSONIORUM APPARATUS, VEL OPSONIORUM DISCIPLINA, QUÆ SUPERSUNT.

I.

Helladi doctrinæ specimen nunc præbeo toti.

II.

Inveniasque ubinam meliora dapemque potumque.

III.

Mensa una omnes deliciis cœnare referta;
Accumbant verum tantummodo quattuor aut tres,
Ad summum quinque et non plures : nam fuerit jam
Militis hæc nummo conducti turba rapacis.

IV.

Principio igitur munera commemorabo pulcricomæ
Cereris, care Mosche; tu vero tua mente repone.
Præstantissima hæc capere licet et optima omnium
Ex hordeo fœcundo munde omnia parata
In Lesbo, in celebris Eresi circumfluo clivo
Ætherea nive candidiora. Dii si comedant
Polentam, hinc emit illis profectus Mercurius.
Sunt vero etiam Thebis septem habentibus portas proba,
Et Thasi, aliisque nonnullis oppidis, sed vinacea
Videntur, cum illis si conferantur; hoc pro comperto habeto.
In rotundam formam tortus, manu probe subactus
Collix Thessalicus sit tibi, quem vocant
Illi crimmatian, ceteri vero panem ex alica;
Deinde Tegeatem similæ filium laudo,
Sub cinere coctum. Sed fori gratia factum panem
Pulcerrimum mortalibus offerunt illustres Athenæ.
At qui in Erythris vitiferis e clibano exit
Albus, speciosa pulcritudine nitens cœnantem oblectabit.

V.

Ἔστω δή σοι ἀνὴρ Φοίνιξ ἢ Λυδὸς ἐν οἴκῳ
Ὅστις ἐπιστήμων ἔσται σίτοιο, κατ' ἦμαρ
Παντοίας ἰδέας τεύχων, ὡς ἂν σὺ κελεύῃς.

(Ib., p. 112 c.)

V.

Esto tibi domi Phœnix vir aut Lydus,
Qui frumenti peritus sit, quotidie
Omnifarias struens formas, prouti jusseris.

VI.

Εἶθ' ὁπόταν πλήρωμα Διὸς σωτῆρος ἕλησθε,
Ἤδη χρὴ γεραὸν, πολιὸν σφόδρα κρᾶτα φοροῦντα
Οἶνον, ὑγρὰν χαίταν λευκῷ πεπυκασμένον ἄνθει,
Πίνειν ἐκ Λέσβου περικύμονος ἐκγεγαῶτα.
Τόν τ' ἀπὸ Φοινίκης ἱερᾶς τὸν Βύβλιον αἰνῶ·
Οὐ μέντοι κείνῳ γε παρεξισῶ αὐτόν· ἐὰν γὰρ
Ἐξαίφνης αὐτοῦ γεύσῃ, μὴ πρόσθεν ἐθισθεὶς,
Εὐώδης μὲν σοι δόξει τοῦ Λεσβίου εἶναι
Μᾶλλον· ἔχει γὰρ τοῦτο χρόνου διὰ μῆκος ἄπλατον·
Πινόμενος δ' ἥσσων πολλῷ· κεῖνος δὲ δοκήσει
Οὐχ οἴνῳ σοι ἔχειν ὅμοιον γέρας, ἀμβροσίᾳ δέ.
Εἰ δέ τινες σκώπτουσιν ἀλαζονοχαυνοφλύαροι,
Ὡς ἥδιστος ἔφυ πάντων Φοινίκιος οἶνος,
Οὐ προσέχω τὸν νοῦν αὐτοῖς.
Ἔστι δὲ καὶ Θάσιος πίνειν γενναῖος, ἐὰν ᾖ
Πολλαῖς πρεσβεύων ἐτέων περικαλλέσιν ὥραις.
Οἶδα δὲ κἀξ ἄλλων πόλεων βοτρυοσταγῆ ἔρνη
Εἰπεῖν αἰνῆσαί τε, καὶ οὔ με λέληθ' ὀνομῆναι,
Ἀλλ' οὐδὲν τἄλλ' ἐστὶν ἁπλῶς πρὸς Λέσβιον οἶνον·
Ἀλλά τινες χαίρουσιν ἐπαινοῦντες τὰ παρ' αὐτοῖς.

(Ib. I, p. 29 b. Conf. Eustath., p. 1449, l. 13.)

VI.

Deinde cum complementum Jovis servatoris ceperitis,
Jam oportet vetustum, canum admodum caput gerens
Vinum, cujus uda cæsaries albo flore tecta sit,
Bibere Lesbo fluctibus cincta prognatum.
Laudo etiam Byblinum e sancta Phœnicia,
Nec tamen illi certe æquiparo hoc; nam si
Hoc subito gustaris, non prius adsuetus,
Fragrantius quidem tibi videbitur esse
Lesbio; debet enim hoc temporis spatio immenso;
At potatum inferius longe; illud vero videbitur
Non vino simile munus habere, sed ambrosiæ.
Quodsi cavillantur quidam vani tumidique nugatores,
Quasi suavissimum sit omnium vinum Phœnicium,
Iis mentem non adverto.
Est vero et Thasium potu generosum, si sit
Multis perpulcris annorum grave leporibus.
Possem et aliis ex urbibus uvas stillantes palmites
Dicere, laudareque, nec me latent eorum nomina,
Sed reliqua nihili sunt, si cum Lesbio, quid multa? confe- [rantur,
Verum reperiuntur qui patria commendare ament.

VII.

Ῥυσαὶ καὶ δρυπεπεῖς παρακείσθωσάν σοι ἐλαῖαι.

(Ib. II, p. 56 c.)

VII.

Rugosæque et drupæ tibi inferantur olivæ.

VIII.

Βολβῶν καὶ καυλῶν χαίρειν λέγω ὀξυβάφοισι
Ταῖς τ' ἄλλαις πάσῃσι παροψίσιν.

(Ib. II, p. 64 a.)

VIII.

Bulborum et caulium valere jubeo acetabula
Reliquaque omnia opsonia secundaria.

IX.

Τοῦ δὲ λαγὼ πολλοί τε τρόποι, πολλαὶ θέσιές τε
Σκευασίας εἰσίν· κεῖνος δ' οὖν ἐστιν ἄριστος,
Ἂν πεινῶσι μεταξὺ φέρῃς κρέας ὀπτὸν ἑκάστῳ,
Θερμὸν, ἁπλῶς ἁλίπαστον, ἀφαρπάζων ὀβελίσκου
Μικρὸν ἐνωμότερον. Μὴ λυπείτω δέ σ' ὁρῶντα
Ἰχῶρα στάζοντα κρεῶν, ἀλλ' ἔσθιε λάβρως.
Αἱ δ' ἄλλαι περίεργοι ἔμοιγ' εἰσὶν διὰ παντὸς
Σκευασίαι, γλοιῶν καταχύσματα, καὶ κατάτυρα,
Καὶ κατέλαια λίαν, ὥσπερ γαλῇ ὀψοποιούντων.

(Ib. IX, p. 399 d.)

IX.

Leporis parandi multæ sunt rationes
Multaque præcepta; at optimus ergo hicce est,
Cum esurientibus inferas carnem assam singulis
Calidam, simpliciter sale inspersam, e veru dereptam
Nonnihil crudiusculam. Nec te offendat videre
Saniem e carnibus stillantem, sed magna copia ede.
Reliqui, me judice, inepti sunt semper
Apparatus, si rebus viscidis perfundas, multoque caseo,
Oleove nimis inungas, quasi mustelæ opsonia condiens.

X.

Καὶ σιτευτοῦ χηνὸς ὁμοῦ σκεύαζε νεοττὸν,
Ὀπτὸν ἁπλῶς καὶ τόνδε.

(Ib., p. 384 b.)

X.

Et anseris altilis simul para pullum
Assum, hunc quoque simpliciter.

XI.

Καὶ σελάχη μέντοι κλεινὴ Μίλητος ἄριστα
Ἐκτρέφει· ἀλλ' οὐ(?)χρὴ ῥίνης λόγον ἢ πλατυνώτου

XI.

Atque cartilagineos quidem inclyta Miletus optimos
Alit, sed non (?) oportet squatinæ aut lato dorso

Λειοβάτου ποιεῖσθαι· ὁμῶς κροκόδειλον ἂν ὀπτὸν
Δαισαίμην ἀπ' ἰπνοῦ, τερπνὸν παίδεσσιν Ἰώνων.

(Ib. VII, p. 319 e.)

Levis rajæ rationem habere; hac ratione crocodilum quoque
Cœnare possem, oblectamentum Ionum filiis.

XII.

Ἐν δὲ Τορωναίων ἄστει τοῦ καρχαρία χρὴ
Τοῦ κυνὸς ὀψωνεῖν ὑπογάστρια κοῖλα κάτωθεν·
Εἶτα κυμίνῳ αὐτὰ πάσας, ἁλὶ μὴ συχνῷ ὄπτα.
Ἄλλο δ' ἐκεῖσε, φίλη κεφαλή, μηδὲν προσενέγκης,
Εἰ μὴ γλαυκὸν ἔλαιον· ἐπειδὰν δ' ὀπτὰ γένηται
Ἤδη, τριμμάτιόν τε φέρειν, καὶ ἐκεῖνα μετ' αὐτοῦ.
Ὅσσα δ' ἂν ἐν λοπάδος κοίλης πλευρώματι ἕψῃς,
Μήθ' ὕδατος πηγὴν [αὐτοῖς], μήτ' οἴνινον ὄξος
Συμμίξῃς, ἀλλ' αὐτὸ μόνον κατάχευον ἔλαιον,
Αὐχμηρόν τε κύμινον, ὁμοῦ δ' εὐώδεα φύλλα.
Ἕψε δ' ἐπ' ἀνθρακιῆς, φλόγα τούτοις μὴ προσενεγ-
Καὶ κίνει πυκινῶς, μὴ προσκαυθέντα λάθῃ σε. [κών,
Ἀλλ' οὐ πολλοὶ ἴσασι βροτῶν τόδε θεῖον ἔδεσμα,
Οὐδ' ἔσθειν ἐθέλουσιν ὅσοι κεπφαττελεβώδη
Ψυχὴν κέκτηνται θνητῶν, εἰσίν τ' ἀπόπληκτοι,
Ὡς ἀνθρωποφάγου τοῦ θηρίου ὄντος· ἅπας δὲ
Ἰχθὺς σάρκα φιλεῖ βροτέην, ἄν που περικύρσῃ·
Ὥστε πρέπει καθαρῶς ὁπόσοι τάδε μωρολογοῦσιν
Τοῖς λαχάνοις προσάγειν, καὶ πρὸς Διόδωρον ἰόντας
Τὸν σοφὸν ἐγκρατέως μετ' ἐκείνου πυθαγορίζειν.

(Ib. VII, p. 310 c, et IV, p. 163 d.)

In Toronæorum urbe oportet carchariæ
Canis opsonari cava inferne abdomina,
Deinde assa cum cumino, conspergens sale haud nimio.
Aliud vero huc, o carum caput, haudquaquam adjicias,
Nisi glaucum oleum; ubi autem assa sunt
Jam, tunc intinctum infer, illaque simul cum hoc.
Quod ad ea vero quæ in concavæ patinæ lateribus elixas,
His neque aquæ fontem, neque e vino paratum acetum
Admisce, sed infunde nil nisi oleum ipsum
Aridumque cuminum et simul cum his folia fragrantia.
Coque autem super carbonibus, flammam iis non admovens,
Agitaque frequenter, ne inscio te adurantur.
Verumtamen pauci norunt mortales divinum hoc edulium,
Neque eo vesci volunt quicunque cepphо attelaboque simi-
Habent mentem homines suntque attoniti, [lem
Quippe scilicet humana carne vescitur animal; at quivis
Humanam amat carnem piscis, sicubi fuerit nactus.
Oportet itaque simpliciter qui inepta hæc garriunt
Ad olera adducere, sapientemque Diodorum adeuntes
Temperanter philosophiæ Pythagoricæ operam dare.

XIII.

Ἐν δὲ Ῥόδῳ γαλεὸν τὸν ἀλωπέκα· κἂν ἀποθνήσκειν
Μέλλῃς, ἂν μή σοι πωλεῖν θέλῃ, ἅρπασον αὐτὸν,
Ὃν καλέουσι Συρακόσιοι κύνα πίονα, κᾆτα
Ὕστερον ἤδη πάσχ' ὅ τί σοι πεπρωμένον ἐστίν

(Ib. VII, p. 286 a, et 295 a.)

Rhodi mustelam vulpem; vel si moriendum
Esset, ni tibi vendere voluerint, furto aufer hunc,
Quem Syracusii vocant canem pinguem; ac deinde
Postmodum quod tibi fato destinatum est patere.

XIV.

Καὶ νάρκην ἑφθὴν ἐν ἐλαίῳ ἠδὲ καὶ οἴνῳ
Καὶ χλόῃ εὐώδει καὶ βαιῷ ξύσματι τυροῦ.

(Ib., p. 314 d.)

Et torpedinem elixam in oleo atque etiam vino
Cum fronde fragranti et exiguo casei ramento.

XV.

Ἀλλά μοι ὀψώνει γλαύκου κεφαλὴν ἐν Ὀλύνθῳ
Καὶ Μεγάροις· σεμνὸς γὰρ ἁλίσκεται ἐν τενάγεσσιν.

(Ib., p. 295 c.)

At glauci mihi caput opsonare Olynthi
Et Megaris; venerandus enim capitur in locis vadosis.

XVI.

Βάτραχον ἔνθ' ἂν ἴδῃς, ὀψώνει.... καὶ
Γάστριον αὐτοῦ σκεύασον.

(Ib., p. 286 d.)

Ranam, ubicunque videris, opsonare.... et
Abdomen ejus parato.

XVII.

Καὶ βατίδ' ἑφθὴν ἔσθε μέσου χειμῶνος ἐν ὥρῃ·
Καὶ ταύτῃ τυρὸν καὶ σίλφιον· ἅττα τε σάρκα
Μὴ πίειραν ἔχει πόντου τέκνα, τῷδε τρόπῳ χρὴ
Σκευάζειν· ἤδη σοι ἐγὼ τάδε δεύτερον αὐδῶ.

(Ibid.)

Elixamque rajam comede mediæ hyemis tempore;
Huic quoque caseum et laser; atque quicumque
Maris filii carnem non pinguem habent, hac ratione oportet
Condire; jam iterum tibi hoc dico.

XVIII.

Ἐν δ' Αἴνῳ καὶ τῷ Πόντῳ τὴν ὗν ἀγόραζε,
Ἣν καλέουσί τινες θνητῶν ψαμμῖτιν ὀρυκτήν·

Aeni atque in Ponto suem opsonare,
Quem mortales nonnulli vocant arenarium effossum;

Τούτου τὴν κεφαλὴν ἕψειν, μηδὲν προσενεγκὼν
Ἥδυσμ', ἀλλ' ἐς ὕδωρ μόνον ἐνθεὶς, καὶ θαμὰ κινῶν,
Ὕσσωπον παράθες τρίψας, κἂν ἄλλο τι χρήζῃς,
Δριμὺ διεὶς ὄξος· κᾆτ' ἔμβαπτ' εὖ καὶ ἐπείγου
Οὕτως, ὡς πνίγεσθαι ὑπὸ σπουδῆς καταπίνων.
Τὴν λοφιὰν δ' ὀπτᾶν αὐτῆς καὶ τἄλλα τὰ πάντα.

Hujus caput elixa, nullum adjiciens [piusque agitatum
Condimentum, sed in aquam solummodo immissum sæ-
Infer trito cum hyssopo, vel si alia qua re egeas,
Acri aceto dissolve, deindeque rite intinge et festina
Adeo, ut præ festinatione deglutiens stranguleris.
Cristam vero ejus assa reliquaque omnia.

(Ib., p. 326 f.)

XIX.

Ἀμφὶ δὲ τὴν ἱεράν τε καὶ εὐρύχορον Σάμον ὄψει
Θύννον ἁλισκόμενον σπουδῇ μέγαν, ὃν καλέουσιν
Ὄρκυν, ἄλλοι δ' αὖ κῆτος· τούτου δὲ θεοῖς χρὴ
Ὀψωνεῖν, ἃ πρέπει ταχέως καὶ * μητέρι τιμῆς.
Ἔστι δὲ γενναῖος Βυζαντίῳ ἔν τε Καρύστῳ,
Ἐν Σικελῶν τε κλυτῇ νήσῳ Κεφαλοιδὶς ἀμείνους
Πολλῷ τῶνδε τρέφει θύννους καὶ Τυνδαρὶς ἀκτή.
Ἂν δέ ποτ' Ἰταλίας ἱερᾶς Ἱππώνιον ἔλθῃς, [των
Ἑρπετὸν * εἰς ὑδατοστεφάνους, πολὺ δὴ, πολὺ πάν-
Ἐνταῦθ' εἰσὶν ἄριστοι, ἔχουσί τε τέρματα νίκης.
Οἱ δ' ἐπὶ τῶνδε τόπων πεπλανημένοι εἰσὶν ἐκεῖθεν,
Πολλὰ περάσαντες πελάγη βρυχίου διὰ πόντου,
Ὥστ' αὐτοὺς ἡμεῖς θηρεύομεν ὄντας ἀώρους.

XIX.

Circa sacram vero spatiosamque Samum videbis
Thynnum capi valde magnum, quem vocant
Orcynum, alii vero cetum; hunc autem diis oportet
Opsonari, atque id prompte facere decet, nec de pretio li-
Est autem generosus Byzantii et Carysti; [tigare (?).
In Siculorum quoque inclyta insula Cephalœdis meliores
Istis multo alit thynnos atque Tyndaris ora.
Si quando vero sacræ Italiæ oppidum Hipponium adeas,
Herpetumque (?) aqua coronatum, longe sane, longe omnium
Ibi sunt optimi habentque victoriæ culmen.
Qui vero hisce in locis, inde palantes venere,
Multis trajectis æquoribus, fremebundum per pontum,
Ita ut nos intempestivos venemur eos.

(Ib., p. 301 f. Conf. Eustath., p. 994, 50.)

XX.

Καὶ θύννης οὐραῖον ἔχειν, ἣν θυννίδα φωνῶ
Τὴν μεγάλην, ἧς μητρόπολις Βυζάντιόν ἐστιν·
Εἶτα τεμὼν αὐτὴν ὀρθῶς ὄπτησον ἅπασαν,
Ἁλσὶ μόνον λεπτοῖσι πάσας καὶ ἐλαίῳ ἀλείψας
Θερμά τ' ἔχειν τεμάχη, βάπτων δριμεῖαν ἐς ἅλμην.
Κἂν ξηρὰν ἐθέλῃς ἔσθειν, γενναῖαι πέλονται
Ἀθανάτοισι θεοῖσι φυὴν καὶ εἶδος ὁμοῖαι.
Ἂν δ' ὄξει ῥάνας παράθῃς, ἀπόλωλεν ἐκείνη.

XX.

Et thynnæ habendum frustum caudale; sic thynnida voco
Magnam, cujus patria est Byzantium.
Hoc deinde concisum omne assa recte,
Contrito sale solummodo conspersum et oleo unctum,
Calidaque habe frusta, quæ in acrem muriam intingas.
Etiamque si siccam edere velis, generosa fuerit,
Immortalibus diis habitu et specie similis.
Sin aceto rigatam inferas, periit illa.

(Ib., p. 303 e. Conf. Eustath., p. 1720, 61.)

XXI.

Καὶ Σικελοῦ θύννου τέμαχος...
Τμηθὲν, ὅτ' ἐν βίκοισι ταριχεύεσθαι ἔμελλεν.
Σαπέρδῃ δ' ἐνέπω κλαίειν μακρὰ, Ποντικῷ ὄψῳ,
Καὶ τοῖς κεῖνον ἐπαινοῦσιν· παῦροι γὰρ ἴσασιν
Ἀνθρώπων ὅτι φαῦλον ἔφυ καὶ ἀχιδνὸν ἔδεσμα.
Ἀλλὰ τριταῖον ἔχειν σκόμβρον, πρὶν ἐς ἁλμυρὸν
Ἐλθεῖν ἀμφορέως ἐντὸς, νέον, ἡμιτάριχον. [ὕδωρ
Ἂν δ' ἀφίκῃ κλεινοῦ Βυζαντίου εἰς πόλιν ἁγνὴν,
Ὡραίου φάγε μοι τέμαχος πάλιν· ἔστι γὰρ ἐσθλὸν
Καὶ μαλακόν.

XXI.

Et Siculi thynni frustum.....
Concisum, quando in eo est ut in doliis condiatur.
Corvinum vero multum plorare jubeo, Ponticum opsonium
Quique eum laudant; pauci enim norunt
Homines, pravum esse illud et vile edulium.
Verum triduanum habeto scombrum, priusquam salsam
Ingrediatur intra amphoram, recentem, semiconditum.
Sin vero inclyti Byzantii sanctam veneris in urbem,
Æstivi mihi rursus salsamenti frustum comede; est enim
Et tenerum. [præclarum

(Ib. III, p. 116. Conf. Eustath., p. 1163, l. 29.)

XXII.

Τὴν δ' ἀμίαν φθινοπώρου, ὅταν Πλειὰς καταδύνῃ,
Πάντα τρόπον σκεύαζε. Τί σοι τάδε μυθολογεύω;
Οὐ γὰρ μὴ σὺ διαφθείρῃς γ', οὐδ' ἂν ἐπιθυμῇς.
Εἰ δ' ἐθέλεις καὶ τοῦτο δαήμεναι, ὦ φίλε Μόσχε,
Ὄντινα χρή σε τρόπον κείνην διαθεῖναι ἄριστα,
Ἐν συκῆς φύλλοις καὶ ὀρειγάνῳ οὐ μάλα πολλῇ.
Μὴ τυρὸν, μὴ λῆρον. Ἁπλῶς δ' οὕτως θεραπεύσας

XXII.

Amiam autem in autumno, ubi Vergiliæ occidunt,
Quovis modo para. Quare tibi has fabulas enarro?
Non enim certe ne tu eam perdas; non posses enim, etiamsi
Si vero et hoc discere velis, care Mosche, [velles quidem.
Qua ratione tu optime illam disponere debeas,
Cum ficus foliis et origano non admodum multo. [curaveris,
Ne caseum adhibeas, ne nugeris. Sed postquam simpliciter ita

Ἐν συκῆς φύλλοις σχοίνῳ κατάδησον ἄνωθεν·
Εἶθ' ὑπὸ θερμὴν ὦσον ἔσω σποδὸν, ἐν φρεσὶ καιρὸν
Γιγνώσκων, ὁπότ' ἐστ' ὀπτὴ, καὶ μὴ κατακαύσῃς.
Ἔστω δ' αὕτη σοι Βυζαντίου ἐξ ἐρατεινοῦ,
Εἴπερ ἔχειν ἀγαθὴν ἐθέλεις· κἂν ἐγγὺς ἁλῷ που
Τοῦδε τόπου, χεδνὴν λήψεις· τηλοῦ δὲ θαλάσσης
Ἑλλησποντιάδος χείρων· κἂν κλεινὸν ἀμείψῃς
Αἰγαίου πελάγους ἔναλον πόρον, οὐχ ἔθ' ὁμοία
Γίγνεται, ἀλλὰ καταισχύνει τὸν πρόσθεν ἔπαινον.

Foliis ficus obvolutum funiculo superne obliga
Deinde sub calidum cinerem penitus subde, mente tempus
Cognitum habens, quo assa erit, neque eam exuras.
Sit autem tibi hæc ex Byzantio amœno,
Si bonam habere velis; itidem si qua capta fuerit prope
Hunc locum, bonam nancisceris; procul vero a mari
Hellespontiaco deterior est; atque ubi inclytum trajeceris
Ægæi pelagi marinum fretum, non amplius par
Est, sed pristinam dedecorat laudem.

(Ib. VII, p. 278 b.)

XXIII.

Ἀλλὰ λαβὲ ξιφίου τέμαχος, Βυζάντιον ἐλθὼν,
Οὐραίου τ' αὐτὸν τὸν σφόνδυλον· ἔστι δὲ χεδνὸς
Κἂν πορθμῷ πρὸς ἄκραισι Πελωριάδος προχοαῖσιν.

Sed Byzantium ubi veneris, gladii cape frustum
Caudæque ipsam vertebram; est autem nobilis
Etiam in freto extremos prope Peloriadis gurgites.

(Ib., p. 314 e.)

XXIV.

Καὶ νεαροῦ μεγάλου τ' αὐλωπία ἐν θέρει ὠνοῦ
Κρανίον, ἂν Φαέθων πυμάτην ἁψῖδα διφρεύῃ,
Καὶ παράθες θερμὸν ταχέως καὶ τρίμμα μετ' αὐτοῦ·
Ὄπτα δ' ἀμφ' ὀβελίσκον ἑλὼν ὑπογάστριον αὐτοῦ.

Et recentis magni aulopiæ æstate eme
Calvariam, ubi Phaethon extremum arcum curru pervadit;
Atque infer calidum cito intritumque cum eo;
Abdomen autem elegeris, et verui circumdans assa.

(Ib., p. 326 b.)

XXV.

Τὸν δ' ἔλοπ' ἔσθε μάλιστα Συρακούσαις ἐνὶ κλειναῖς
Τόν γε κρατιστεύονθ'· οὗτος γὰρ αὖ ἐστιν ἐκεῖθεν
Τὴν ἀρχὴν γεγονώς θην* κἂν ᾖ περὶ νήσους,
Ἢ περὶ τὴν ἄλλην που ἁλῷ γῆν, ἢ περὶ Κρήτην,
Λεπτὸς καὶ στερεὸς καὶ κυματοπλὴξ ἀφικνεῖται.

Elopem comede maxime Syracusis in celebribus
Præstantissimum utique, nam hicce rursus ibi
Olim natus est profecto; atque si circa insulas
Aut reliquam terram alicubi capiatur, vel circa Cretam,
Macer et durus et fluctibus vexatus advenit.

(Ib., p. 300 e.)

XXVI.

Καὶ λεβίαν λαβὲ, Μόσχε, τὸν ἥπατον ἐν περικλύστῳ
Δήλῳ καὶ Τήνῳ.

Lebiam vero, Mosche, qui et jecorinus, in circumflua cape
Delo aut Teno.

(Ib., p. 301 d.)

XXVII.

Ἵππουρος δὲ Καρύστιός ἐστιν ἄριστος·
Ἄλλως τ' εὔοψον σφόδρα χωρίον ἐστὶ Κάρυστος.

Hippurus vero optimus Carystius est :
Et alioquin exquisito opsonio abundat Carystus.

(Ib., p. 304 d.)

XXVIII.

Βοσπόρου ἐκπλεύσαντα τὰ λευκότατ', ἀλλὰ προσέστω
Μηδὲν ἐκεῖ στερεᾶς σαρκὸς Μαιώτιδι λίμνῃ
Ἰχθύος αὐξηθέντος, ὃν ἐν μέτρῳ οὐ θέμις εἰπεῖν.

E Bosporo evectum albissima, sed nihil adsit
Ibi rigidæ carnis piscis in Mæotide palude
Aucti, quem nominare in carmine non licet.

(Ib., p. 284 e.)

XXIX.

Αὐτὰρ ἐς Ἀμβρακίαν ἐλθὼν, εὐδαίμονα χώραν,
Κάπρον ἐὰν ἐσίδῃς, ὠνοῦ, καὶ μὴ κατάλειπε,
Κἂν ἰσόχρυσος ἔῃ, μή σοι νέμεσις καταπνεύσῃ
Δεινὴ ἀπ' ἀθανάτων· τὸ γάρ ἐστιν νέκταρος ἄνθος.
Τούτου οὐ θέμις ἐστὶ φαγεῖν θνητοῖσιν ἅπασιν,
Οὐδ' ἐσιδεῖν ὄσσοισιν, ὅσοι μὴ πλεκτὸν ὕφασμα
Σχοίνου ἐλειοτρόφου κοῖλον χείρεσσιν ἔχοντες
Εἰώθασι δονεῖν ψήφους αἴθωνι λογισμῷ,
Ἄρθρων μηλείων ἐπὶ γῆν δωρήματα βάλλων.

Sed Ambraciæ cum veneris beatam in regionem,
Aprum si conspexeris, eme nec relinque,
Etiamsi auro contra veneat, ne te vindicta afflet
Dira ab immortalibus; est enim nectaris hic flos.
Hunc edere non omnibus licet mortalibus
Et ne oculis quidem aspicere, nisi qui textam telam
E junco paludum alumno cavam manibus tenentes
Calculos agitare consueverunt acri supputatione,
Artuum ovinorum dona in terram projicientes (?).

(Ib., p. 305 e. Conf. Eustath., p. 1872, l. 17.)

XXX.

Καὶ σκάρον ἐν παράλῳ Καλχηδόνι τὸν μέγαν ὄπτα,
Πλύνας εὖ· χρηστὸν δὲ καὶ ἐν Βυζαντίῳ ὄψει
Καὶ μέγεθος κυκλίᾳ ἴσον ἀσπίδι νῶτα φοροῦντα.
Τοῦτον ὅλον θεράπευε τρόπον τοιόνδε· λαβών νιν,
Ἡνίκ' ἂν εὖ τυρῷ καὶ ἐλαίῳ πάντα πυκασθῇ,
Κρίβανον ἐς θερμὸν κρέμασον, κἄπειτα κατόπτα.
Πάσσειν δ' ἁλσὶ κυμινοτρίβοις καὶ γλαύκῳ ἐλαίῳ,
Ἐκ χειρὸς καταχρουνίζων θεοδέγμονα πηγήν.

(Ib., p. 320 b.)

XXXI.

Καὶ σκάρον ἐξ Ἐφέσου ζήτει· χειμῶνι δὲ τρίγλην
Ἔσθι' ἐνὶ ψαφαρῇ ληφθεῖσαν Τειχιοέσσῃ
Μιλήτου κώμῃ Καρῶν πέλας ἀγκυλοκώλων·
Κἂν Θάσῳ ὀψώνει τρίγλην, κοὐ χείρονα λήψει
Ταύτης· ἐν δὲ Τέῳ χείρω· κεδνὴ δὲ καὶ αὐτή·
Ἐν δ' Ἐρυθραῖς ἀγαθὴ θηρεύεται αἰγιαλῖτις.

(Ib., p. 320 a et 325 e.)

XXXII.

Ἐν δὲ Θάσῳ τὸν σκορπίον ὠνοῦ, ἐὰν ᾖ
Μὴ μείζων πυγόνος· μεγάλου δ' ἀπὸ χεῖρας ἴαλλε.

(Ib. p. 321 a.)

XXXIII.

Ἡνίκα δ' ἄν, δύνοντος ἐν οὐρανῷ Ὠρίωνος,
Μητὴρ οἰνοφόρου βότρυος χαίτην ἀποβάλλῃ,
Τῆμος ἔχειν ὀπτὸν σαργὸν τυρῷ κατάπαστον,
Εὐμεγέθη, θερμόν, δριμεῖ δεδαϊγμένον ὄξει·
Σκληρὸς γὰρ φύσει ἐστίν. Ἅπαντα δέ μοι θεράπευε
Τὸν στερεὸν τοιῷδε τρόπῳ μεμνημένος ἰχθύν·
Τὸν δ' ἀγαθὸν μαλακόν τε φύσει καὶ πίονα σάρκα
Ἁλσὶ μόνον λεπτοῖσι πάσας καὶ ἐλαίῳ ἀλείψας·
Τὴν ἀρετὴν γὰρ ἔχει τῆς τέρψιος αὐτὸς ἐν αὑτῷ.

(Ib. c.)

XXXIV.

Σάλπη δὲ κακὸν μὲν ἔγωγε
Ἰχθὺν εἰς αἰεὶ κρίνω· βρωτὴ δὲ μάλιστα
Ἐστὶ, θεριζομένου σίτου· λαβὲ δ' ἐν Μυτιλήνῃ
Αὐτήν.

(Ib. e.)

XXXV.

Σειρίου ἀντέλλοντος [φάγρον χρὴ μόνον ἔσθειν]
Δήλῳ τ' Εἰρετρίᾳ τε κατ' εὐλιμένους ἅλὸς οἴκους.
Τὴν κεφαλὴν δ' αὐτοῦ μόνον ὠνοῦ, καὶ μετ' ἐκείνης
Οὐραῖον· τὰ δὲ λοιπὰ δόμον μηδ' ἂν ἐσενέγκῃς.

(Ib., p. 327 d.)

XXXVI.

Χρύσοφρυν ἐξ Ἐφέσου τὸν πίονα μὴ παράλειπε,
Ὃν κεῖνοι καλέουσιν ἰωνίσκον· λαβὲ δ' αὐτὸν
Θρέμμα Σελινοῦντος σεμνοῦ· πλῦνον δέ νιν ὀρθῶς,
Εἶθ' ὅλον ὀπτήσας παράθες, κἂν ᾖ δεκάπηχυς.

(Ib., p. 328 b.)

XXX.

Et scarum Chalcedone ad mare sita magnum assa
Bene lotum; præstantem vero etiam Byzantii videbis
Et magnitudine rotundæ aspidi tergum æquale ferentem.
Hunc integrum cura tali modo: cape eum,
Et postquam caseo et oleo omnia bene stiparis,
Calido in clibano suspende et posthac valide assa.
Consperge vero salibus cumino attritis et glauco oleo,
De manu infundens fontem aquæ deos excipientis.

XXXI.

Atque scarum ex Epheso quære; hyeme vero mullum
Comede, in arida captum Tichiunte
Mileti vico prope Cares curvis artubus instructos.
Etiamque Thasi opsonare mullum, nec deteriorem nancisceris
Hac, Tei vero pejorem; nobilis tamen et ipsa est;
Erythris autem bonus capitur littoralis.

XXXII.

Thasi scorpium eme, si non sit
Cubito major; a magno vero abstine manum.

XXXIII.

Quum autem, occidente in cœlo Orione,
Racemi viniferi mater abjicit comam,
Tunc habeto sargum assum, caseo conspersum.
Bene magnum, calentem, acri discerptum aceto;
Natura enim durus est. Omnem autem duriorem
Isto modo mihi curare memento piscem;
Bonum vero et natura mollem pinguemque carne
Sale solummodo contrito conspersum et oleo unctum;
Oblectandi enim virtutem habet in se ipse.

XXXIV.

Salpam vero malum equidem
Semper judico piscem; esui tamen aptissima
Est, ubi metitur frumentum; cape autem Mytilenæ
Hanc.

XXXV.

Oriente Sirio (pagrum unice edere oportet)
Deli Eretriæque in sedibus bonis portibus instructis.
Ejus autem caput solum eme et cum eo
Caudam; reliqua vero ne domum importes.

XXXVI.

Auratam ex Epheso pinguem ne prætermittas,
Quem illi ioniscum vocant; eum autem sume
Venerandæ Selinuntis alumnum, eumque lava probe,
Deinde assatum integrum infer, si vel decem fuerit cubitorum.

XXXVII.

Τὸν χρόμιν ἐν Πέλλῃ λήψει μέγαν (ἔστι δὲ πίων,
Ἂν θέρος ᾖ) καὶ ἐν Ἀμβρακίᾳ.

(Ib. a.)

Chromin Pellæ capies magnum (est autem pinguis
Æstatis tempore) itidemque Ambraciæ.

XXXVIII.

Εἶτα λαβεῖν ψῆτταν μεγάλην, καὶ τὴν ὑπότρηχυν
Βούγλωσσον ταύτην θέρεος κατὰ Χαλκίδα κεδνήν.

(Ib., p. 288 b et 330 a.)

Dein sume passerem magnum et subasperam
Soleam illam æstate Chalcide inclyta.

XXXIX.

Τὸν ὄνον δ' Ἀνθηδὼν, τὸν καλλαρίαν καλέουσιν,
Ἐκτρέφει εὐμεγέθη, σομφὴν δὲ τρέφει τινὰ σάρκα,
Κἄλλως οὐχ ἡδεῖαν ἔμοιγ', ἄλλοι δ'.....
Αἰνοῦσιν· χαίρει γὰρ ὁ μὲν τούτοις, ὁ δ' ἐκείνοις.

(Ib., p. 316 a.)

Asellum autem, quem callariam vocant, Anthedon
Alit magnitudine insignem; habet vero hic spongiosam quan-
[dam carnem,
Ceteroquin haud gratam, me judice saltem, sed alii
Laudant; gaudet enim alius his, alius illis.

XL.

Μόρμυρος αἰγιαλεὺς κακὸς ἰχθὺς, οὐδέ ποτ' ἐσθλός.

(Ib., p. 313 f.)

Mormyr littoralis pravus piscis, neque unquam bonus.

XL.

Κεστρέα τὸν θαυμαστὸν, ὅταν χειμὼν ἀφίκηται.

(Ib., p. 314 a.)

XLI.

Mugilem admirabilem, quum advenerit hyems.

XLII.

Λάμβανε δ' ἐκ Γαίσωνος, ὅταν Μίλητον ἵκηαι,
Κεστρέα τὸν κέφαλον καὶ τὸν θεόπαιδα λάβρακα·
Εἰσὶ γὰρ ἐνθάδ' ἄριστοι· ὁ γὰρ τόπος ἐστὶ τοιοῦτος·
Πιότεροι δ' ἕτεροι πολλοὶ Καλυδῶνί τε κλεινῇ,
Ἀμβρακίᾳ τ' ἐνὶ πλουτοφόρῳ, Βολβῇ τ' ἐνὶ λίμνῃ,
Ἀλλ' οὐκ εὐώδη κέκτηνται γαστρὸς ἀλοιφὴν,
Οὐδ' οὕτω δριμεῖαν· ἐκεῖνοι δ' εἰσὶν, ἑταῖρε,
Τὴν ἀρετὴν θαυμαστοί· ὅλους δ' αὐτοὺς ἀλεπίστους
Ὀπτήσας μαλακῶς, χρηστοὺς προσένεγκε δι' ἅλμης.
Μηδὲ προσέλθῃ σοι πρὸς τοὔψον τοῦτο ποιοῦντι
Μήτε Συρακόσιος μηδεὶς, μήτ' Ἰταλιώτης·
Οὐ γὰρ ἐπίστανται χρηστοὺς σκευαζέμεν ἰχθῦς,
Ἀλλὰ διαφθείρουσι, κακῶς τυροῦντες ἅπαντα
Ὄξει τε ῥαίνοντες ὑγρῷ καὶ σιλφίου ἅλμῃ·
Τῶν δὲ πετραίων ἰχθυδίων τῶν τρισκαταράτων
Πάντων εἰσὶν ἄριστοι ἐπισταμένως διαθεῖναι,
Καὶ πολλὰς ἰδέας κομψῶς παρὰ δαιτὶ δύνανται
Ὀψαρίων τεύχειν γλίσχρων ἡδυσματολήρων.

(Ib., p. 311 a.)

Sume ex Gæsone, quum Miletum veneris,
Mugilem cephalum et deorum progeniem lupum;
Sunt enim illic optimi; nam locus sic se habet.
Sunt vero pinguiores alii multi Calydone inclyta
Ambraciæque opulentæ et Bolbe in lacu,
Sed non habent suaveolentem ventris pinguedinem,
Neque adeo acrem; isti vero sunt, amice,
Propter virtutem admirandi; integros autem eos non detra-
Assa leniter, et probandos infer cum muria. [ctis squamis
Ne vero tibi, dum hæc agis, ad opsonium accedat
Syracusius ullus, vel Italus;
Bonos enim nesciunt parare pisces,
Sed corrumpunt, male caseo conspergentes omnia
Acetoque rigantes liquido et laseris muria;
Quod vero ad saxatiles attinet pisciculos ter exsecrandos,
Hos tractare omnium optime intelligunt,
Et lepide norunt in epulis multas species [structorum.
Parare opsoniorum viscidorum nugatoriis condimentis in-

XLIII.

Κεστρέα δ' Αἰγίνης ἐξ ἀμφιρύτης ἀγόραζε,
Ἀνδράσι τ' ἀστείοισιν ὁμιλήσεις.

(Ib., p. 307 d.)

Mugilem autem ex Ægina circumflua mercare,
Et cum viris urbanis rem habebis.

XLIV.

Τὸν δὲ λάτον τὸν κλεινὸν ἐν Ἰταλίῃ πολυδένδρῳ
Ὁ Σκυλλαῖος ἔχει πορθμὸς, θαυμαστὸν ἔδεσμα.

(Ib., p. 311 f.)

Latum vero nobilem in Italia sylvosa
Scyllæum fretum habet, mirificum edulium.

XLV.

Κίθαρον δὲ κελεύω
Ἂν μὲν λευκὸς ἔῃ.... στερεός τε πεφύκῃ,

Citharum autem jubeo,
Albus quidem si fuerit carneque firmiori,

Ἕψειν, εἰς ἅλμην καθαρὰν βαιὰ φύλλα καθέντα·
Ἂν δ' ᾖ πυῤῥὸς ἰδεῖν καὶ μὴ λίαν μέγας, ὀπτᾷν,
Ὀρθῇ κεντήσαντα δέμας νεοθῆγι μαχαίρᾳ.
Καὶ πολλῷ τυρῷ καὶ ἐλαίῳ τοῦτον ἄλειφε·
Χαίρει γὰρ δαπανῶντας ὁρῶν, ἔστιν δ' ἀκόλαστος.

Elixare in muria pura, exiguis injectis foliis;
Sin vero rufus sit adspectu, neque perquam magnus, assa,
Postquam compunxeris corpus cultro recto recens exacuto.
Atque multo caseo et oleo hunc inunge;
Gaudet enim, ubi nos impensam facere videt, estque proter- [vus.

(Ib., p. 306 b.)

XLVI.

Αὐτὰρ τὸν σινόδοντα μέν, ὃν ζήτει παχὺν εἶναι·
Ἐκ πορθμοῦ δὲ λαβεῖν πειρῶ καὶ τοῦτον, ἑταῖρε.
Ταῦτα δὲ πάντα κυρῶ φράζων καὶ πρός σε, Κλέανδρε.

Sed denticem quidem, qui ut pinguis sit operam da.
E freto autem accipere conor et hunc, amice. [Cleandre.
Hæc autem omnia quoque invenio, tecum verba faciens,

(Ib., p. 322 c.)

XLVII.

Τὴν ἀφύην μίνθου πᾶσαν, πλὴν τὴν ἐν Ἀθήναις·
Τὸν γόνον ἐξαυδῶ, τὸν ἀφρὸν καλέουσιν Ἴωνες.
Καὶ λαβὲ πρόσφατον αὐτὸν ἐν εὐκόλποισι Φαλήρου
Ἀγκῶσιν ληφθένθ' ἱεροῖς· κἂν τῇ περικλύστῳ
Ἐστὶ Ῥόδῳ γενναῖος, ἐὰν ἐπιχώριος ἔλθῃ.
Ἂν δέ που ἱμείρῃς αὐτοῦ γεύσασθαι, ὁμοῦ χρὴ
Κνίδας ὀψωνεῖν, τὰς ἀμφικόμους ἀκαλήφας·
Εἰς ταὐτὸν μίξας δ' αὐτάς, ἐπὶ τηγάνου ὄπτα,
Εὐώδη τρίψας ἄνθη λαχάνων ἐν ἐλαίῳ.

Apuam pro stercore habe omnem præter Atticam;
Fœtum dico, quem *spumam* vocant Iones.
Et sume hanc recentem in sinuosis sanctisque Phaleri
Anfractibus captam; in circumflua itidem
Rhodo bona est, si indigena venerit.
Si quando vero eam gustare cupias, simul oportet
Urticas opsonari, comatas circumcirca urticas;
Has autem postquam una miscueris, assa in sartagine,
Suaveolentibus olerum floribus in oleo tritis.

(Ib., p. 285 b.)

XLVIII.

Ἰταλίας δὲ μεταξὺ κατὰ στενοχύμονα πορθμὸν
Ἡ πλωτὴ μύραινα καλουμένη ἄν ποτε ληφθῇ,
Ὠνοῦ· τοῦτο γάρ ἐστιν ἐκεῖ θαυμαστὸν ἔδεσμα.

Italiam inter in freto angustis fluctibus agitato
Si quando fluta quæ vocatur muræna capiatur,
Eme; est enim hoc ibi admirabile edulium.

(Ib., p. 313 a.)

XLIX.

Γόγγρου μὲν γὰρ ἔχεις κεφαλὴν φίλη ἐν Σικυῶνι
Πίονος, ἰσχυροῦ, μεγάλου, καὶ πάντα τὰ κοῖλα·
Εἶτα χρόνον πολὺν ἕψε χλόῃ περίπαστον ἐν ἅλμῃ.

Nam congri quidem habes caput cara in Sicyone
Pinguis, validi, magni, intestinaque omnia;
Deinde fronde undique conspersum in muria elixa diu.

(Ib., p. 293 f.)

L.

(Εἶτα περὶ τῶν κατ' Ἰταλίαν τόπων διεξιών φησιν)
Καὶ γόγγρος σπουδαῖος ἁλίσκεται, ὥστε τοσοῦτον
Τῶν ἄλλων πάντων ὄψων κρατεῖ οὗτος ὅσον περ
Θύννος ὁ πιότατος τῶν φαυλοτάτων χορακίνων.

(dein de Italicis locis disserens ait)
Et conger capitur adeo bonus, ut tantum
Omnibus aliis opsoniis antecellat, quantum
Pinguissimus thynnus vilissimis corvinis.

(Ib., p. 294 a.)

LI.

Ἔγχελυν δ' αἰνῶ μὲν πᾶσαν, πολὺ δ' ἐστὶ κρατίστη
Ῥηγίου ἀντιπέραν πορθμοῦ ληφθεῖσα θαλάσσης,
Ἔνθα σὺ τῶν ἄλλων πάντων, Μεσσήνιε, θνητῶν,
Βρῶμα τιθεὶς τοιόνδε διὰ στόματος, πλεονεκτεῖς.
Οὐ μὴν ἀλλὰ κλέος γ' ἀρετῆς μέγα χάρτα φέρουσι
Κωπαΐαι καὶ Στρυμόνιαι· μεγάλαι τε γάρ εἰσι
Καὶ τὸ πάχος θαυμασταί· ὅμως δ' οἶμαι βασιλεύει
Πάντων τῶν περὶ δαῖτα καὶ ἡδονῇ ἡγεμονεύει
Ἔγχελυς, ἣ φύσει ἐστὶν ἀπήρινος μόνος ἰχθύς.

Anguillam autem laudo omnem quidem, sed longe est optima
Quæ Rhegii e regione in maris freto capta est;
Ibi tu omnibus aliis mortalibus, Messenie,
Felicior es, tale edulium ore versans.
Verumtamen permagnam quoque virtutis gloriam reportant
Copææ et Strymoniæ; magnæ enim sunt
Et crassitudine mirabiles; attamen, me judice, regnat
Omnes inter dapes et suavitate præstat
Anguilla, qui piscis solus naturaliter genitali caret.

(Ib., p. 298 e. Conf. Eustath., p. 1240, 25.)

LII.

Ἀλλὰ παρεὶς λῆρον πολυώνυμον ἀστακὸν ὠνοῦ,
Τὸν τὰς χεῖρας ἔχοντα μακρὰς ἄλλως τε βαρείας,

At missis nugis, astacum multis nominibus instructum eme,
Manus habentem longas, ceteroquin graves,

Τοὺς δὲ πόδας μικροὺς, βραδέως δ' ἐπὶ γαῖαν ὀρούει.
Εἰσὶ δὲ πλεῖστοι μὲν πάντων ἀρετῇ τε κράτιστοι
Ἐν Λιπάραις· πολλοὺς δὲ καὶ Ἑλλήσποντος ἀθροίζει.

(Ib. III, p. 105 a.)

Pedes vero parvas tardeque humi ambulantem.
Inveniuntur autem plurimi omnibusque virtute præstantes
Liparis; multos quoque Hellespontus cogit.

LIII.

Σηπίαι Ἀβδήροις τε Μαρωνείᾳ τ' ἐνὶ μέσσῃ.

(Ib. VII, p. 324 b.)

Sepiæ Abderis et media in Maronea.

LIV.

Τευθίδες ἐν Δίῳ τῷ Πιερικῷ παρὰ χεῦμα
Βαφύρα. Καὶ ἐν Ἀμβρακίᾳ παμπληθέας ὄψει.

(Ib., p. 326 d.)

Loligines in Dio Pierico ad fluentum
Baphyræ; in Ambracia quoque permultas videbis

LV.

Πούλυποι ἔν τε Θάσῳ καὶ Καρίᾳ εἰσὶν ἄριστοι·
Καὶ Κέρκυρα τρέφει μεγάλους πολλούς τε τὸ πλῆθος.

(Ib., p. 318 f. Conf. Eustath., p. 1541, l. 29.)

Polypi et in Thaso et in Caria sunt optimi;
Etiam Corcyra magnos alit numeroque multos.

LVI.

Τοὺς μῦς Αἶνος ἔχει μεγάλους, ὄστρεια δ' Ἄβυδος,
Τὰς ἄρκτους Πάριον, τοὺς δὲ κτένας ἡ Μυτιλήνη·
Πλείστους δ' Ἀμβρακία παρέχει καὶ ἄπλατα μετ'
. . . . [αὐτῶν
Μεσσήνη δὲ πελωριάδας στενοπορθμίδι κόγχας,
Κἂν Ἐφέσῳ λήψει τὰς λείας, οὔτι πονηράς·
Τήθεα Καλχηδών· τοὺς κήρυκας δ' ἐπιτρίψαι
Ὁ Ζεὺς τούς τε θαλασσογενεῖς καὶ τοὺς ἀγοραίους
Πλὴν ἑνὸς ἀνθρώπου· κεῖνος δέ μοί ἐστιν ἑταῖρος,
Λέσβον ἐριστάφυλον ναίων· Ἀγάθων δὲ καλεῖται.

(Ib. III, p. 92 d.)

Musculos Ænus habet magnos, ostrea vero Abydus,
Ursas Parium, pectines vero Mytilene.
Plurimos autem præbet Ambracia atque immensa cum illis
. . . .
Messenæ autem ad angustum fretum sitæ peloridas chamas,
Ephesi vero læves capies, haudquaquam pravas;
Tethea Chalcedon (profert); præcones vero (buccina)
Juppiter, tam in mari genitos quam forenses, [obterat
Uno viro excepto, qui mihi est familiaris
Lesbumque incolit vitiferam; vocatur autem Agatho.

LVII.

Αἰεὶ δὲ στεφάνοισι κάρα παρὰ δαῖτα πυκάζου
Παντοδαποῖς, οἷς ἂν γαίας πέδον ὄλβιον ἀνθῇ,
Καὶ στακτοῖσι μύροις ἀγαθοῖς χαίτην θεράπευε,
Καὶ σμύρναν λίβανόν τε πυρὸς μαλακὴν ἐπὶ τέφραν
Βάλλε πανημέριος, Συρίης εὐώδεα καρπόν.
Ἐμπίνοντι δέ σοι φερέτω τοιόνδε τράγημα,
Γαστέρα καὶ μήτραν ἑφθὴν ὑὸς ἔν τε κυμίνῳ,
Ἔν τ' ὄξει δριμεῖ καὶ σιλφίῳ ἐμβεβαῶσαν,
Ὀρνίθων τ' ὀπτῶν ἁπαλὸν γένος, ὡς ἂν ὑπάρχῃ
Ὥρη. Τῶν δὲ Συρακοσίων τούτων ἀμέλησον,
Οἳ πίνουσι μόνον βατράχων τρόπον, οὐδὲν ἔδοντες,
Ἀλλὰ σὺ μὴ πείθου κείνοις, ἃ δ' ἐγὼ λέγω ἔσθε
Βρωτά· τὰ δ' ἄλλα γ' ἐκεῖνα τραγήματα πάντα πέφυκε
Πτωχείας παράδειγμα κακῆς, ἑφθοί τ' ἐρέβινθοι
Καὶ κύαμοι καὶ μῆλα καὶ ἰσχάδες. Ἀλλὰ πλακοῦντα
Αἴνει Ἀθήνησιν γεγενημένον· εἰ δὲ μὴ, ἄν που
Αὐτὸν ἔχῃς ἑτέρωθι, μέλι ζήτησον ἀπελθὼν
Ἀττικὸν, ὡς τοῦτ' ἐστὶν ὃ ποιεῖ κεῖνον ὑβριστήν.
Οὕτω τοι δεῖ ζῆν τὸν ἐλεύθερον, ἢ κατὰ τῆς γῆς
Καὶ κατὰ τοῦ βαράθρου καὶ ταρτάρου ἐς τὸν ὄλεθρον
Ἥκειν καὶ κατορωρύχθαι σταδίους ἀναρίθμους.

(Ib., p. 101 b. Conf. Eustath., p. 773, l. 36.)

Semper autem coronis caput inter cœnam ornato
Omnifariis, quibuscunque terræ solum floret opulentum,
Et stillatitiis bonis unguentis comam curato,
Ac myrrham et thus ignis cinerem in mollem
Injice per totum diem, Syriæ fragrantem fructum.
Potanti vero tibi inferant hujusmodi bellarium :
Ventrem et vulvam suis elixatam cumino,
Aceto acri laserique innisam,
Aviumque assatarum tenerum genus, prouti fuerit
Anni tempus. Syracusios vero hos ne cura,
Qui bibunt tantum ranarum instar, nihil edentes,
Sed tu ne crede illis, at quæ ego præcipio ede
Alimenta; alia vero omnia ista bellaria
Paupertatis malæ sunt argumenta : cicera cocta,
Et fabæ et mala et caricæ. At placentam
Lauda Athenis factam; sin vero non habeas, eamque
Aliunde qua petas, mel tamen abi quæreque
Atticum; nam hoc est quod eam reddit injuriosam.
Sic vivere decet hominem liberum, aut sub terram
Barathrumque et tartarum in exitium
Ire, atque stadiis innumeris sub humo sepeliri.

LVIII.

Κλέαρχος δ' ὁ περιπατητικὸς ἐν τοῖς περὶ παροιμιῶν περὶ τῆς ἀφύης φησίν· διὰ τὸ μικροῦ δεῖσθαι πυρὸς ἐν τοῖς τηγάνοις οἱ περὶ Ἀρχέστρατον ἐπιβάλλοντες κελεύουσιν ἐπὶ θερμὸν τήγανον σίζουσαν ἀφαιρεῖν· ἅμα δ' ἧπται καὶ σίζει, καθάπερ τοὔλαιον, εὐθύς· διὸ λέγεται· Ἴδε πῦρ ἀφύη.

(Ib. VII, p. 285 c.)

LIX

Ἀρχέστρατος ὁ τὸν αὐτὸν Σαρδαναπάλλῳ ζήσας βίον, περὶ τοῦ ἐν Ῥόδῳ γαλεοῦ λέγων, τὸν αὐτὸν εἶναι ἡγεῖται τῷ παρὰ Ῥωμαίοις μετ' αὐλῶν καὶ στεφάνων εἰς τὰ δεῖπνα περιφερομένῳ, ἐστεφανωμένων καὶ τῶν φερόντων αὐτὸν, καλούμενόν τε ἀκκιπήσιον.

(Ib., p. 294 e.)

LX.

Θαυμαστοὶ δ' εἰσὶ τῶν κεστρέων οἱ περὶ Ἄβδηρα ἁλισκόμενοι, ὡς καὶ Ἀρχέστρατος εἴρηκεν· δεύτεροι δ' οἱ ἐκ Σινώπης.

(Ib., p. 307 b.)

LVIII.

Clearchus vero Peripateticus in libris de Proverbiis de apua dicit: quia exiguo igne opus habet in sartaginibus, jubet Archestratus calidæ injectam sartagini auferre stridentem; simul enim atque ignem tetigit, stridet quoque, sicut oleum. Itaque dici solet: Vidit ignem apua.

LIX.

Archestratus vero qui eandem ac Sardanapallus vitam egit, de galeo Rhodio loquens, eundem esse piscem censet atque eum qui apud Romanos coronis ornatus ad tibiæ cantum mensis infertur, coronatis etiam qui inferunt famulis; quem accipenserem vocant.

LX.

Admirabiles vero sunt qui circa Abdera capiuntur mugiles, quemadmodum et Archestratus dixit; his proximi Sinopenses.

ΝΟΥΜΗΝΙΟΥ ΤΟΥ ΗΡΑΚΛΕΩΤΟΥ

ΤΑ ΛΕΙΨΑΝΑ

ΕΚ ΤΟΥ ΑΛΙΕΥΤΙΚΟΥ.

I.

Καὶ δὲ σύ γε μνήσαιο δελείατος, ὅττι παρ' ἄκρα
Δήεις αἰγιαλοῖο γεώλοφα· τοὶ μὲν ἴουλοι
Κέκληνται, μέλανες, γαιηφάγοι, ἔντερα γαίης.
Ἠὲ καὶ ἑρπύλλας δολιχήποδας, ὅππστε πέτραι
Ἀμμώδεις κλύζονται ἐπ' ἀκρῇ κύματος ἀγῇ,
Ἔνθεν ὀρύξασθαι θέμεναί τ' εἰς ἄγγος ἀολλεῖς.

(Athen. VII, p. 305 a. Conf. Eustath. p. 1215, 7.)

II.

Ἢ λευκὴν συνόδοντα, βόηκάς τε τριγκούς τε.

(Ib., p. 286 f, et 322 b.)

III.

Ἢ βαιῇ καρῖδι, καὶ εἴ ποτε βεμβράδι· κείνη
Ζωὴ ἐπ' ἀγρώστοιο· τάδε σκέψαιο δέλετρα.

(Ib., p. 287 c.)

IV.

Ὕκην ἢ κάλλιχθυν, ἢ χρόμιν, ἄλλοτε δ' ὀρφὸν,
Ἢ γλαῦκον περόωντα κατὰ μνία σιγαλόεντα.

(Ib., p. 295 b, et 328 a.)

V.

Ἢ σκάρον, ἢ κῶθον τροφίην καὶ ἀναιδέα λίην,
Χάννας τ' ἐγχέλυας καὶ ἐννυχίην πίτυνον,
Ἢ μύας, ἢ ἵππους, ἠὲ γλαυκὴν κορύδυλιν.

(Ib., p. 304 e, 306 c, 309 c et 327 f.)

VI.

Κεῖνο δὲ δὴ σκέπτοιο, τό κεν καὶ ἰουλίδα μάργον
Πολλὸν ἀποτρωπῷτο καὶ ἰοβόλον σκολόπενδραν.

(Ib., p. 304 f.)

VII.

Γλαύκους, ἢ ὀρφῶν ἔναλον γένος, ἠὲ μελάγχρων
Κόσσυφον, ἢ κίχλας ἁλιειδέας, ἄλλοτέ τ' ἄλλη
Σαργὸν ἐπικέλσοντα, λινοπληγέστατον ἰχθύν.

(Ib., p. 305 c, 321 b et 315 b.)

VIII.

Τοῖσί κεν ἄρμενα πάντα, παροπλίσσαιο δὲ μῦρα,
Κούρυλον, ἢ πηρῖνα, ἢ εἰναλίην ἑρπυλλαν.

(Ib., p. 306 c.)

NUMENII HERACLEOTÆ

QUÆ SUPERSUNT

EX HALIEUTICO.

I.

Porro tu memento escæ, quam ad summas
Invenies littoris colles; hi quidem vocantur iuli,
Nigri, terra vescentes, intestina terræ.
Aut cicadæ (marinæ) quoque longipedes, quum rupes
Arenosæ proluuntur summa fluctuum adlisione,
Inde effodiendæ sunt confertimque in vas reponendæ.

II.

Aut album denticem et boces trincosque.

III.

Aut exiguæ squillæ, et si quando bembradi, cui
Victus in gramine (?); has dispice escas.

IV.

Hycam, aut pulcrum piscem, aut chromin, alio vero tempore orphum,
Aut glaucum per molles incedentem algas.

V.

Aut scarum, aut gobium altilem valdeque impudentem,
Hiatulas, anguillasque et nocturnum pitynum,
Aut mures, aut equos, aut glaucum corydylin.

VI.

Illud igitur dispice, quo Iulidem voracem
Magnoque numero (irruentem) avertas et virus jaculantem scolopendram.

VII.

Glaucos, aut orphorum marinum genus, aut nigro corpore
Merulam, aut turdos purpureos, et modo hic modo illic
Irruiturum sargum, piscem retibus perniciosissimum.

VIII.

Adversus hæc omnia supellectilia, instrueres autem unguenta,
Curylum, aut pudendum (marinum), aut marinam cicadam.

IX.

Ἄλλοτε καρχαρίην, ὁτὲ δὲ ῥόθιον ψαμαθῖδα

(Ib., p. 306 b et 327 a.)

Modo carchariam, modo vero impetuosam psamathidem.

X.

Ῥηϊδίως ἕλκοιτο καὶ αἰολίην κορακῖνον.

(Ib., p. 308 e.)

Facile extraheret variegatum (?) corvinum.

XI.

Ἄλλοτ' ἐρυθρὸν
Κόκκυγα, ἢ ὀλίγας πεμφηρίδας, ἄλλοτε σαῦρον.

(Ib., p. 309 f.)

Modo rubrum
Cuculum aut exiguas pempheridas, modo lacertum.

XII.

Ἢ ψόρον, ἢ σάλπας ἢ αἰγιαλῆα δράκοντα.

(Ib., p. 313 e.)

Aut psorum aut salpas aut littoralem draconem.

XIII.

Τοῖσί κεν εὐμαρέως θαλάμης ἄπο μακρὸν ἀείροις
Σκορπίον, ἢ ὀρφὸν περιτρηχέα· τῶν γὰρ ἐπ' ἄκρης

(Ib., p. 315 b.)

His facile e cubili grandem extraxeris
Scorpium aut orphum valde asperum; horum enim a summa

XIV.

Ἄλλοτε δ' αὖ πέρκας, ὁτὲ δὲ στροφάδας παρὰ πέτρην
Φυκίδας ἀλφηστήν τε καὶ ἐν χροιῇσιν ἐρυθρὸν
Σκορπίον, ἢ πέρκαισι καθηγητὴν μελάνουρον.

(Ib., p. 282 a, 313 d, 319 b, 320 e.)

Modo rursus percas, modo vero oberrantes ad rupem
Phycidas et cinædum et cute rubrum
Scorpium et percarum ducem melanurum

XV.

Τοῖσί κε θηρήσαιο λαβὼν λελιημένος ἰχθῦν,
Ἠὲ μέγαν συνόδοντα, ἢ ἀρνευτὴν ἵππουρον,
Ἠὲ φάγρον λοφίην, ὁτὲ δ' ἀγρόμενον σκιαδῆα.

(Ib., p. 304 d, 322 b et f.)

His sumptis, venaberis, si cupis, piscem;
Sive magnum denticem, sive subsultorem hippurum,
Seu alta cervice pagrum, aliquando et gregatim viventem sciænam.

XVI.

Ἀκονίας, κίγκλους τε καὶ αὐλωπίην, τράχουρον.

(Ib., p. 326 a.)

Aconias, cinclosque et aulopiam, trachurum.

XVII.

Κανθαρίδα προφανεῖσαν ὕαινάν τε τρίγλην τε.

(Ib , p. 326 f.)

Cantharidem apparentem et suculam mullumque.

XVIII.

Ἢ σπάρον, ἢ ὕκας ἀγεληΐδας, ἢ ἐπὶ φάγρον
Πέτρῃ ἀλώμενον.

(Ib., p. 320 d et 327 b.)

Aut sparum, aut hycas prædatores, aut pagrum
Ad saxa vagantem.

XIX.

Σὺ δ' ἂν καὶ χαλκίδ' ἐκείνην
Αὔτως ἀμπείρειας (?) καὶ ὀλίγην μαινίδα.

(Ib., p. 328 d.)

Tu autem chalcidem illam
Frustra transfixeris et parvam mænam.

XX.

Φύλλων δ' ὅσσ' ἄσπαρτα, τά τ' ἐρρίζωται ἀρούραις
Χείματος, ἠδ' ὁπόταν πολυάνθεμον εἶαρ ἔχηται,
Αὐχμηρὴν σκόλυμόν τε καὶ ἀγριάδα σταφυλῖνον,
Ῥάφυν τ' ἔμπεδον [ἠδὲ] καὶ καυλίδα τ' ἀγροιῶτιν.

(Ib. IX, p. 371 b.)

Foliorum quæcunque vel sponte crescunt, vel in arvis radices agunt
Συνεκζέσας ἀποτίθου ὑάλῳ ψυγέν.

(Gal. sec. loc. VII, P. II, p. 261.)

E MEDICINÆ STUDIOSO.

MEDICAMENTUM E PAPAVERIS CAPITIBUS.

Papaveris, quod nominant ipsi agricolæ
Agreste, nam spontaneum est neque seritur,
Capita virentia et recentia integra,
Semen fulvum, nondum nigrum gerentia,
Centena bisque dena magnitudinis
Mediocris, in novam ollulam ore amplo indito;
Infunde tres pluvia de aqua sextarios;
Macerato in his totam diem noctem simul;
Dein coquito lento igne ac diutiuscule, et
Omnem liquorem expressum in ollulam excipe,
Et mellis Attici libras tres addito;
Coquito dein rursus leniorem ad flammulam,
Dum mellis haud fiat liquidi bona compages.
Mox frigefacta in vitreum vas condito.
Sic nos quidem. At Themison prior qui prodidit
Usum, addebat myrrham, acaciam et rubrum crocum, et
Hypocistidis succum; ast ea obsoleta jam;
Simplex enim parata commodissima est,
Jucunda valde, lenis atque viribus.
Ex hac datur mystri minuti quantitas
Aliquando sub noctem, verum ad diem minus,
Ut hanc in ore detineant ita brevi
Jussis liquentem, sensim ita ut post devorent.
Quodsi voles alvum morandi gratia, et
Sistatur ut pulmonis et stomachi fluor,
Eruptioque sanguinis septum supra,
Facere, Pataricæ aut tu potius hinc Ponticæ
Addes rhois succi simul drachmas duas,
Tantumdem et acaciæ non veteris, sed bonæ.
Auferre jam volens ab igne pharmacum,
Vino diluta dulci ambo hæc confundito;
Paulatim adhuc in ollula ferventibus
Indito, quo ferveant simul; mox vasculo
Refrigerata indantur inde vitreo.

ΕΚ ΤΟΥ ΚΛΙΝΙΚΟΥ.

(ΠΕΡΙ ΙΒΗΡΙΔΟΣ ΒΟΤΑΝΗΣ).

Φύεται δὲ πολλὴ πανταχοῦ, μάλιστα δὲ
Παρὰ τοῖς παλαιοῖς μνήμασιν τοίχοισί τε,
Ἢ ταῖς ὁδοῖσι ταῖς πάλαι τετριμμέναις,
Παρ' αἷς γεωργὸς τὰ λήϊα οὔ ποτ' ἤροσεν·
Ἀεὶ δὲ θάλλει, φύλλ' ἔχουσα καρδάμου,
Ἔαρος μὲν εὐθαλῆ τε καὶ μείζω πολύ·
Καύλῳ δὲ αὐτῆς ὄντι μῆκος πήχεως,
Μικρῷ τ' ἔλαττον καὶ πάλιν μικρῷ πλέον,
Θέρους περίκειται λεπτὰ φύλλα, μέχρι περ ἂν,
Κρύους γενομένου, φρυγανώδη τἄλλα μὲν
Τὰ φύλλα ἀποβάλλει τε καὶ μαραίνεται,
Πρὸς τῇ δὲ ῥίζῃ προσπεφύκασίν τινα.
Φέρει δ' ὁ καυλὸς ἐν θέρει λεπτὸν πάνυ
Πολύχροον ἄνθος, τῇ χρόᾳ γαλάκτινον,
Εἶτ' ἐπακολουθεῖ παντελῶς τούτῳ βραχὺ
Σπέρμα τι, ἀκριβῶς [ὡς] αὐτὸ μηδ' ὁρᾶν τινα.
Ἡ ῥίζα δὴ καὶ ὀσμὴν δριμυτάτην ἔχει,
Μάλιστα πάντων καρδάμῳ προσεμφερῆ.
Ταύτην ὀρύξας καὶ λαβὼν πλῆθος πολὺ·
Θέρους μάλιστα δ' ἐστὶ πρακτικωτάτη
Καὶ πρόσφατος· ξηρὰ γὰρ ἀδρανὴς τυγχάνει·
Κόψας ἐπιμελῶς· ἔστι γὰρ καὶ δύσκοπος·
Ἀξουγγίῳ λίπανον ὀλίγῳ παντελῶς,
Εἶτα ἐπιθεὶς κοτύλῃ τε καὶ παντὶ σκέλει,
Δήσας τ' ἄφες ὥρας μὴ μένειν ἐλάττονας,
Γυναιξὶ μὲν δύ', ἀνδράσιν δὲ τεττάρων·
Εἶτ' εἰς βαλανεῖον ἐσάγων αὐτούς, μηθενὶ
Μήτε προαλείψας, μήτε χρίσας σμήγματι,
Σμικρᾶς δὲ νοτίδος γενομένης, εἰς τὴν μακρὰν
Καθεὶς κράτησον· ἐπιφέρει γὰρ πολλάκις
Δηγμὸν φέροντ' αἴσθησιν ἔνθερμόν τινα·
Μικρὸν δ' ἀποβρέξας αὐτοὺς ἔξω ἔξαγε·
Κἂν ὦσι πολλῶν χερσὶν εἰσκεκομισμένοι,
Ἰδίοις ἕκαστος ἐξελεύσεται ποσίν.
Μίξας δ' ἐλαίῳ δαψιλεῖ βραχὺν πάνυ
Οἶνον ἀνάκοπτε καὶ συνάλειφ' αὐτοὺς ὅλους,
Ἄρας τ' ὀθονίοις ἰκμάδ' ἅπασαν καὶ λίπος,
Σκέπασον τὸ κῶλον κουφοτάτοις ἐριδίοις,
Τἄλλα τε κέλευε πάντα πράττειν ὅσα θέλει
Ἐν τοῖς συνήθεσιν ὄντα καὶ τοῖς ἡδέσιν·
Τὸ γὰρ βοήθημ' αὐτοτελὲς ὂν τυγχάνει,
Οὐ χρῆζον ἄλλου συμβάλλεσθ' αὐτῷ τινος.
Κἂν μὲν δίχα πόνου διαμένωσιν, ὃ γίνεται
Τὰ πολλά, χαίρων προσκύνει τὸ ῥιζίον.
Ἂν δὲ καταλειφθῇ τοῦ πάθους ἴχνος [γ'] ἔτι,
Ἅπαν ἐπαλείψεις αὐτὸ χρίσει δευτέρᾳ,
Μέσας διαλιπὼν ἡμέρας ὡς εἴκοσιν.

(Gal. sec. loc. X, P. II, p. 310.)

E CLINICO.

(DE PLANTA IBERIDE.)

Herba hæc ubique multaque frequens nascitur
Monumenta juxta antiqua, murosque veteres,
Tritasque quondam publice pedibus vias,
Quas juxta aratrum duxit haud quis agricola.
Semper virescens frondibus nasturtii
Florentibus, vere attamen majoribus,
Caulem cubitalis longitudinis gerit,
Paulo minorem aut rursus ampliorem; ad hunc
Æstate pendent folia, donec multa hyems
Sarmentitiam deducat hæc ad imaginem et
Dejecta et exsiccata depereant gelu,
Adnata radici cernes tamen aliqua.
Æstate florem fert colore lacteo
Multum tenuem variumque valde cauliclus,
Ad quem sequitur semen penitus sic exiguum,
Visum fere ut fallens oculos quoque effugiat.
Odorem habet radix at inde acerrimum,
Vero similem quam maxime nasturtio.
Hanc erutam larga satis cape copia
Æstate, nam tunc optima et fortissima est
Adhuc recens, siccata nam fit debilior;
Tusam hinc probe, nam difficulter tunditur,
Pauca subactamque excipies axungia,
Crurique toti et maxime coxendici
Adhibebis et ligabis et sines duas
Horas mulieribus, viris sed quattuor;
Hinc balneo inductos, nec ullo ex unguine
Nec smegmate ullo pinguiore collines,
Sudore sed modico exiliente, in solium
Merges; manere coge, quoniam sæpius
Morsum caloris quempiam ac sensum afferat;
Verum hinc rigatos leniter producito;
Illati enim quamvis manibus sint plurium,
Exibit attamen suis pedibus valens.
Miscebis hinc vinum modicum multum ad oleum,
Et concuties et illines totos eo;
Ac mox madore terso et pinguitudine,
Totum teges tu crus lanis levissimis,
Jubens obire assueta vitæ munia
Quæcunque vult et non gravatim suscipit.
Hoc auxilium certum atque constans integre est
Et nullo alio adjiciendo ei simul indigum.
Expers doloris et ubi manserint, fere
Quod accidit, radiculam lætus cole.
Quodsi tamen inde affectionis vestigium
Quoddam supersit, iterum totum hoc illines,
Diebus ut multum præteritis bis decem.

ΕΞ ΑΔΗΛΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ.

ΤΑ ΥΠΟ ΔΑΜΟΚΡΑΤΟΥΣ ΜΑΛΑΓΜΑΤΑ ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑ ΠΡΟΣ ΗΠΑΡ ΚΑΙ ΥΠΟΧΟΝΔΡΙΟΝ· ΤΙΝΑ ΔΕ ΑΥΤΩΝ ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΟΛΗΝ ΤΗΝ ΓΑΣΤΕΡΑ ΚΑΙ ΤΟΝ ΣΠΛΗΝΑ.

Ὑποχονδρίοις δὲ τοῖς πεπονθόσιν θέλων
Διὰ στομάχου κάκωσιν, ἢ τῆς κοιλίας,
Τῶν ἐντέρων τε καὶ κώλου τοῦ θ' ἥπατος,
Ἄλλου θ' ὁμοίως κυρίου σπλάγχνου τινὸς,
Μάλαγμ' ἐπιρίπτειν, τοῦτο, πρῶτον σκευάσας
Ἔμπροσθεν αὐτό· προσφάτως γὰρ γενόμενον
Ἔλαττον ἔσται τοῖς νοσοῦσι χρήσιμον.
Ἔστιν δὲ κηροῦ Ποντικοῦ λίτραι δύο·
Ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος λίτρα μία,
Τερμινθίνης τε τῆς πεφρυγμένης λίτρα,
Καὶ τῆς πιτυίνης τῆς κεκαυμένης λίτρα,
Λίτρας δὲ τὸ τρίτον καρδαμώμου σπέρματος,
Ξηρᾶς κυπείρου ταὐτὸν [καὶ] σμύρνης ἴσον,
Ἴσον τε ἑνὶ τούτων ἴρεως λευκῆς σταθμῷ
Κεκαθαρμένης τε Κελτικῆς οὐγγίαι δύο,
Κρόκου δὲ οὐγγίαν μίαν καὶ ἥμισυ,
[Καὶ] ἓξ δὲ μελιλώτου πρὸς αὖ γε ταῖς δύο·
Τὸ δ' Ἀττικὸν μελίλωτον αἱρετώτερον·
Κυπρίνου δ' ἐλαίου προσφάτου λίτραι δύο.
Κυπρίνον μὲν οὖν καὶ τἄλλα τηκτὰ μίγματα
Ἕψε φλογὶ τῇ κούφῃ [καὶ] εἶθ' οὕτω ξύσον.
Τὰ δὲ λοιπὰ κόψας σῆσον, εἶτ' οἴνῳ καλῷ
Φύρασον, εἶτα νύκτα χἠμέραν μίαν
Ἄφες τὸν οἶνον ἀναπιεῖν τὰ μίγματα,
Χεῖράς τ' ἀλείψας τῷ κυπρίνῳ, τὰ φάρμακα
Ἅπαντα μίξας ἐν θυείᾳ πλατυτέρᾳ,
Οὕτως ἀποτίθου, δέρμασι μαλακοῖς σκέπε.

EX INCERTIS LIBRIS.

MALAGMATA A DAMOCRATE CONSCRIPTA AD HEPAR ET PRÆCORDIA; QUÆDAM EX EIS ETIAM AD TOTUM VENTREM ET SPLENEM.

Affectus si quis per stomachum præcordia,
Et per jecur, intestina per, dein per colum,
Per ventriculum aut viscus aliud quod maximi
Momenti ad corporis nostri est bonum, volet
Malagmate contegere bono et percommodo,
Primum paratum habebit hoc longe antea;
Recens enim est ægris minus firmum ac valens;
Ceræ capit quod Ponticæ libras duas,
Ammoniaci thymiamatis solam libram,
Terebinthinæ frictæ pariter solam libram,
Ustæque resinæ piceæ simul libram,
Et post trientem cardamomi seminis,
Siccæ cyperi tantumdem, item myrrhæ bonæ,
Pondusque par uni horumque iris candidæ,
Sextantem et inde Celticæ spicæ integræ,
Hinc unciam unam et dimidiam croci boni,
Et sex meliloti, item duas, bessem puto;
Verum melilotum præstiterit hic Atticum;
Recentis et cyprini libras olei duas.
Oleum cyprinum tu cum reliquis liquoribus
Et decoque lenta flammula et deradito.
Dein tusa cribrataque-reliqua vino bono
Rigata per noctem integram et totam diem,
Vinum omne donec combibant, seponito,
Unctisque post cyprino manibus hæc pharmaca
Mortario amplo sat simul committito,
Mollique pelle tecta simul reponito.

ΑΛΛΟ ΜΑΛΑΓΜΑ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Πρὸς ταὐτὰ ποιοῦν ἕτερον· ἂν χρόνον λάβῃ
Τὰ πάθη φόβους ἔχοντα τοὺς καχεξίας,
Τοῦτ' ὠφελεῖ τε μᾶλλον, ὅσα μὴ πνεύμασι
Τὰ σπλάγχνα βλάπτει φλεγμοναῖς μακρωτέραις·
Πυκνῶς γὰρ ὀξύνοντα μετὰ πόνων σφοδρῶν
Καὶ σκληριῶν καὶ σκίρρων γε δυσλύτους φόβους·
Λύει δὲ αὐτῶν τὰς κατασκευὰς ταχύ.
Σκεύαζε δ' οὕτω· τῆς καλῆς τερμινθίνης
Λίτρας δύ' ἥμισυ, Ποντικοῦ κηροῦ ἴσον,
Κεκαθαρμένης δὲ τήλεως λίτραν μίαν,
Νίτρου τε ταὐτὸ καὶ πάνακος λίτραν μίαν,
Πάλιν (τ') ἀννήσου σπέρματος λίτραν μίαν,
Μόσχου τε λίπους κεκαθαρμένου λίτραν μίαν,
Καὶ ταὐτὸ λευκῆς ἴρεως κεκομμένης,
Ὄξους δὲ κυάθους δύο [καὶ] ἥμισυ βραχὺ,
Μέλιτος δὲ λίτρας δύ' Ἀττικοῦ τοῦ προσφάτου,

ALIUD MALAGMA EJUSDEM.

Aliud valens, ætas itidem si accesserit,
Verum hoc mage affectus, queis est habitus timor
Ne vitietur, quicunque non cum flatibus
Et phlegmonis lædunt diutioribus
Juvat; nam sæpe cum magnis doloribus
Quando augetur duritiei et scirrhi timor,
Solvit, soluta mole earum celeriter.
Paratur hoc modo ut bonæ terebinthinæ
Libras duas semis et ceræ Ponticæ
Totidem, fœni Græci unam indes puri libram,
Et de nitro atque de panace unicam libram,
Rursusque anisi seminis unicam libram;
Pinguedinis puræ vituli simul libram;
Pondusque par contusæ et albidæ iridis;
Parum de aceto, tres cyathos sine dimidio;
Mellis duas libras recentis Attici;

Ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος λίτραν μίαν
Τινὲς κατέμιξαν, ἄλλοι δ' [αὖ] λίτρας δύο.
Τὰ ξηρὰ σήσας πάντα λεπτῷ κοσκίνῳ,
Ἕψησον ὡς κατάπλασμα, προσβαλὼν μέλι,
Ὄξος τε μὴ πᾶν, καὶ ποιήσας εὐαφὲς,
Πρόσβαλε τῷ θερμῷ, παραχέων ὄξος βραχὺ
Τετηγμένῳ κηρῷ τε καὶ λιπάσματι
Τερμινθίνῃ τε, καὶ καλῶς ἐψυγμένα
Ταῖς χερσί τε ἅμα πάνθ' ἑνώσας ἐπιμελῶς
Ἐν μείζονι ἄγγει χρῆσαι μὴ παραυτίκα·
Ἀδρανέστερον γάρ ἐστιν ἄρτι γενόμενον.

Ammoniaci thymiamatis solam libram
Quidam addidere, verum alii libras duas.
Tunc sicca cribro excussaque tenuissimo
Cataplasmatis modo coque, et mel addito,
Nec omne acetum, sed quando molle fuerit,
Addas calenti exiguam aceti stillulam
Ceræ liquatæ infusamque et pinguedini et
Terebinthinæ, atque siccata egregie simul
Omnia manibus exactius committito,
Et vasculo majore derasa excipe,
Usurus haud mox; invalidum est factum recens.

ΑΛΛΟ ΔΑΜΟΚΡΑΤΟΥΣ ΜΑΛΑΓΜΑ.

Καὶ τοῦτο εὐῶδές τε καὶ τὰς ἥπατος
Αἶρον διαθέσεις τὰς νεφρῶν τε καὶ κόλου,
Τὰς τοῦ στομάχου τε χρονίας τῆς ὑστέρας·
Ἐπίβαλλε δ' αὐτὸ καὶ καχέκταις διὰ νόσους
Μακρὰς γεγονόσιν ὠχροτέροις, ὑδερώδεσι,
Καὶ τὸ βραχὺ μὴ πέττουσιν ἀνορεκτοῦσί τε.
Ἔστιν δ' ἀμώμου Σκυθικοῦ, ξυλοβαλσάμου,
Βδελλίου διαυγοῦς, καρδαμώμου σπέρματος,
Ξηρᾶς κυπείρου καὶ λιβάνου πάντων ἴσα
Τούτων ἀνὰ λίτραν, καὶ κασίας δαφνίτιδος,
Σμύρνης τε χρηστῆς καὶ κρόκου, τούτων πάλιν
Λίτρας ἑκάστου τὸ τρίτον, ἢ σμικρῷ πλέον·
Στάχυος τε νάρδου Συριακῆς δυ' οὐγγίας·
Τερμινθίνης τε τῆς καθαρᾶς λίτρας δύο·
Κηροῦ τε λευκοῦ τοῦ καθαροῦ λίτραν μίαν·
Κυπρίνου τε μύρου προσφάτου [βάλε καὶ] λίτραν
Οἴνου Φαλερίνου τοῦ καλοῦ ξέστην ἕνα. [μίαν·
Τὰ μὲν ἄλλα κόψας σῆθε λεπτῷ κοσκίνῳ,
Λίβανον δὲ καὶ βδέλλιον εἰς ὅλμον ἐμβαλὼν,
Σμύρναν τε χρηστὴν καὶ κρόκον λελεασμένον
Θραύων παράχεε κύπρινον διὰ οἴνου βραχὺ,
Εἶτ' ὁλμοκόπει ὡς μέλιτος ἔχειν ὑγροῦ πάχος,
Προσεμβαλών τε τἄλλα λεῖ' ἀρώματα,
Οἴνου τε τὸ λοιπὸν παραχέας, ἑνοῦ καλῶς,
Ἄφες τε συμπιεῖν ἡμέραν καὶ νύχθ' ὅλην,
Τέρμινθίνην τε καὶ κύπρινον κηρόν θ' ἅμα
Τήξας, ἔασον ἐπὶ πυρὸς κουφωτάτου,
Καὶ πάντα μίξας χερσὶ τῶν μύρων τινὶ
Λελιπασμέναις ἔασον, οὕτως ἀποτίθου,
Μετὰ χρόνον αὐτῷ, μὴ παραχρῆμα χρώμενος.
Τὰ πολλὰ μίγνυ ξυσθὲν ἐκ μέρους τινὸς,
Κηρωτάριον γενόμενον εὐαφέστερον.
Σπανίως δὲ χρῆσαι καὶ μόνῳ τῷ φαρμάκῳ.

ALIUD DAMOCRATIS MALAGMA.

Odorum et hoc tollensque mox vitia hepatis,
Affectiones renibus, colo et graves,
Colli simul uteri diutiusculas;
Idemque jam corrupto habitu superdatur,
Morboque longo pallidis, hydropicis,
Et qui minus coquunt cibum et fastidiunt.
Habet hoc amomi Scythici, xylobalsami,
Et cardamomi, bdelliique lucidi,
Siccæ cyperi, thuris boni omnium parem
Modum libram, post cassiæ daphnitidis,
Myrrhæ bonæ, croci pariter de singulis
Libræ trientem aut amplius quid paululum;
Nardi spicæ post Syriacæ uncias duas;
Terebinthinæ puræ bonæ libras duas;
Albæque ceræ perpolitæ unam libram;
Recentis unguenti cyprini libram unicam;
Vini Falerni hinc optimi sextarium.
Reliqua tunde et cribro tenui concernito;
Thus, bdellium contra in pilam conjicito,
Myrrham bonam crocumque tritum his addito,
Fractisque parum cyprini cum vino infundito;
Dein tundito, ut liquidum mel crassitudine
Æquet, mox his aromata contrita addito,
Et quod superest vinum addito, committito
Totam diem, noctem simul, quo combibant;
Terebinthinam vero, cyprinum, ceram et simul
Liquato, tunc lentissimo igni imponito,
Unctisque post manibus per unguen quodpiam,
Subacta sic committito et reponito.
Nec mox parato uti velis tu pharmaco,
Sed tempore interjecto. Et ut cerotulum
Sit mollius, rasum partim subinde tu
Misceto, solo rarius sed utitor.

ΑΛΛΟ ΔΑΜΟΚΡΑΤΟΥΣ ΜΑΛΑΓΜΑ.

Πρὸς τὰς διαθέσεις τὰς ἄγαν κεχρονισμένας
Ἕτερον μάλαγμα πρὸς ἃ προεῖπον εὔτονον.
Τοῖς σπληνικοῖς πάντων δὲ μᾶλλον ἁρμόσει,
Κἂν ὦσιν ὠχροὶ καὶ πυρέσσωσιν σφοδρῶς,
Ὕδωρ τ' ἔχωσιν ἐν ὑποχονδρίῳ βραχύ·
Πολὺ γὰρ θεραπεύειν ἀδύνατον μαλάγμασιν.
Σύκων λιπαρῶν ξηρῶν μὲν, ἔτι δὲ προσφάτων
Τὸ σπέρμ' ἀπάρας τὸ πολὺ καὶ τὸν ὀμφαλὸν,
Στῆσον δραχμὰς τρὶς πέντε καὶ ἑτέρας δέκα·
Κηροῦ τε λευκοῦ Ποντικοῦ ταύταις ἴσας·
Μυροβαλάνου τε τῆς λιπαρᾶς λίτραν μίαν·
Νίτρου θαλασσίου δὲ λίτρας ἥμισυ·
Στυπτηρίας τε σχιστῆς δραχμὰς δώδεκα,
Μιᾶς τε δραχμῆς ἥμισυ τριώβολον·
Βδέλλης ὄνυχός τε τὰς ἴσας στυπτηρίᾳ·
Ἴσον τε νίτρου τ' ἄνθους Ἀσσίου λίθου·
Ἀμμωνιακοῦ τε ταὐτὸ θυμιάματος·
Καὶ τήλεως δὲ σπέρματος καὶ καρδάμου
Καὶ καρδαμώμου καὶ καλῆς ὀρειγάνου
Ξέστου τέταρτον ἐξ ἑκάστου μίγματος·
Ἐρεγμοῦ τε τὸ μέτριον [καὶ] ἰρίνου μύρου.
Τὸ μάλαγμα δὲ σκεύαζε τοῦτον τὸν τρόπον·
Βδέλλιον οἴνῳ διάβροχον ποιῶν γλυκεῖ,
Μάλασσ' ἐν ὅλμῳ, γενομένῳ λείῳ δ' ἄγαν
Πρόσβαλλε σῦκα καὶ κόπτε πάλιν [αὖ] ἅμα·
Οἶνον παραχεών, λεῖα ποίησον καλῶς·
Προσεμπάσας δὲ τἄλλα πάντα μίγματα,
Ἐν ὕδατι θερμῷ κηρὸν ἐμβρέξας καλῶς,
Μάλασσε χερσὶ, καὶ πλατύνας πρόσβαλε
Τοῖς ὁλμοκοπουμένοις, ὑπέρῳ τε χρώμενος
Ξυλίνῳ, λιπαίνων ταῦτα συνεχῶς τῷ μύρῳ.
Καιρὸς δὲ πάντων χρήσεως μαλαγμάτων,
Ὅσα κοιλίᾳ, στομάχῳ [τε] καὶ τοῖς ἐντέροις
Ἐπιβάλλεται κάλλιστος ὁ μέχρι τῆς τροφῆς,
Ἧς ἔλαβον, ἐν τῇ γαστρὶ μὴ παρακειμένης.

(Sec. loc. VIII, P. II, p. 289 et 290.)

ALIUD DAMOCRATIS MALAGMA.

Aliud malagma ad jam relatas commodum
Affectiones, si fuerint diutinæ;
Confert lienosis, vel omnium optime,
Si palleant ac febrem patiantur gravem,
Aquamque habeant præcordiis si pauculam;
Multam nequeunt curare enim malagmata.
Ficus cape pingues sicciores, sed novas,
Et semine ejecto plurimo, et umbiliculo
Appende drachmas quinquies tres ac decem,
Albæque ceræ Ponticæ parem modum,
Myrobalani pinguis libram post integram,
Nitri marini sed libram modo dimidiam,
Aluminis scissi duas supra decem
Drachmas superque dimidiam triobolon;
Et mox onychis, quod sic vocatur, bdellii
Addes parem tu aluminis dictum modum,
Nitro parem florem lapidis sed Assii,
Ammoniaci tantumque thymiamatis,
Et seminis fœni Græci et nasturtii,
Et cardamomi, quam optimique origani,
De singulis sextarii quartam modo;
Lomentique, irini unguinis quod sufficit.
Paratur at tandem malagma in hunc modum:
Vino rigatum dulci bdellium tundito
Pila, levissimoque facto adjicito
Ficus simul, rursusque rite tundito,
Quo trita vini stillulis fiant probe;
Mixtura mox addatur inde inspersilis;
At post rigatam fervida ceram ex aqua
Mollem manibus, factamque latam adjicito,
Et tusa mox ligni radio compingito,
Guttis et unguinis frequens madefacito.
Usus malagmatum omnium quæ ventriclo
Induntur et stomacho, simul interaneis
Est tempus, in quo qui cibus congestus est
Non amplius residet in ventriculi cavo.

ΠΕΡΙ ΛΕΥΚΗΣ ΕΜΠΛΑΣΤΡΟΥ.

Δεῖ δὲ μετὰ τούτων τοὺς φιλιάτρους ἔχειν
Λευκὴν καλὴν ἔμπλαστρον εἰς ἀποσύρματα,
Καὶ τὰ πυρίκαυτα καὶ τὰ χωρὶς αἰτίας
Ἐξεπιπολῆς γινόμενα φανερᾶς ἕλκεα.
Σκευάζεται δ' οὕτως· ψιμυθίου λίτραν·
Λιθαργύρου τε τῆς τρυφερᾶς καὶ μάλιστα νῦν
Λίτραν μίαν τε καὶ μέρος λίτρας τρίτον·
Κηροῦ τε καθαροῦ Ποντικοῦ πέντ' οὐγγίας·
Τερμινθίνης τε οὐγγίαν τῆς καθαρωτάτης·
Λιβάνου δὲ μάννης, ἢ λιβάνου πεντ' οὐγγίας·
Λευκοῦ δ' ἐλαίου τοῦ καλοῦ καὶ προσφάτου

DE ALBO EMPLASTRO.

At cum his habere emplastrum medicis convenit
Album, efficax adversus avulsam cutem,
Ambusta ad ulcera, et per summa corporis
Occasionem citra manifestam edita.
Ita confit; cerussæ libra una sumitur,
Lythargyrique delicatæ postea
Libra una et pars deinde libræ tertia;
Ceræque puræ Ponticæ quinque unciæ;
Terebinthinæ pondo uncia et purissimæ,
Thurisque mannæ vel thuris quinæ unciæ,
Candidi olei boni recentis selibra

Δύ' ἥμισυ λίτρας, καὶ ὕδατος ξέστην μίαν.
Ἕψε δ' ἔλαιον, ψιμύθιον, λιθάργυρον,
Ὕδωρ πυρὶ κούφῳ, τῇ σπάθῃ κινῶν ἀεί.
Ὅταν δὲ πᾶν μὲν ἐκφρυγῇ καλῶς ὕδωρ,
Τὸ δὲ φάρμακον λευκόν τε καὶ λεῖον βλέπῃς,
Μαλακὸν ἀμόλυντον, τότε βάλλεις τερμινθίνην,
Ἔπειτα κηρὸν, εἶτα λίβανον ὕστερον·
Ἄρας τε κίνει τὴν χύτραν ἀπὸ τοῦ πυρὸς,
Ὑποψυγέν τε συμμέτρως τὸ φάρμακον
Εἰς τὴν θυείαν καταχέας ἀναλάμβανε.
Ἐπί τε γυναικῶν ἢ τρυφερῶν τῶν παιδίων,
Ἐπί τε γερόντων ἢ καχεκτούντων νέων
Ταύτῃ κατάμισγε τῆς στυπτηρίας τρίτον [χὺ,
Ἣν προαποδεδώκαμεν ἔμπλαστρον ἔμπροσθεν βρα-
Καὶ χρῶ πρὸς ἅπαντα καὶ νεότρωτα τραύματα.
Κατάμισγε δ' [ἄρ'] αὐτῇ ῥόδινον τετηγμένῃ
Καὶ κηρὸν ὀλίγον, καὶ λιπαρὰν ἕξεις καλὴν,
Οἶνον παραχέας λευκὸν αὐστηρὸν βραχύ.
(Gal. sec. gen. I, P. II, p. 327.)

Binæque libræ; aquæ vero sextarius.
Oleum, cerussa, argenti spuma, aqua coquitur
Leni igne, agitatur sedulo rudicula.
Cum tota pulcre desiccata sic aqua est,
Et leve medicamentum apparet, candidum,
Et molle, nec tingens, terebinthina inditur,
Deinde cera succedet, thus postea.
Ab igne quum depones ollulam, move.
Quum modice erit refrigeratum pharmacum,
Mortario superfundas atque excipe.
In mulieribus vel delicatis puerulis,
In senibus habitu aut pravo juvenibus simul
Huic tertiam partem immisceto aluminis,
Quod prodidimus emplastrum non multum antea,
Ac utitor ad omnia recentia vulnera.
Ipsi vero rhodinon liquefacto immisceas
Paulum atque ceræ, habebis sic leve optimum,
Album vinum parum austerum si affuderis.

Η ΔΙΑ ΔΙΚΤΑΜΝΟΥ.

Τῶν περιβοήτων δ' ἐστὶν ἐμπλάστρων μία,
Μόνη τ' ἔχουσα Κρητικὸν τὸ καλούμενον
Δίκταμνον, ἰᾶται δὲ τὰς τῶν ἑρπετῶν
[Τῶν] ἰοβόλων πληγάς τε καὶ τὰ δήγματα
Πάντων τετραπόδων, κἂν λελυσσήκῃ τινά,
Τετυλωμένα θ' ἕλκη, τάς τε τῶν νεύρων φθορὰς,
Μυῶν τε καὶ τῶν ὀστέοις ἐπικειμένων
Χόνδρων, ἐχόντων διὰ βάθους ἤδη φθοράν·
Τά τε περὶ μαστοὺς καὶ τράχηλον καὶ ῥάχιν
Ἕλκη θεραπεύει, κἂν χρόνους πολλοὺς ἔχῃ,
Καὶ πάνθ' ὅσ' εἶπον τὴν καλουμένην ποιεῖν
Αἰγυπτίαν ἔμπλαστρον ἔμπροσθεν βραχύ.
Ταύτην ἀγαθὴν σφόδρ' οὖσαν ἔνιοι καὶ μόνην
Δοκοῦσι πασῶν τῶν καλῶν βελτίονα,
Πολλῶν διὰ πείρας οὐκ ἔχοντες φαρμάκων.
Ἔχει δὲ λιθάργυρον [μὲν] δὶς ἑκατὸν δραχμάς·
Λίτρας δ' ἐλαίου τοῦ παλαιοῦ τέσσαρας·
Τινὲς δὲ [καὶ] κοτύλας φασὶ μᾶλλον τέσσαρας·
Δὶς δ' εἴκοσι πέντε Ποντικοῦ κηροῦ δραχμάς·
Κολοφωνίας δὲ τῆς καλῆς κηροῦ διπλοῦν·
Τινὲς δὲ μᾶλλον ταὐτὸ τῆς τερμινθίνης·
Ἰοῦ δὲ χαλκοῦ καὶ ἀλόης [τῆς] Ἰνδικῆς,
Χαλκοῦ τε κεκαυμένου καὶ διφρυγοῦς καλοῦ
Δραχμὰς ἑκκαίδεκ' ἐξ ἑκάστου μίγματος·
Εἴκοσι δραχμὰς δὲ χαλβάνης καὶ τέσσαρας·
Μάννης λιβάνου τε τὰς ἴσας δὶς δώδεκα·
Ἀμμωνιακοῦ δὶς πέντε καὶ δὶς εἴκοσιν·
Ἑκκαίδεκα δραχμὰς προπόλεως τῆς Ἀττικῆς·
Ἀριστολοχίας τῆς μακρᾶς δὶς δέκα δραχμάς·
Δὶς ἓξ λεπίδος τοῦ Κυπρίου χαλκοῦ δραχμάς·

MEDICAMENTUM E DICTAMNO.

Emplastrum insignibus quod recte ascribitur
Solumque quod recipit dictamnum Creticum
Dictum. Medetur prospere reptilium
Percussibus venenatis ac morsibus
Quadrupedum cunctorum, etsi rabies quædam agat,
Juvat ulcerum callos et nervos perditos,
Et musculos et alto cartilagines
Corpore putrescentes quæ incumbunt ossibus;
Colli, mamillarum, spinæ quoque ulcera
Persanat, et diu si jam duraverint,
Ac omnia simul quæ facere paulo antea
Dixi emplastrum nomine scilicet Ægyptium.
Hoc admodum quum sit bonum, quidam omnibus
Unum bonis reputant usu præstantius,
Haudquaquam nempe experti multa pharmaca.
Lythargyri ducentas continet drachmas,
Olei vetusti pondo quattuor libras;
Magis volunt quattuor alii indere heminas;
Et quinquaginta ceræ drachmas Ponticæ,
Colophoniæ probæque plus cera duplo;
Alii malunt terebinthinæ parem modum;
Æruginis quoque, aloes nec non Indicæ,
Itemque æris combusti et diphrygis boni,
Cujusque sedecim drachmas adjicito;
Quaternas et vigenas drachmas galbani;
Thurisque mannæ porro bis duodecim,
Ammoniaci viginti bisque quinque bis;
Et sedecim jungantur propolis Atticæ;
Aristolochiæ longæ bis drachmæ decem,
Æris Cyprii squamæ drachmæ duodecim;

Καὶ γεντιανῆς ξηροτάτης ῥίζης ἴσον·
Τούτοις προσαπόδος πᾶσι δικτάμνου πόας
Ξηρᾶς ἐχούσης ἄνθος ὁλκὰς εἴκοσιν.
Λείαν λιθάργυρον δὲ μετ' ἐλαίου βαλὼν
Εἰς λοπάδα καινὴν κεραμίαν πλατύστομον
Ἕψε πυρὶ κούφῳ καὶ μαλακῷ, κινῶν σπάθῃ,
Ἕως γένηται μέλιτος Ἀττικοῦ πάχος·
Ἰόν τε καὶ τὴν λεπίδα προσβαλὼν, πάλιν
Ἕψει λαβρότερον· εἶτα κιῤῥοῦ γενομένου
Τοῦ φαρμάχου, πρόσβαλε χαλκὸν καὶ διφρυγὲς,
Ποιῶν τ' ἀμόλυντον καὶ πεπηγὸς φάρμακον,
Πρόσβαλλε κηρὸν, τήν τε ῥητίνην ἅμα·
Ὧν συντακέντων, ὅταν ἴδῃς κεχραμένην
Ἔμπλαστρον, αἴρεις τὴν χύτραν ἀπὸ τοῦ πυρός·
Καὶ προσβαλὼν πρόπολίν τε καὶ τὴν χαλβάνην,
Ἀμμωνιακὸν, μάννην τε καὶ ἀλόην, τότε
Ψύξας τὸ πυρῶδες καὶ ζέον τοῦ φαρμάκου,
Ἀριστολοχίαν λειοτάτην προσεμπάσεις,
Καὶ γεντιανὴν, τήν τε δίκταμνον πόαν·
Καὶ προσανακόψας τῇ σπάθῃ τὸ φάρμακον,
Μάλασσε χερσὶ καὶ μαγδαλιὰς ποιῶν, ἔχε
Εἰς ἃς προεῖπον χρώμενος περιστάσεις.

(Sec. gen. V, P. II, p. 385 et 386.)

Et gentianæ radicis siccissimæ
Æquale; cunctis herbæ his dictamni quoque
Siccæ, sed habentis florem, drachmas bis decem.
Lævem lithargyrum at cum oleo demittito
Ollæ recenti, cui patulum os figulus dedit,
Pruna leni coquas, movens rudicula,
Quousque spissitudo mellis Attici
Fiat; ærugine atque æris squama inditis,
Rursus magis coquas, ac postquam pharmacum
Gilvum fuerit, æs misceas et diphryges,
Crassumque reddens pharmacum, ut non polluat,
Ceram et resinam tunc dictis adjicito:
Quibus liquatis, ubi recte coierit,
Emplastrum ab igne tolles, quumque adjeceris
Propolimque, mannamque, aloen, atque galbanum,
Ammoniacumque; tunc postquam refrixerit,
Fervorque ignitus pharmaci subsederit,
Aristolochiam lævigatam plurimum,
Et gentianam dictamnumque inspergito,
Spatha atque medicamentum agitando sedulo
Manibus subigito et magdalias effingito,
Iisque mala ad quæcunque dixi ante utitor.

ΑΙ ΥΠΟ ΔΑΜΟΚΡΑΤΟΥΣ ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑΙ ΠΟΛΥΧΡΗΣΤΟΙ.

ΤΥΡΙΑ ΑΝΕΠΙΔΕΤΟΣ.

Τούτοις ἀκολούθως βούλομ' ἐμπλάστρων φράσαι
Ἀνεπιδέτων χρήσεις τε καὶ τὰς συνθέσεις.
Ποιοῦσι πρὸς τὰς μὴ μεγάλας διαιρέσεις,
Καὶ πρὸς τὰ μείζω σαρκὸς αὐτῆς τραύματα,
Τά τ' ἐξεπιπολῆς τῶν τετραπόδων δήγματα,
Αἵ καὶ δο-, ἥνας διαφοροῦσι προσφάτους·
Στομοῦσι δὲ τοὺς ἔχοντας ἤδη καὶ ὑγρὸν,
Κομιζόμεναί τε τὰς ἐπ' αὐτοῖς ἐσχάρας,
Τάχιστ' ἀπουλώσουσι δίχα χειρουργίας,
Καὶ τῷ μετώπῳ δ' ἐπιτεθεῖσαι ῥεύματα
Ὀφθαλμιώντων ῥᾷστ' ἐφέξουσιν μόναι.
Τούτου δ' ἀμείνω τοῦ γένους πρώτην φράσω
Ἔμπλαστρον εὐπόριστον, εὔχρουν, δραστικὴν,
Καλῶ δὲ Τυρίαν· λαμβάνει γὰρ πορφύρας
Τὸ χρῶμα Τυρίας, ἂν γένηθ' ὃν δεῖ τρόπον.
Σκεύαζε δ' οὕτω· τῆς καλῆς λιθαργύρου
Ἔμβαλλε λίτρας πέντε, καὶ κηροῦ μίαν·
Καὶ πιτυίνης τρεῖς τῆς λιπαρᾶς τῆς ἀξύλου·
Ἰοῦ δὲ χαλκοῦ τοῦ καλοῦ καὶ χαλβάνης,
Χαλκοῦ κεκαυμένου τε καὶ λεπίδος καλῆς
Τέσσαρας ἑκάστου μίγματος βάλλ' οὐγγίας·
Λιπαροῦ δ' ἐλαίου πέντε λίτρας καὶ μίαν.
Ἕψει δὲ τὴν ἔμπλαστρον οὕτως ἐπιμελῶς·

QUÆ SCRIPSIT DAMOCRATES MULTIPLICIS USUS MEDICAMENTA.

TYRIUM LIGAMENTIS NON EGENS.

Post hæc referam emplastrorum adhærescentium
Sine fasciis, quis usus et confectio.
Ad divisiones faciunt non magnas bene,
Et carnis ipsius ampliora vulnera.
Medicantur a quadrupede et morsos corpore
Summo, recentes discutiunt furunculos,
Quibusque jam pus est vapore digerunt;
Item auferendo crustas his celerrime
Cicatricem inducunt opera nulla manus;
In fronte posita fluxus quam promptissime
Lippientium cohibent, sola quamvis ceperis.
Hujus generis præstantius primum efferam
Emplastrum facile inventu, cui color bonus
Atque efficacia, Tyriam nos dicimus,
Tyriam colore referat id quod purpuram,
Si quo decet modo fiat. Sic præpara:
Sit libra injecta quinquies lithargyri
Boni, semel ceræ capiatur; insuper
Ter pityinæ pinguis lignosæ ac neutiquam,
Æruginis præstantis æris, galbani,
Ærisque combusti, pariter squamæ bonæ
Cujusque misceto quaternas uncias;
Pinguis olei sex pondo libras addito.

Βαλὼν μετ' ἐλαίου λειοτάτην λιθάργυρον,
Εἰς κεραμιαίαν μείζω καὶ καινὴν χύτραν,
Ἀνάτριβε χερσὶν, εἶτα κίνει καὶ σπάθῃ,
Ἕψε δ' ἐπὶ λάβρας καὶ διηνεκοῦς φλογός·
Ὅταν δὲ μέλιτος λαμβάνῃ τὴν σύστασιν,
Ἰόν τε καὶ τὴν λεπίδα προσβαλὼν ἄφες
Ἕψεσθ' ἐφ' ἱκανόν· εἶτα χαλκὸν πρόσβαλε·
Πάλιν δ' ἔασον ἐπὶ πολὺν ἕψεσθαι χρόνον,
Ἀπόχεον ὀλίγον τῆς χύτρας τοῦ φαρμάκου,
Ψύξας τ' ἀνάτριψον χερσὶ καὶ τοῖς δακτύλοις,
Εὔχρουν τ' ἰδὼν καὶ σκληρὸν, οὕτως πρόσβαλε
Τὴν πιτυΐνην καὶ κηρόν· εἶθ' ἡνωμένων
Πάντων ἐπιμελῶς πάλιν ἀπόσταξον βραχύ·
Κἂν μὲν βλέπῃς εὔχρουν τε καὶ κεκραμένην,
Ἆρον παραχρῆμα τὴν χύτραν ἀπὸ τοῦ πυρὸς,
Καὶ χαλβάνην πρόσβαλλε προμεμαλαγμένην.
Ἂν δ' ᾖ παρὰ πολὺ σκληρότερον τὸ φάρμακον,
Ἔλαιον αὐτῷ πρόσβαλ' εἰς εὐκρασίαν.
Οὕτω κατηθῶν εἶτ' εἰς ἀγγεῖον ἕτερον,
Ψυχρὸν μάλασσε χερσὶ, χοὔτως ἀποτίθου.

At curiose emplastrum coquito in hunc modum:
Lithargyrum mitte ex oleo lævissimam
Fictilem in ollam novam, sed hanc majusculam,
Ubi conteres manibus, movebis ac spatha;
Deinde flamma acri atque continua coquens,
Quum mellis accipit jam spissitudinem,
Ærugo et squama misceantur; incoqui
Permittito satis, dehinc æs adjungito;
Rursus coqui multo relinquens tempore,
Paulum defundens ex olla medicaminis,
Refrigeratum manibus et digitis teras;
Boni coloris atque durum ubi conspicis,
Sic pityinam ceramque reliquis indito;
Deinde cuncte rite unitis paululum,
Stillato rursus et, colorem si bonum
Et temperamentum vides, mox tollito
Ab igne fictilem, et subactum galbanum
Apponito. Si pharmacum sit durius
Multo, resolves oleo, faciens sic bonam
Temperiem. In aliud inde vas transfundito
Frigidum subactum manibus; ita reponito.

Ἄλλην ὑπογράψω τῇ πρὸ ταύτης ὁμογενῆ·
Ποιεῖ δὲ πρὸς ἃ προεῖπον ἔμπροσθεν πάθη.
Πάντων ἀπουλοῖ πρῶτον αὕτη φαρμάκων
Ἕλκη δυσαλθῆ καὶ τυλώδη καὶ χρόνια.
Τὰν τῷ προσώπῳ γινόμεν' ἐξανθήματα
Αὕτη θεραπεύει δίχα τινὸς δηγμοῦ κακοῦ,
Ἕδρας τ' ἐχούσας ῥαγάδας καὶ σκληρίας
Τὰς κονδυλώδεις καὶ τύλους ἀποβάλλεται.
Σκεύαζε δ' οὕτω· μνᾶν λιθαργύρου καλῆς
Μνᾶ δ' ἐστὶ λίτρα καὶ τρίτον λίτρας μέρος·
Κηροῦ καλοῦ δὲ Ποντικοῦ μνᾶς ἥμισυ·
Ἰοῦ τέταρτον μνᾶς μέρος ξυστοῦ καλοῦ·
Χαμαιλέοντος μέλανος ὄγδοον μέρος.
Ῥίζη (?) δέ ἐστιν ἡ καλὴ ἡ Κρητικὴ
Τὸ πρῶτον, εἶτα Κιλίκιος· παλαιοτάτου (?)
Τ' ἐλαίου μνᾶς ἐπιῤῥεπέστερον βραχύ·
Ἐὰν δὲ μὴ παρῇ, κέχρησο προσφάτῳ.
Ἕψει δὲ, λείαν τὴν λιθάργυρον βαλὼν
Καὶ πᾶν ἔλαιον εἰς χύτραν, κινῶν σπάθῃ.
Ὅταν δὲ συστῇ καὶ γένηται μηλίνη,
Ἰὸν παράπασον, εἶτα κηρὸν πρόσβαλε·
Τήξας δὲ τοῦτον, βαστάσας τ' ἀπὸ τοῦ πυρὸς,
Χαμαιλέοντος [μέλανος] ὀλίγον παράπασον.
Ὅταν δ' ἑνωθῇ πάντα καὶ ψυγῇ ποσῶς,
Κατέρασον εἰς θυείαν, οὕτω τ' ἀποτίθου.

Aliud ejusdem huic generis subjiciam.
Medetur ante quos citavi affectibus,
Nec est quod ulceribus malis diutinis
Calloque pressis applices felicius;
Cicatrices, etiamque ore natas pustulas
Persanat absque rosione, rhagadas,
Ani nodosas durities, callos simul
Demit. Sic præpara: Lithargyri minam
Bonæ, at libra est cum parte tertia mina;
Minæ semis probatæ ceræ Ponticæ, et
Æruginis minæ quadrantem rasilis;
Atri chamaeleontis octavam probi
Partem; radix bona est regione Cretica
Nascens primum, Cilicia deinde; præter hanc
Olei veterrimi plus paulo quam mina;
Quodsi non fuerit, usurpato vel recens;
Lithargyrum tunc lævem itidemque oleum ollula
Totum figlina conditum rudicula
Movens coquito; ubi constiterit, et melinon
Fuerit, adjice æruginem, ceramque tunc,
Qua jam liquente ab igne tollens ollulam,
Chamæleontis paululum conspergito.
Unita quum refrigerataque quod satis,
Transfunde in mortarium, post sic reponito.

ΑΙΓΥΠΤΙΑ.

Αἰγυπτία τηροῦσα χωρὶς φλεγμονῆς
Πᾶσαν διαίρεσιν καὶ πάντα θλάσματα,
Καὶ δήγματα πάντων τετραπόδων, τῶν θ' ἑρπετῶν,
Ὅσαι τ' ἐγένοντο χωρὶς ἑλκῶν φλεγμοναὶ,

ÆGYPTIUM.

Ægyptium perservans absque phlegmone
Divisa quælibet contusaque omnia,
Quadrupedum morsus cunctorum et reptilium,
Itemque genitas absque ulceribus phlegmonas,

Πόνους τε νεύρων καὶ μυῶν δίχ' αἰτίας.
Ταύτην ἐπαινῶν Ἀνδρόμαχος ἐν φαρμάκοις,
Ἔχων μεγίστην ἕξιν ἐδίδου τοῖς φίλοις.
Εἶναι δὲ δραχμὰς ἔλεγε μὲν λιθαργύρου
Τρὶς τεσσαράκοντα καὶ ἑτέρας δὶς δώδεκα·
Κηροῦ δὲ λευκοῦ Ποντικοῦ ταύταις ἴσας·
Ἀμμωνιακοῦ δὲ τοῦ καθαροῦ τρὶς εἴκοσι
Καὶ δώδεκ' ἄλλας, [καὶ] λιβάνου δὶς τέσσαρας·
Λεπίδος δὲ χαλκοῦ καὶ λέπιδος στομώματος,
Πάλιν δ' ἑκάστου μίγματος δὶς τέσσαρας·
Τερμινθίνης τε τῆς καθαρᾶς τρὶς δώδεκα·
Δύω δ' ἐλαίου κικίνου κοτύλας μέτρῳ·
Ἐρίων δέκ' ὀκτὼ τῶν ῥυπαρῶν κεκαυμένων.
Καίειν δ' ἔφασκεν αὐτὰ τοῦτον τὸν τρόπον·
Εἰς λοπάδα καινὴν ἢ χύτραν πλατύστομον
Ἐνθέντας ἔριον οἰσυπηρὸν δαψιλές,
Τὸ πῶμα προχρίσαντας γύψῳ ἢ κόνει,
Ἢ γῇ κεραμικῇ μεθ' ὕδατος μεμαλαγμένῃ,
Ἐν πυρὶ λάβρῳ καίοντας, ὅταν ᾖ ῥάδιον,
Κόψαντας σῆσαι· τότε δοκεῖ καλῶς ἔχειν.
Καίειν δ' ὁμοίως αὐτὰ κἂν τοῖς κριβάνοις,
Καὶ ἐν τοῖς ἴπνοις τοῖς ἄγαν πεπυρωμένοις,
Οὕτω τε λειῶν, λαμβάνειν ὃν δεῖ σταθμόν·
Ἕψειν δὲ κελεύει λειοτάτην λιθάργυρον,
Καὶ κίκινον πᾶν, μίξαντ' ἐν καινῇ χύτρᾳ·
Μέλιτος πάχους δὲ γενομένου τοῦ φαρμάκου,
Λεπίδα παραπάσσειν καὶ συνέψειν ἐφ' ἱκανόν,
Ἕως ἂν γένηται ἀμόλυντον, βάλλειν τότε
Τερμινθίνην καὶ κηρόν· εἶθ' ἡνωμένοις
Ἀμμωνιακὸν μαλαχθὲν ὑπὸ τῶν δακτύλων.
Μέλλοντα δ' αἴρειν τὴν χύτραν ἀπὸ τοῦ πυρός,
Λεῖον προσεμπάττειν λιβανόν, βάλλειν τότε
Καὶ τῶν οἰσυπηρῶν τὴν κόνιν παρεσχάτην
Πρὸ τοῦ λιβανωτοῦ δὲ σμικρῷ [ἢ] ὕστερον.
Τινὲς δὲ τοῦτο βουλόμενοι τὸ φάρμακον
Ἴδιον λέγεσθαι, βαστάσαντες τὴν μίαν
Λεπίδος μιᾶς βάλλουσι τὰς ἑκκαίδεκα·
Χρῶνται δὲ χαλκοῦ λέπιδι, οὐ στομώματος.

Nervos dolentes citra causam et musculos.
Laudans hoc Andromachus dabat sodalibus
Suis in pharmacis peritus maxime.
Aiebat esse quadraginta ter quidem
Denarios lithargyri et duodecim
Bis alteros, ceræ quoque albæ Ponticæ
Tantumque, ammoniaci viginti ter puri
Et duodecim alios, thuris et bis quattuor;
Squami vero aeris et squamæ stomomatis,
Cujusque rursus mixturæ bis quattuor;
Puræ terebinthinæ ter addas duodecim;
Oleique ricini duas inde heminas;
Octodecim ustæ sordidæ lanæ heminas.
Docebat ipsam isto modo comburere:
Novæ patinæ vel ollæ quæ sit latior
Ore inde lanam copiose succidam;
Operculum gypso prius vel glutino,
Vel terra figulari, cui sit mixta aqua,
Illinito, sed largo igne mox comburito,
Contusam incerne cribro, ubi facile hoc erit,
Et tunc præsertim recte habere judica.
In clibanis quoque ipsa et in fornacibus
Ignitis nimium similiter comburito.
Ita capiebat lanæ tritæ, quem est par, modum.
Coquere lithargyrum jubet lævissimam,
Totumque ricinum, mixtis atque ollula
Nova, mellisque facta spissitudine,
Squamam aspergere, concoquere et quantum sufficit
Usque adeo, dum non inquinet, tunc addere
Terebinthinam et ceram; dein quum coiverint,
Ammoniacum confectum digitis mollius.
Posturus ab igne ollam, thus tritum inspergito,
Penultimum ac lanæ immundæ pulvisculum,
Atque ante thus, pauxillulo aut post tempore.
Quidam volentes istud proprio pharmacum
Dici titulo, quum depositus est caccabus,
Squamæ unius bis octo indunt denarios;
Squama autem utuntur æris, non stomomatis.

ΑΛΛΗ.

Οὐδέν τι χεῖρον τῆς προτέρας Αἰγυπτίας
Ποιοῦσα ταὐτά, ποτὲ δὲ καὶ κρεῖττον. Παχὺ
Ἂν σκευάσῃ τις ἐπιμελῶς τὸ φάρμακον,
Χρήσηται αὐτῷ μὴ παρέργως ταὐτὰ πρός.
Ἔχει δ' ἐλαίου πέντε λίτρας κικίνου·
Λιθαργύρου δὲ τέσσαρας χρυσίτιδος·
Λεπίδος δὲ χαλκοῦ τεσσαράκοντ' ὀκτὼ δραχμάς·
Τερμινθίνης τε τῆς καλῆς τρὶς δώδεκα·
Μάννης λιβάνου τε ταὐτὸ τῇ τερμινθίνῃ·
Ἀμμωνιακοῦ δὲ τοῦ καθαροῦ λίτρας δύο·
Κηροῦ δὲ λευκοῦ Ποντικοῦ δύ' ἥμισυ.
Ἕψει δ' ἔλαιον, λεπίδα, τὴν λιθάργυρον,

ALIUD.

Nihil priore pejus agit Ægyptio
At melius et quandoque; si confecerit
Crassum accurate medicamentum quispiam,
Utetur ad eadem ipso non improspere.
Olei autem ricinini libras quinque habet;
Chrysitidisque argenti spumæ quattuor;
Squamæ æris terque sexdecim denarios;
Terebinthinæ præstantis ter duodecim;
Mannæque thuris tantundem; pondo duo
Ammoniaci sinceri; ceræ Ponticæ
Albæ duas libras semissem et insuper.
Coquito oleum, squamam, nec non lithargyrum,

῞Εως συνέλθῃ καὶ γένητ' εὔχρους ἄγαν,
Σκληρά θ' ἱκανῶς ἔμπλαστρος· εἶθ' οὕτω βαλεῖν
Τερμινθίνην καὶ κηρὸν, εἶτα δακτύλοις
Ἀμμωνιακὸν μαλαχθὲν, εἶτα τὴν χύτραν
Ἀπὸ τοῦ πυρὸς ζέουσαν ἄρας, βαλεῖς τότε
Τὴν μάνναν, ἤδη ψυχομένου τοῦ φαρμάκου.
Ἐποίησα ταύτην πολλάκις λιθαργύρου
Χωρὶς, μολυβδαίνης ἐμβαλὼν καλῆς ἴσον,
Ἐχρησάμην θ' ἥδιστα πρὸς ἃ προείπομεν
Πεποιημένην τε χρώματος βελτίονος.

(Sec. gen. VI, P. II, p. 401 et 402.)

Donec coierint colorque sit optimus
Fiatque satis durum emplastrum; deinde sic
Terebinthinam et ceram pones; hinc mollius
Ammoniacum digitis confectum, postea
Fervente ab igne caccabo deponito, et
Mannam injicito, jam frigerato pharmaco.
Frequenter hoc feci citra lithargyrum,
Molybdænæ bonæ pari sumpto modo,
Ususque sum ad quæ dixi jam suavissime
Probatiorisque id coloris condidi.

ΑΙ ΥΠΟ ΔΑΜΟΚΡΑΤΟΥΣ ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑΙ ΔΙΑΦΟΡΗΤΙΚΑΙ.

Ἔμπλαστρος ἀγαθὴ διαφοροῦσα μηλίνη
Τὰς μὴ παλαιὰς χοιράδας τῶν παιδίων,
Τὰς περὶ μύας τε καὶ τὸ δέρμα σκληρίας,
Καὶ τὰς μενούσας φλεγμονὰς πλέω χρόνον
Πληροῦσα σαρκοῖ καὶ ἐς ἀπούλωσίν (τ') ἄγει
Σκευάζεται δ' οὕτως· καλῆς λιθαργύρου
Τρεῖς τὸ πολὺ λίτρας, ψιμυθίου μίαν ἥμισυ·
Τούτοις προσαποδίδου λίτρας.... νέου
Λιπαροῦ τ' ἐλαίου. Τὴν λιθάργυρον βαλὼν
Ἕψε μετ' ἐλαίου, καὶ ῥυπῶδες τῷ πάχει
Ποιῶν, προσαπόδος ψιμύθιον λεῖον τότε.
Ὅταν δ' ἴδῃς ἀμόλυντον, εὔκρατόν τ' ἄγαν,
Μικρῷ τε μᾶλλον σκληροτέραν, προσέμβαλε
Κηρὸν, πιτυίνην, ὧν ταχέντων, τὴν χύτραν
Ἀπὸ τοῦ πυρὸς ζέουσαν ἄρας, [καὶ] τότε
Βάλ' ἀμμωνιακὸν χερσὶ καὶ τοῖς δακτύλοις
Πλατυνθὲν, ὡς εἴωθε κηρὸς, παρὰ πυρί·
Ἔπειτα κινῶν τῇ σπάθῃ τὸ φάρμακον
Καὶ πάλιν μαλάσσων χερσὶν οὕτως ἀποτίθου.

Ἄλλη πρὸς πάντα ταῦτα· τὰς δὲ χοιράδας
Μᾶλλον διαφορεῖ, τοὺς πονοῦντας δ' ὠφελεῖ,
Ἔχοντας εὐλάβειαν εἰς ἀπόστασιν
Ὑποχονδρίων μετά τινος ὄγκου καὶ φόβου.
Μέλαινα δ' οὖσα σκευασίαν ταύτην ἔχει·
Πίσσης διαυγοῦς ξηροτάτης λίτρας δύο·
Πυκνῆς τε ὑελώδους βάλ' (?) ἀσφάλτου δύο·
Φρυκτῆς πιτυίνης τέσσαρας· κηροῦ δὲ τρεῖς·
Λιβάνου λίτραν μίαν, καὶ μιᾶς μέρος τρίτον·
Χαλκοῦ δὲ λεπίδος οὐγγίας δὶς τέσσαρας·
Κοινοῦ δ' ἐλαίου προσφάτου πέντ' οὐγγίας.
Λειοῖς λίβανόν τε καὶ λεπίδα, παρεγχέων
Ὄξους τὸ μέτριον, καὶ λεάνας ἐπιμελῶς,
Πάχος ποιήσας μέλιτος, ἕψησον τότε
Κηρόν τε καὶ τὰ λοιπὰ μετ' ἐλαίου νέου,
Οὕτω τε κατάχει θερμὰ τῶν λελεασμένων,
Μίξας τ' ἐπιμελῶς πάντα χερσὶν εὐτόνως,

DISCUSSORIA A DAMOCRATE CONSCRIPTA.

Ad digerendum melinum emplastrum efficax
Infantium strumas non veteres, insuper
Et duritias quoque musculorum, item et cutis,
Et phlegmonas quæ durant multo tempore
Replet carne inducit cicatricemque iis.
Sic conficitur: excellentis lithargyri
Ut plurimum libram sesquilibramque insuper
Cerussæ; his adde libræ pondo..... novi
Pinguis olei. Immissa est ollæ lithargyrus,
Ex oleo coquitur; ubi jam spissitudinem
Habet sordis, lævem cerussam tum capit.
Quum non inficiens temperie et bona admodum
Pauloque durius videris, immittitur
Cera et pityina, quibus liquatis ollula
Ab igne fervens tollitur; tunc protinus
Ammoniacum, uti cera manibus assolet
Atque digitis, explanatum igni injicitur.
Postea movetur pharmacum rudicula
Rursusque mollitur manibus, sic conditur.

Aliud ad omnia hæc; strumas ipsas vero
Magis resolvit et laborantes juvat,
Præcordia ne abscessus, queiscunque est cautio
Tumore quopiam haud absque metu exerceat.
Hanc obtinet confecturam, nigrum quia est:
Picis persiccæ limpidæ libras duas;
Densique vitrei duas bituminis;
Frictæ pityinæ quattuor; ceræ capit
Tres; thuris unam libram et partem tertiam;
Squamæ æris uncias pariter bis quattuor;
Recentis olei communis quinque uncias.
Thus, squamma teritur, quibus acetum apponitur
Mensuram juxta. Ut curiose trita sunt,
Et crassitudinem mellis tenent, coques
Ceram, reliquaque tum simul oleo novo,
Rursusque lævigatis calida infundito;
Ubi diligenter manibus omnia robore

Ἀποτίθου φυλάττων, δέρματ' ἐσκεπασμένην·
Ποιεῖ γὰρ ἐπίπαγόν τε καὶ τραχύνεται.

Αἱ δι' ἁλῶν διαφορητικαὶ Δαμοκράτους.
Σκεύαζε καὶ τοῦθ', ὡς κράτιστον φάρμακον.
Καλοῦ ψιμυθίου καὶ καλῆς λιθαργύρου
Λίτρας ἑκάστου καὶ ἁλῶν δέκ' οὐγγίας·
Ἅλας δέ ἐστι πᾶν τὸ λευκὸν ἐς φάρμακον
Ἱκανῶς εὔχρηστον, ἀλλὰ βέλτιον πολὺ
Ἀμμωνιακόν τε καὶ καθαρὸν θαλάσσιον·
Καὶ τρεῖς ἐλαίου πολυετοῦς λίτρας σταθμόν.
Ἕψε δὲ ἔλαιον καὶ τὰ λοιπὰ λεῖ' ὁμῶς,
Ἕως γένηται σκληρότερα μαλάγματος·
Ἀποκείμενον γὰρ γίνεται μαλακώτερον.

Ἄλλη ἀμείνων· διαφορεῖ γὰρ σκληρίας
Πασῶν ἄμεινον τὰς ἄγαν κεχρονισμένας,
Καὶ βρογχοκήλας καὶ μεγάλας μελικηρίδας,
Τὰς δυσμεταβόλους χοιράδας, τάς τ' ἀγκύλας.
Σκευάζε δ' οὕτως· ἅλατος λειοτάτου λίτραν,
Μίαν τε λίτραν ψιμυθίου, καὶ χαλβάνης
Οὐγγίας δύω· τὸ δ' αὐτὸ καθαρᾶς προπόλεως·
Ἀριστολοχίας, χαλβάνης ἴσον μέρος·
Καλοῦ τ' ἐλαίου πολυετοῦς λίτρας δύο·
Ἂν δ' ᾖ παχύτατον, προσβαλεῖς ἄλλην μίαν.
Ἕψει δ' ὁμοίως, καὶ καλῶς κεχραμένην
Ἀπὸ τοῦ πυρὸς βάσταζε, καὶ λείαν τότε
Ἀριστολοχίαν παραπάσεις, προσεμβαλὼν
Μεμαλαγμένην πρόπολίν τε καὶ τὴν χαλβάνην.

Ἄλλη διαφορητικὴ Δαμοκράτους δι' ἀσβέστου
Λίαν ἀγαθή, διαπφοροῦσα (?) χοιράδας,
Στέλλουσα πᾶν οἴδημα, καὶ τὰς ἥπατος
Ἢ σπληνός γ' ὑδαρεῖς διαθέσεις ἰωμένη,
Οὔρων ἄγουσα δαψιλεῖς τὰς ἐκκρίσεις,
Τὰς ἰσχιάδας λύει τε τὰς κεχρονισμένας.
Ταύτῃ Οὐλβιάνος εὐφυὴς νεανίας
Χρώμενος ἐπιμελῶς ὠφέλει πολλοὺς πάνυ.
Ἔχει δὲ λίτραν Ποντικοῦ κηροῦ μίαν,
Μίαν τε φρυκτῆς καὶ μίαν τῆς πιτυίνης·
Ἀσβέστου τε [τιτάνου] προσφάτου οὐγγίαν μίαν·
Σχιστῆς ὁμοίως οὐγγίαν στυπτηρίας·
Ἴσον δ' ἑνὶ τούτων ἀῤῥενικοῦ τοῦ Ποντικοῦ.
Τούτοις παραχέας ὄξος εὐῶδες βραχὺ
Λέαιν' ἐφ' ἱκανὸν ἐν θυείᾳ μείζονι,
Κηρῷ τε ῥητίναις τε προσβαλὼν βραχὺ
Ἔλαιον, τήξας ἐπὶ πυρὸς λάβρου φλογός,
Μιγνύς τ' ἐπιμελῶς πάντα, καὶ μαλάγματος
Ποιῶν ἀμολύντου τὸ πάχος, ἔχ' ἀποκείμενον,
Χρώμενος ἐφ' ὧν δεῖ προσφάτῳ τῷ σπληνίῳ.
Ἔλεγε δ' ὁ κράτιστος καὶ πατὴρ τοῦ φαρμάκου
Καὶ πρὸς νόσων τε τῶν μακρῶν ἀπαλλαγὰς
Εὔχρηστον εἶναι καὶ καλὸν τὸ φάρμακον,
Ἐφ' ὧν τε χρόνιος φλεγμονὴ σπλάγχνων τινὸς

Commiscueris, contectum pelle condito
Nam exasprantur, crustula atque obducitur.

Damocratis emplastra ex sale discussoria.
Hoc præparato simul, ut præstans pharmacum.
Bonæ cerussæ et argenti spumæ bonæ
Cujusque pondo, denasque salis uncias;
Omnis vero est sal albus multum pharmaco
Futuro utilis, atqui longe præstantior
Ammoniacus, confectus et purus mari;
Et tres vetusti libras olei pondere.
Oleum coquito reliqua et trita simili modo,
Quo duriora adusque sint malagmate;
Sepositum enim multo remollescit magis.

Aliud melius, quoniam duritias discutit
Valentius cunctis inveteratas nimis,
Et bronchocelas et magnas melicerídas,
Et contumaces strumas, nec non ancylas.
Sic conficitur : libram salis lævissimi,
Cerussæ unam libram, atque galbani uncias
Duas, ac puræ propoleos item duas;
Aristolochiæ binas pariter uncias;
Præstantis olei libras annosi duas;
Crassissimum si fuerit, addes alteram.
Eodem coque modo atque commistum bene
Ab igne tolle, lævigatam tunc quoque
Aristolochiam insperges, injeceris ubi
Mollita, propolim scilicet atque galbanum.

Calce ex viva aliud dissipans Damocratis
Valde bonum; strumas per halitum digerit,
Omnem tumorem reprimit, nec non hepatis
Vel splenis affectus aquosos curat, et
Excretionem urinæ valde promovet,
Et inveteratas dissolvit coxendices.
Nempe Ulpianus hoc juvenis industrius
Utens auxiliabatur ægris plurimis.
Continet autem libram unam ceræ Ponticæ,
Unamque frictæ, præterea unam pityinæ,
Calcis recentis vivæ quoque pondo unciam,
Aluminis scissi similiter unciam,
Æquale pondo item arsenicique Pontici.
His suaveolentis paulum aceti affundito;
Majore tere in mortario, dum sit satis;
Ceræque resinisque miscens paululum
Olei, liqua flamma ignis quam acerrimi,
Ac temperans omnia, faciens malagmatis
Nec pharmaci inquinantis crassitudinem,
Reponito, utensque excipe novo splenio.
Ajebat optimus medicamenti pater
Morbis diuturnis præsidium suscipi
Istud bonum, quibus item longa visceris
Cujuslibet inflammatio præcordia

Ὑποχόνδριον πεποίηκε σκληρὸν ἢ μέγα
Σφόδρ' ὠφελεῖν· ἱδρῶτάς τε γὰρ ἐπιφέρειν,
Καὶ σκληρίας λύειν τὰς τῶν ὑποχονδρίων,
Ἀπαλλαγάς τε τῶν νόσων ποιεῖν ταχὺ,
Καὶ τὰς ἐποχὰς δὲ τῶν φυσικῶν καταμηνίων
Ἄγειν βραχείαις ἡμέραις ἐπικείμενον.
Ἐγὼ δ' ἀφαιρῶν τὴν τίτανον στυπτηρίαν
Διπλῆν ἔβαλλον, καὶ τὸ φάρμακον ποιοῦν
Ἄμεινον ἔγνων, οὐ ποιοῦν τὰ ψυδράκια.
(Sec. gen. VI, P. II, p. 405 et 406.)

Aut duraverit, aut auxerit citra modum,
Opitulari illud emplastrum quam maxime;
Quippe id sudores excitat, præcordiis
Duritiem tollit, morbos solvit protinus,
Retenta naturalia diu menstrua
Impositum pauculis diebus provocat.
Nos calce dempta duplum alumen indimus,
Et melius pharmacum erat, haud faciens pustulas.

ΔΑΜΟΚΡΑΤΟΥΣ ΜΑΛΑΓΜΑ.

Χρεὼ (?) δὲ πάντως καὶ μαλάγματος καλοῦ
Τοῖς σφόδρα φιλιατροῦσιν ἔσται πολλάκις
Πρὸς σπάσματα μυῶν μεγάλα καὶ πρὸς ῥήγματα,
Ἄρθρων ἔτι δὲ καὶ λυγίσματα, νεύρων [τε] παχυ-
Καὶ [τῶν] μυῶν τὰς σκληρίας μετὰ φλεγμο- [σμούς,
Πρὸς μέντοι δήγματα πρὸς ταῦτα τοῦτ' ἐστὶ [νῆς.
Δραστικώτατον· αἵρει δὲ καὶ λειχῆνας καὶ λέπρας,
Ἐπικείμενον τὸ πλεῖστον ἡμέρας δέκα,
Ἀλλαττόμενον παρὰ μίαν ἢ δύ' ἡμέρας.
Πίσσης διαυγοῦς ξηροτάτης λίτρας δύο·
Μίαν πιτυΐνης καὶ μίαν κηροῦ καλοῦ·
Ἀμμωνιακοῦ καὶ στυπτηρίας ὑγρᾶς πάλιν
Μίαν [προστίθει], ὄξους [τε] δριμυτάτου δύο
Ξέστας μετρήσας ἔχε παρεσκευασμένον.
Κατὰ τὸ σπάνιον δὲ χαλβάνης δυ' οὐγγίας
Τινὲς προσέβαλλον, βουλόμενοι τὰς σκληρίας
Θᾶσσον μαλάξαι τὰς ἐχούσας καὶ χρόνον.
Σκευάζε δ' οὕτως· ἀπολαβὼν ὄξους τρίτον
Ἀμμωνιακοῦ κατάγει τε καὶ στυπτηρίας·
Καὶ λεῖα ποιῶν ἐν θυείᾳ μείζονι,
Πάχος ποίησον μέλιτος ὑγροῦ προσφάτου·
Πίσσαν δὲ καὶ τὸ λοιπὸν ἐν καινῇ χύτρᾳ
Ἕψησον, ὡς πᾶν παρ' ἐλάχιστον ἐκφρυγῇ·
Οὕτω κατάγει τε τῶν καλῶς λελεασμένων
Ἐν τῇ θυείᾳ καὶ ἀνάκοφθ' ἕως λάβῃ
Ξανθὸν τὸ χρῶμα μηλίνῃ προσεμφερές·
Μίξαι δὲ πάντως βουλόμενος καὶ χαλβάνην,
Μετὰ κηροῦ ταύτην πιτυΐνην τε προσβαλεῖς,
Ἄρας μετ' ὀλίγον τὴν χύτραν ἀπὸ τοῦ πυρός.
Τινὲς δὲ προσβάλλουσι σταθμὸν μάννης ἴσον,
Τὴν στυπτηρίαν αἴροντες ἐκ τοῦ φαρμάκου,
Καὶ χρώμενοι πρὸς τὰ τοιαῦτα, καὶ τὰς προσφά-
Κολλῶσι ταύτῃ τῇ δυνάμει διαιρέσεις. [τους
Τούτῳ δὲ κέχρησο καὶ ἀπὸ πρώτης ἡμέρας
Ἐφ' ὧν προεῖπον, ὅταν ἔχωσιν εὐλαβῶς
Πρὸς τὰς ἀμυχάς τε καὶ τὰ ταύταις ἑπόμενα·
Τῷ σπληνίῳ δ' ἄνωθεν ὄξει διάβροχον
Σπόγγον ἐπίβαλλε καὶ ἐπίδει πεπιεσμένως.
Οὕτως ἐπιῤῥίψεις αὐτὸ καὶ τοῖς σπληνικοῖς.

DAMOCRATIS MALAGMA.

Opus sæpe omnino et malagmatis boni
Medicinæ strenuis erit cultoribus
Ad musculos laceros valde atque tendinum
Rupturas luxosque artus, crassitudinem
Nervorum, musculorumque absque phlegmone
Duritias. Ad morsus at hæc est maxime
Tamen efficax, tollitque lichenas, lepras,
Ut plurimum decem diebus additum;
Mutatur altero die vel tertio.
Picis nitidæ siccissimæ libras duas;
Unam pityinæ pone, unam et ceræ bonæ;
Ammoniaci rursus liquidi atque aluminis
Fac singulorum unam, duos acerrimi
Sextarios aceti. Raro galbani
Quidam uncias duas miscent, diutinas
Citius durities emollire qui expetunt.
Sic præparato; partem aceti tertiam
Ammoniaco atque alumini superaddito,
Ac lævia reddens in magno mortario,
Mellis recentis liquidi crassitudinem
Facito, picem cum cæteris in fictili
Novo incoque; ubi cuncta arefeceris fere
Infunde lævigatis in mortario,
Et rursus ipsa tunde, dum receperint
Flavum colorem, perquam similem melino.
At si statuis prorsus miscere galbanum,
Cum cera immittes et resina pityina;
Post paulo ab igne caccabum dein auferas.
Quidam contra injiciunt mannæ parem modum
Alumen auferentes ex medicamine;
Utuntur ad idem vitii genus, et glutinant
Divisiones his recentes viribus.
Tu hoc utitor vel a primo statim die
Ad affectus relatos, quum plagas timent
Et quæcumque alia plagas insequi solent;
Sed splenio madentem aceto spongiam
Desuper injicito, arcte stringens vinculo.
Sic et lienosis id recte imponitur

Ἐφ' ὧν δ' ἐπινοεῖς τὸν σκιῤῥὸν σπλάγχνῳ τινὶ
Ἐσόμενον, ἀδεῶς κέχρησο τῷ μαλάγματι

Ubi suspicaris scirrhum cuiquam visceri
Futurum, intrepidus utitor malagmate.

ΑΡΧΗ ΤΗΣ ΔΙ' ΑΛΩΝ.

INITIUM MEDICAMENTI E SALIBUS.

Ἂν δ' ἐπιμένῃ τούτων τινὶ πλείοσι χρόνοις,
Σκευάζε καὶ τοῦθ' ὡς κάλλιστον φάρμακον.

Si in horum aliquo maneat diebus plusculis,
Et hoc parato medicamentum quam optimum.

(Sec. gen: VII, P. II p. 412 et 413.)

ΧΑΛΑΣΤΙΚΑΙ.

RELAXANTIA.

Η ΔΙΑ ΧΥΛΩΝ ΔΑΜΟΚΡΑΤΟΥΣ ΑΠΟ ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΣ.

Εἰπόντες οὖν ἔμπροσθεν, πῶς τὰ τραύματα
Δίχα φλεγμονῆς μένοντα κολληθήσεται,
Ἑξῆς ἐροῦμεν, πῶς τὰ φλεγμαίνοντ' ἄγαν
Δυνατὸν θεραπεύειν φαρμάκοις ἔσται καλῶς.
Ὅταν μυὸς τρωθέντος, ἢ νεύρων πυκνῶν,
Ἢ καὶ νυγέντος ὑμένος ἐγγὺς ὀστέου,
Μετὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν πυκνοὶ πόνοι
Καὶ φλεγμοναὶ, πυρετοί τε μετὰ συμπτωμάτων
Πολλῶν, ἀγρυπνίας, παρακοπῆς, δίψους σφοδροῦ,
Κᾆτα ξηρᾶς γλώττης γένηται πρόσθεσις,
Καθ' ἡμέραν ῥέποντα πρὸς τὰ χείρονα,
Ἰχὼρ τρυγώδης, λεπτὸς, ἐρυθρὰ τραύματα,
Τά τ' ἐγγὺς αὐτῶν πάντ' ἔχοντα σώματα
Ὀργὰς, διατάσεις, φλεγμονὰς, οἰδήματα,
Τότε μὴ κατάπλασσε ποικίλοις καταπλάσμασιν·
Ἔθος γάρ ἐστι τοῦτο ποιεῖν τοῖς νέοις,
Ἵν' ἐκφυγόντες τὰς ἀκμὰς τῶν φλεγμονῶν
Τοῖς συκοφάνταις μὴ παρέχωσιν αἰτίαν·
Δεῖ δὲ τὸν ἔχοντα τῆς ἰδίας πίστιν τριβῆς
Καὶ συγκαταβαίνειν τοῖς νοσοῦσ' εἰς τοὺς φόβους,
Μὴ περιμένοντα τὴν τυχὴν καὶ τὴν φύσιν.
Σκευάζε τοίνυν πρὸς ἃ προείρηται πάθη
Καὶ τοῖς ποδαγρικοῖς ἁρμόζον τὸ φάρμακον,
Ἐν παντὶ καιρῷ τοῖς νοσοῦσ' ἐπικείμενον·
Τοῖς γὰρ διαλείμμασιν μὲν εὐκινησίαν
Παρέχον ἑτοίμην καὶ τὸ μὴ πώροις ταχὺ
Πυκναῖς τ' ἐπιβολαῖς παρενοχλεῖσθαι ῥαδίως,
Ἐν ταῖς παρακμαῖς δ' οὐκ ἐῶν μεγέθη λαβεῖν,
Ἐν ταῖς ἀκμαῖς δὲ τὰς παρακμὰς ποιοῦν ταχὺ,
Ἂν μὴ μεταβαίνῃ ῥαδίως τις ἐφ' ἕτερα.
Τὸ δὲ φάρμακον σκευάζε τοῦτον τὸν τρόπον·
Λιθαργύρου μὲν λειοτάτης χρυσίτιδος
Λίτρας δύω βαλὼν τέσσαρας ἀξουγγίου
Ἄγαν παλαιοῦ, μίαν δὲ καὶ μιᾶς λίτρας
Τρίτον [γ'] ἐλαίου παχυτάτου καὶ πολυετοῦς
Καὶ μὴ δυσώδους, μὴ μέλανος, μὴ τραχέος·
Οὕτω γὰρ ἔσται δραστικὸν τὸ φάρμακον.
Τήξας δ' ἐπιμελῶς ἐν λοπάδι τἀξούγγιον,
Ἔπαιρ' ἀπ' αὐτοῦ τοὺς ὑμένας καὶ τοὺς ἅλας,
Ἠθμῷ διηθῶν εἰς ἑτέραν μείζω χύτραν·
Καὶ προσβαλὼν ἔλαιον ἀνάζεσον πάλιν,
Μὴ πᾶν δ' ἔλαιον, ἀλλὰ τὰ δύ' αὐτοῦ μέρη·
Τὸ τρίτον δ' ὑπολιπὼν, ἔχ' ἐν ἑτοίμῳ κείμενον,

DAMOCRATIS MEDIDAMENTUM E SUCCIS E MENECRATE

Præfati igitur quo tandem pacto vulnera
A phlegmone secura recte glutines,
Posthac dicemus, quomodo cum phlegmone
Gravi occupentur, curentur medicamine.
Quum musculo læso nervis sive solidis,
Vel et propinqua quando ossi membranula
Puncta dies post quattuor frequens dolor,
Et phlegmone febresque cum symptomatis
Multis uti vigilia, delirium et sitis,
Ac lingua sicca dein, crescunt atque omnia
Quotidie et cum magis mala in pejus ruunt,
Et fœculenta sanies, tenuis, vulnera et
Rubra atque partes his vicinæ omnes habent
Distensiones, phlegmonas, œdemata,
Turgores, variis tum abstine cataplasmatis:
Quod mos juvenibus est facere, quo phlegmonum
Status effugientes non dent calumniis
Occasionem. At arti qui fidit suæ
Hunc devenire cum languentibus in metus
Oportet, haud exspectantem dum vicerit
Natura vel fortuna quædam juverit.
Ergo pares quibus consului affectibus
Quod et podagricis medicamentum convenit
Ægris in omni tempore impositum manens;
Promptam agilitatem nam intermissionibus
Id gignit corpori, cito nec permiserit
Tophis, nec facile crebris angi insultibus,
Morbum principio prohibetque increscere,
Nisi ad alia descendas facile medicamina.
Hunc pharmaci in modum fiat confectio:
Lithargyri lævissimi chrysitidis
Libras duas miscens, quatuor axungiæ
Valde vetustæ, libram vero unam et libræ
Tertiam partem olei annosi atque crassissimi,
Et non fœtentis, non nigri, non asperi;
Sic namque sumet pharmacum efficaciam.
Liquatæ diligenter patina axungiæ
Membranulas salemque mox sustollito,
In vas aliud ipsam percolans amplius;
Adjectoque oleo rursus cura ferveat,
Non omne ponens oleum, sed partes duas;
Tertia manebit in expedito condita,
Si jungere sit necesse, ne absit longius;

Ἐὰν ἐπειχθῇς προσβάλλειν, ἵνα ᾖ σοι παρόν
Ἔσται δὲ χρεία πάντως ἐν χειμῶνι γε,
Ὅταν [τ'] ᾖ γεγονὸς τῷ μακρῷ χρόνῳ παχὺ
Τὸ βαλλόμενον ἔλαιον εἰς τὸ φάρμακον·
Λιθάργυρόν τε τῶν ζεόντων κατάπασον·
Ἕψε δ' ἐπὶ μαλακῷ καὶ διηνεκεῖ πυρὶ,
Κινῶν σπάθῃ· βέλτιον, ἂν ᾖ τῇ πευχίνῃ·
Ὅταν δὲ ἐπὶ χρόνον μέτριον ἑψούμενον
Τὸ φάρμακον λάβῃ μὲν ἐμπλάστρου πάχος,
Λάβῃ δ' ὁμοίως φαρμάκου δυσωδίαν,
Ἔπαιρε ταχέως τὴν χύτραν ἀπὸ τοῦ πυρὸς,
Ποιῶν βραχεῖ μὲν σκληροτέραν ἐν τῷ θέρει,
Μαλακὴν δὲ τοῦ χειμῶνος, ἀμόλυντον δ' ὅμως·
Κίνει δ' ὁμοίως ἕως μετρίως ὑποψυγῇ·
Εἶτα πάλιν χερσὶ σκληροτέραις πρόσπασσε πᾶν
Μαλαχθέν· οὕτω μεταφέρειν ἐκ τῆς χύτρας.
Ὅταν δ' ᾖ χρεία, πάλιν μαλάττειν εὐτόνως,
Μαλακῷ τ' ἐπιμελῶς ἐμπλάσαντας δέρματι,
Οὕτως ἐπιβάλλειν εὐμεγέθη τὰ σπληνιά.
Ταύτην δὲ τὴν ἔμπλαστρον εἰ βούλει ποτὲ
Μᾶλλον ποιεῖν πρὸς νεῦρα παχέα καὶ μύας,
Σκληρούς τε μασθοὺς, ἄρθρα τ' ἐξῳδηκότα,
Μαλάχης ἀγρίας τῶν ῥιζίων λίτραν βαλὼν
Καθαρῶν [καὶ] προσφάτων, καὶ [ταῦτα] συντεμὼν
Εἰς δακτυλιαίους τῷ τε μήκει καὶ πήχει
Τόμους ἐπίβαλλε τοῖς ζέουσ' ἐν τῇ χύτρᾳ·
Ὅταν δὲ πᾶσαν ἀνθρακωθέν τ' ἀποβάλῃ
Τὴν ἰκμάδα [τε] καὶ τὴν δύναμιν τὸ φάρμακον,
Ἔπαρον [τῷ] ἠθμῷ τῆς μαλάχης τὰ ῥιζία·
Λείαν δ' ἐπιπάσας τὴν λιθάργυρον, τότε
Ἕψησον, ὡς προεῖπον πρόσθεν, καὶ πάλιν
Ἀπόθου θ' ὁμοίως, καὶ τὸν αὐτὸν χρῶ τρόπον

Hyeme namque est necessarium, quumque inditum
Medicamini crassum oleum longo tempore
Evaserit; lithargyrum et ferventibus
Inspergito, levi igne et assidue coquas
Spatha movens, quam e tæda præstat sumere;
Quum ceperit mediocri coctum tempore
Medicamen hoc emplastri spissitudinem,
Nec non fœtorem simili pacto pharmaci,
Confestim ab igne caccabum deponito,
Faciens per æstatem pauxillo durius,
Sed hyeme mollius, non inquinans tamen;
Moveto adusque, quo modice ita refrixerit;
Sic deinde rursus manibus durioribus
Totum subactum ex olla transferri jube.
Quum poscit usus, iterum valide mollies,
Mollique diligenter pelliculæ illinens,
Permagna super accommodabis splenia.
Emplastrum vero hoc si quando efficacius
Desideres ad nervos crassos, musculos
Durasque mammas atque articulos insuper
Tumentes fieri, pondo radicum indito
Agrestis malvæ purarum ac recentium,
Sectarum in partes digiti crassitudine
Ac longitudine in olla ferventibus.
At quum madorem totum et vires pharmacum
In carbonem conversum ex igne amiserit,
Malvæ radiculas colo sustollito,
Et lævigatam inspergens tunc lithargyrum
Coque tu, quemadmodum dixi, et reponito,
Simili modo rursus eodemque ipso utitor.

Τοῦτο δὲ ἑκατέρας φησὶ τὰς ἀρετὰς ἔχειν
Ὁ πρῶτος εὑρὼν Μενεκράτης τὸ φάρμακον,
Ἀνὴρ κράτιστος, ἑκτικὸς πρὸς τὴν τέχνην·
Καὶ γὰρ φυλάττειν τὰ νεότρωτα τραύματα
Δίχα φλεγμονῆς, κολλᾶν τε τὰ διῃρημένα
Ἔπεισεν ἡμᾶς, καὶ τὰ φλεγμαίνοντ' ἄγαν
Ἕλκη θεραπεύειν, τούς τε τρωθέντας μύας
Δίχα τινὸς ἄλλου τῶν βοηθεῖν δυναμένων
Καταπλασμάτων, σπόγγων τε καὶ τῶν ἐμβροχῶν,
Ποιεῖν δὲ πάντα ὅσα ἔμπροσθεν εἶπον ποιεῖν
Τὴν διὰ λιθαργύρου τε καὶ ἀξουγγίου,
Εἶναι δ' ἄριστον πεσσὸν ἐν κεχρονισμέναις,
Ἐν προσφάτοις τε φλεγμοναῖς τῆς ὑστέρας,
Ἕλκη τε πληροῦν κοῖλα, διεθεῖσαν μύρῳ
Ῥοδίνῳ ἀπουλοῦν γ' ἢ καλῷ μυρσινίνῳ,
Καθόλου τε πᾶν κατάπλασμα καὶ πᾶν φάρμακον
Ἔξωθεν ἐπ' αὐτῶν φησ' ἐπιρριπτούμενον
Περισσὸν εἶναι τοῖς γε ταύτῃ χρωμένοις.
Ἔστιν δ' ἀναγραφῆς ἄξιον τὸ φάρμακον·
Ἤδη δὲ πιστόν ἐστι καὶ τοῖς βασκάνοις.
Λέγει δὲ αὐτὸ ποιεῖν τοῦτον τὸν τρόπον·

Utrisque vero hoc viribus pollere ait
Primus Menecrates inventor pharmacum
Vir qui fuit habitu medicam circa artem optimo;
Recentia enim servare citra phlegmonem
Vulnera, nec non divisa glutinare item
Nobis persuasit, atque inflammata ulcera
Nimis medicari, et vulneratos musculos
Sine quopiam alio eorum quæ succurrere
Possunt cataplasmatis, fomentis, spongiis
Omniaque quæ facere confirmavi prius
Medicamen ex lithargyro et axungia
Peragere, atque optimum pessum diutinis
Novisque vulvæ esse inflammationibus,
Cava ulcera implere, solutum ac rosaceo
Vel myrteo bono cicatricem addere;
Summatim omne cataplasma nec non pharmacum
Extrinsecus quod ipsis superinjicitur
Superfluum esse dicit isto utentibus.
Profecto dignum scriptione est pharmacum
Cujus fides jam vel recepta est invidis.
Hunc in modum ipsum præparari dictitat:

Ἑπτὰ μὲν ἐλαίου τοῦ θέρους λίτρας σταθμῷ·
Ἐν ἄλλῳ εὗρον τοῦ ἐλαίου ἥμισυ,
Τοῦ [τε] λιπαροῦ καὶ προσφάτου ἀξουγγίου·
Ἐννέα δὲ τοῦ χειμῶνος, ὥς φησιν, βαλεῖς·
Ἓξ δὲ μόνον [καὶ τῆς] λειοτάτης λιθαργύρου·
Ξέστου δ' ἔφασκε τήλεως μέρος ἥμισυ·
Ταὐτὸν λινοσπέρμου τε τοῦ κεκαθαρμένου·
Μαλάχης τε ἀγρίας ἔλεγε τρεῖς λίτρας σταθμῷ
Ῥίζης ἐχούσης χυλὸν ἔτι τὸν πρόσφατον·
Ἕψειν δι' ὕδατος μὲν ξέστας ὀκτὼ μέτρῳ,
Εἰς λοπάδα καινὴν κεραμεᾶν πλατύστομον
Ῥίζας βαλόντα τῆς μαλάχης κεκαθαρμένης
Τετμημένας λεπτάς τε καὶ τεθλασμένας,
Τῆλιν πεπλυμένην, καὶ λινόσπερμον καλῶς.
Ὅταν δὲ χυλωθῇ τε καὶ πάχος λαβῇ,
Δι' ὀθονίου τὸν χύλον ἀποθλίψας ἔχε,
Στήσας τε τέσσαρας [καὶ] τὰς λίτρας σταθμῷ,
Μιγνύς τ' ἔλαιον πᾶν ἕψει ἐπ' ἀνθράκων.
Ὅταν δὲ λεπταὶ πομφόλυγες ἐκ μειζόνων
Πυκναί τε ἐπαναστῶσι τοῖς ἐν τῇ χύτρᾳ,
Πρόσπασσε λείαν τὴν λιθάργυρον, τότε
Ἕψει τε μαλακῷ καὶ διηνεκεῖ πυρὶ,
Ἕως ὅ τε χυλὸς τῷ λίπει συνεκφρυγῇ.
Τὸ φάρμακον ἔμπλαστρος ἔσται μηλίνη,·
Εὔχρους, ἀμόλυντος, ἀλλὰ μὴ σκληρὰ πανύ.
Ταύτην ἐφευρὼν τοῖς παλαιοῖς φαρμάκοις
Ἔλεγε διὰ χυλῶν εὐλόγως τὸ φαρμάκον.

Καὶ τοῦτο δ' ἐστὶν ὁμογενὲς τὸ φάρμακον,
Εἰ καὶ δι' ἑτέρων μιγμάτων σκευάζεται·
Ποιεῖ γὰρ ἀμέλει πρὸς ἃ προεῖπον πάνθ' ἁπλῶς
Τά τ' ὠμὰ καὶ δύσπεπτα καὶ δυσμετάβολα,
Τὰ κατὰ μυῶν, ὑμένων τε μεγάλα τραύματα·
Λύει γὰρ αὐτῶν τὰς ὠτειλὰς ῥᾳδίως·
Ἀρθριτικοῖς τε πᾶσ' ἐπιῤῥιπτούμενον
Παρηγορήσει τοὺς κεχρονισμένους τόπους.
Ἔχει δὲ πίσσης ξηροτάτης λίτρας δύο·
Καθαροῦ τε κηροῦ Ποντικοῦ λίτρας δύο·
Πάλιν τε καὶ τῆς μὴ καθύγρου τερμινθίνης
Λίτρας δύω· μάννης λιβάνου τ' ἀδόλου λίτραν·
Ἥμισυ δὲ λίτρας ἤ τι βραχυρεπέστερον
Λευκοῦ, λιπαροῦ μάλιστα, βουτύρου νέου.
Τὰ μὲν ἄλλ' ἐπὶ πολὺ τῆκε καὶ λάβρῳ πυρὶ
Συνεχῶς, ἐπιβλέπων, ἣν ἀμόλυντον τυγχάνῃ
Τὸ φάρμακον τριβόμενον ὑπὸ τῶν δακτύλων·
Οὗπερ γινομένου βαστάσας ἀπὸ τοῦ πυρὸς,
Τοῖς τηκομένοις τὴν μάνναν οὕτω κατάπασον
Κινῶν ἐπὶ πολὺ τῇ σπάθῃ τὸ φάρμακον,
Οὕτω ψυγέν τε καὶ μαλαχθὲν ἀποτίθου.
Ῥόδινόν τε ταύτῃ τῇ δυνάμει τὸ πρόσφατον
Πολὺ καταμίξας χρήσῃ καὶ πρὸς κοῖλ' ἄγαν,
Ἄσαρκά θ' ἕλκη καὶ τενόντων φλεγμονὰς,
Δυσμεταβόλως ἔχοντα πρὸς λευκόν θ' ὑγρόν.

(Sec. gen. VII, P. II, p. 414 et 415.

Septem olei libras pondo æstatis tempore
Indes; alias ejus dimidium repperi;
Pinguis, recentis tantundemque axungiæ;
Sed hyeme, uti tradidit, injeceris novem;
At sex lævissimi modo lithargyri,
Fœni græci addit dimidium sextarii,
Et seminis tantundem purgati lini,
Malvæque agrestis pondo statuebat tria
Radicis, etiamnum cui succus sit recens;
Quaternis bis coquito ex aquæ sextariis,
Patinæ orificio amplo recenti fictili
Malvæ radix purgata, concisa insuper
Et tenuis et contusa ut fuerit indita;
Mox addito fœni græci elutum probe
Linique semen. At quum succum emiserint
Coctura spissitudinemque acceperint,
Habeto succum expresseris quem linteo,
Trutina at quaternas quando expenderis libras,
Oleum misce, atque totum coque carbonibus.
Quum vero tenues bullulæ ex majoribus
Crebræ contentis caccabo prodiverint,
Lithargyrum lævem protinus aspergito,
Ignique non acri, sed assiduo coque,
Frictus sit usque succus cum pinguedine.
Erit ipsum medicamentum emplastrum melinum
Boni coloris, non inficiens, nec nimis
Durum. Post antiqua hoc qui invenit pharmaca
Vocabat ipsum jure e succis pharmacum.

Et hoc eodem prodit genere pharmacum,
Aliis licet speciebus ipsum præparent;
Affectus ad quos rettuli prorsus facit,
Summatim omnibus et crudis et quæ concoqui
Facile et mutari nequeunt, atque ingentibus
Vulneribus musculos quæ nostros affligunt,
Aut membranas; horum nam facile subvenit
Plagis. Arthriticis injectum item omnibus
Infestatas partes mulcet diutino
Dolore. Picis assumit quam siccissimæ
Libras duas, ceræque totidem Ponticæ;
Puræ terebinthinæ nec liquidæ duas libras;
Mannæque thuris veri unam pondo libram;
At selibram vel hoc pauxillulo minus
Albi recentis butyri pinguissimi.
Reliqua diu liquato tu, et quidem igne acri,
Assidue cernens, amplius ne pharmacum
Colore inficiat digitis contritum tuis:
Quibus peractis, sublata abs igne ollula,
Mannam liquatis inde sic adspergito,
Movens medicamentum diu rudicula;
Sic frigeratum et mollitum reponito.
Huic copiosumque et recens rosaceum
Contempera, cava atque ad carnis indiga
Adeo ulcera utere tendinumque phlegmonas,
Tum quæ non facile in pus mutantur candidum.

ΑΚΟΠΩΝ ΣΚΕΥΑΣΙΑΙ.

Ὄντος δὲ πολλοῦ τοῖς φιλιάτροις λόγου
Ἀκόπων ἁπάντων χρήσεως καὶ μυρακόπων,
Φράσω, τίν' ἐστὶ ταῦτα καὶ πῶς ὠφελεῖ,
Πῶς τε καθ' ἓν αὐτῶν σκευάσαι δεῖ φάρμακον.
Ποιεῖ μὲν οὖν ἅπαντα πρὸς νεύρων πόνους,
Σαρκός τε πάσης καὶ μυῶν, ὅσων κόπος
Κατῆρξεν ἢ καὶ ψύξις, ἢ δίχ' αἰτίας
Φανερᾶς ἐγένετο· τοῖς δ' ὅμοι' ἀλγήματα
Καὶ δυσπαθείας δὲ φέρει ταῦτα πολλάκις
Τοῖς εὐαλώτοις ψύξεσίν τε καὶ κόποις,
Ἂν χρισάμενός τις πρότερον οὕτως ἐξίῃ
Ἐπὶ τὰς δι' ἀνάγκην τοῦ βίου λειτουργίας·
Σαρκοῖ τ' ἀτροφοῦντά τινα μέρη τοῦ σώματος,
Ἄν τις ἀναχρίῃ μετὰ τροφὴν τὰ πεπονθότα·
Καὶ δυσαναλήπτοις ἁρμόσει γέρουσί τε
Χειμῶνος αὐτοῖς χρωμένοις εἰς ἑσπέραν.
Ὅσα δὲ ποιεῖ τι τῶν ἀκόπων, διὰ ἑτέρων
Ἐροῦμεν, ὑποτάξαντες αὐτῶν ταῖς γραφαῖς,
Ἢ καὶ προθέντες τῆς γραφῆς τὸ χρήσιμον·
Νυνὶ δὲ φήσω πῶς τὸ πρῶτον δεῖ ποιεῖν·
Ἀμμωνιακοῦ [τε] μὲν γὰρ οὐγγίας δέκα·
Εἴτ' οὐγγίας ἐθέλει τις, εἴτ' ἄλλον σταθμόν·
Τὸ δ' αὐτὸ λιβάνου· χαλβάνης δὲ τέσσαρας·
Ἐλαφείου μυελοῦ τέσσαρας καὶ τέσσαρας·
Τῆς Ἀττικῆς πέμπουσι ταὐτὸν οἰσύπου·
Τερμινθίνης τε τῆς διαυγοῦς τέσσαρας·
Μέλιτος καλοῦ τε προσφάτου πάλιν δέκα·
Ἴσον τε τούτῳ Ποντικοῦ κηροῦ σταθμόν·
Στέατός τε χηνὸς προσφάτου μαλακοῦ δέκα·
Οἴνου Φαλερίνου πέντε κοτύλας, ἢ βραχὺ
Ἐλάττονας [γ'] ἢ καὶ βραχὺ δαψιλεστέρας·
Παλαιοῦ ἐλαίου τοῦ καλοῦ δὶς εἴκοσιν·
Πειρῶ δὲ τοῦτο μὴ δυσῶδες προσβαλεῖν·
Οὕτω γὰρ ἔσται προσφιλὲς τοῖς χρωμένοις.
Σκεύαζε δ' οὕτως· ἐν θυείᾳ μείζονι
Λίβανον κατάθλασον εἰς βραχεῖς χόνδρους πάνυ,
Ἀμμωνιακὸν παραχέων οἰνόν τ' εὐθέως,
Ἀφείς τε ταῦτα διαβραχῆναι συμμέτρως,
Λέαινε τῷ δοίδυκι, καὶ μέλιτος πάχος
Ποιῶν, ἀποδίδου τὸ μέλι καὶ τὴν οἴσυπον
Καὶ τὸν ἐλάφειον μυελόν, εἶτα ταῦθ' ἑνῶν
Ἐν τῇ θυείᾳ, τῆκε κηρὸν ἐν χύτρᾳ
Καὶ πᾶν ἔλαιον καὶ στέαρ καὶ χαλβάνην
Τερμινθίνην τε, καὶ ταχῆναι πάντ' ἀφείς,
Κατὰ τῶν ἐνόντων τῇ θυείᾳ καταχέων,
Καὶ μικρὰ δοίδυκι κινήσας, ἵν' ὑποψυγῇ,
Ταῖς χερσὶν ἀνάτριβε τότε ταῦτα πάνθ' ὁμοῦ,
Ἕως ἂν ἑνωθῇ πάντα, καὶ μέλιτος λάβῃ
Ὑγροῦ καλοῦ τε τὸ πάχος· οὕτως ἀποτίθου
Εἰς κασσιτέρινον σκεῦος ἢ καὶ πύξινον,
Χρώμενος ἐπιμελῶς ὡς κρατίστῳ φαρμάκῳ.
Ἔστιν δὲ καὶ γυναιξὶ συμφορώτατον

ACOPORUM COMPOSITIONES.

Plurima medicinæ quum studiosi dictitent
Acoporum de usu myracoporumque omnium,
Hæc, quæ sient, dicam et quo conferant modo,
Quave ratione facias quodque pharmacum.
Ergo et dolores nervorum hæc omnia levant
Carnisque cunctæ et musculorum, originem
A lassitudine aut frigore si duxerint,
Absque evidenti causa aut si inchoaverint;
Hujus generis dolores et molestias
Crebro perferre oportet hos qui obnoxii
Sunt lassitudini admodum vel frigori,
Si uncti prius ita prodeant ad munia
Vitæ necessaria obeunda; corporis
Et carne partes pabulo indigas suo
Explent, perunctis assumpto a cibo locis.
Qui convalescunt ægre, hos et senes juvant,
Ipsis per hyemem ad vesperam linentibus.
Quæ faciat quodque acopum, alio vobis loco
Exponam, eorum usum descriptionibus
Vel subjungens vel præmittens passim quoque;
Nunc referam quo primum liceat facere modo :
Namque ammoniaci bis quinas quidem uncias,
Sive uncias mavult quis, seu pondus aliud,
Idemque thuris, at quaternas galbani,
Cervi medullæ bis tantundemque, œsypi
Parem modum deinde mittunt Attici;
Terebinthinæ pellucidæ quoque bis duas;
Mellis recentis optimi rursus decem;
Æqualem tribuunt ceræ Ponticæ modum;
Adipis recentis anseris mollis decem;
Vini Falerni quinque pluresve heminas,
Aut pauciores paulo injiciunt quoque;
Itidem olei veteris bis viginti boni;
Id autem graveolens numquam commiseris :
Sic namque fiet, gratum ut sit hoc utentibus.
Paratur sic : majusculo in mortario
Ubi thus in grumos perparvos confregeris
Et ammoniacum, vinum affundens protinus,
Hæc macerari dimittens mediocriter,
Tere pistillo, atque in mellis spissitudinem
Coactis addito mel una atque œsypum,
Cervique medullam atque in mortario tere;
Ac deinde cera in ollula liquescito
Oleoque toto juncta et adipi et galbano
Terebinthinæque; hæc ut liquentur sic sinens,
Superfundens coeuntibus in mortario,
Spatha, ut refrigescant, tu paululum move;
Tum subigito tantisper hæc omnia manu,
Unita bene dum appareant, et humidi
Mellis bonique crassitudinem habuerint;
In stanneum vas condito vel buxeum,
Hoc sedulo utens optimo ceu pharmaco.

Ὅσαις ἐγένετο φλεγμονὴ τῆς ὑστέρας
Τὰς σκληρίας φέρουσα, ἢ σκίῤῥου φόβον,
Ἐφ' ὧν κέλευε πεσσαρίῳ τὸ φάρμακον
Ἐγχρισθὲν οὕτω προστιθέναι ταῖς ὑστέραις.
Ποιεῖ δὲ τοῦτο καὶ πρὸς ὠτίων πόνους
Τοὺς χωρὶς ἕλκους, τοὺς σφοδροὺς δίχα ῥεύματος.
Σεργητικοῦ δὲ μίξον ἰρίνου μύρου
Μέρος τέταρτον ἢ τρίτον τῷ φαρμάκῳ,
Θερμῷ τε δεύσας ἔριον ἔνθες τῷ πόρῳ.

Est commodissimum et mulieribus quoque
Queis est oborta phlegmone intus uteri,
Duritias adducens, simul et scirrhi metum;
Tunc pessulo usurpare pharmacum jube
Litum, utero quod indere hoc solent modo.
Benefacit hoc idem ad dolores aurium
Expertium ulceris sineque fluxu graves.
Sergetici autem mittis irini unguinis
Aut portionem quartam aut trinam pharmaco
Calidoque lanam intinctam indas foramini.

Χλωράκοπον ἄλλο καὶ τοῦτο δραστικὸν πάνυ·
Διὸ ταῖς καταρχαῖς τῶν πόνων μᾶλλον ποιεῖ,
Ἀρθριτικοῖς τε καὶ ποδαγρικοῖς συμφέρει,
Πρὸ τῶν βαλανείων τριβομένοις τῷ φαρμάκῳ
Πόδας τε καὶ τὰ νεῦρα τὰ πεπαχυσμένα·
Οὕτω γὰρ ἔγνων γενομένους ὑγιεῖς τινας.
Ἔχει δὲ λιβανωτοῦ καλοῦ λίτραν μίαν·
Ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος λίτρας δύο·
Ἀφροῦ νίτρου τε λευκοτάτου λίτραν μίαν·
Τὸ δ' αὐτὸ καθαρᾶς οἰσύπου τῆς Ἀττικῆς·
Σμύρνης τε χρηστῆς, χαλβάνης τῆς ἀξύλου,
Ὀποπάνακός τε τοῦ καθαροῦ, τούτων καθ' ἓν
Στήσας ἐπιμελῶς οὐγγίας δὶς τέσσαρας·
Εὐφορβίου τέσσαρας οὐγγίας τοῦ προσφάτου·
Ἴσας τε ταύταις τραχέος λιμνησίου·
Καλοῦσι τοῦτ' ἀδάρκην οἱ τὰ μίγματα
Ἐν Ἰταλίᾳ πωλοῦντες οἵ τ' ὠνούμενοι·
Κηροῦ σφόδρα καλοῦ Ποντικοῦ λίτρας δύο·
Τερμινθίνης τε τῆς καθαρᾶς δύ' ἥμισυ·
Δαφνίνου δ' ἐλαίου καὶ κυπρίνου καὶ γλευκίνου
Λίτραν ἑκάστου· ἰρίνου Σεργητικοῦ,
Παλαιοῦ τ' ἐλαίου, σχινίνου τε προσφάτου,
Τούτων ἑκάστου δύο πάλιν λίτρας σταθμῷ·
Ὄξους τὸ μέτριον. Τούτῳ καὶ τὰ μίγματα
Τὰ ξηρὰ τρίψας ἐπὶ τὸν αὐτάρκη χρόνον,
Λείοις ἐπιμελῶς προσβαλεῖς τήξας μύρα
Κηρόν τε χαλβάνην τε καὶ τερμινθίνην,
Ὀπόν τε πάνακος, τἄλλα θ' ὑγρὰ μίγματα·
Καὶ καταχενώσας θερμὰ καὶ ζέοντ' ἔτι
Κατὰ τῆς θυείας τῶν τ' ἐν αὐτῇ μιγμάτων,
Ἀνάτριβε τῷ δοίδυκι χειρί τ' εὐτόνως·
Καὶ πάνθ' ἑνώσας ἀποτίθου τὸ φάρμακον
Εἰς πυξίδ' οἵαν εἶπον ἔμπροσθεν βραχύ.
Θαῤῥῶν δ' ἐπὶ πάντων χρῆσαι τῶν κεχρονισμένων.

Viridacopon aliud efficax supra modum,
Unde et laborum exordiis facit magis,
Arthriticis, podagricis quoque efficax;
Hoc ante balneas medicamento litis
Et pedibus et nervis incrassatis simul
Plures fuisse sanatos conspeximus.
Boni thuris habet hoc unam pondo libram,
Ammoniaci guttæ pondo libras duas,
Aphronitri candidissimi solam libram,
Tantumdem puriusculi Attici œsypi,
Myrrhæque lectæ et non lignosi galbani,
Opopanacisque puri, singulûm omnium
Octo uncias exacte perpendens libra,
Quatuor euphorbii recentis uncias,
His asperi pares dato limnesii;
Hoc nominant adarcen unguentarii
In Italia institores emtoresque item;
Ceræ admodum bonæ duo pondo Ponticæ,
Terebinthinæ tot puræ, semissem insuper,
Oleique laurini, cyprinique et gleucini,
Sergetici irinique singulûm libram;
Olei veteris, recentis quoque lentiscini
Cujusque rursum horum immittes pondo duo;
Aceti modicum, quo siccas species tere
Sat longo tempore contritisque sedulo
Liquata adde unguenta et ceram, terebinthinam,
Galbanum, opopanacem, itidem reliqua quoque liquida,
Calida atque adhuc ferventia in mortarium
Super medicamina quæ vas hocce continet
Conjicias, pistillo et manibus contere
Valenter. Unita omnia sic reponito
In pyxidem qualem dixi paulo prius.
Audacter inveteratisque omnibus utitor.

Καὶ τοῦτο δ' ἄκοπον εὐπόριστον καὶ καλὸν,
Καὶ χειμῶνος μάλιστα, ἔν τε ταῖς ὁδοῖς
Τοῖς εὐαλώτοις σφόδρα βοηθεῖν δυνάμενον.
Ἔχει δὲ καθαρᾶς χαλβάνης τρεῖς οὐγγίας·
Ὀποπάνακος δὲ προσφάτου οὐγγίαν μίαν·
Ἄνθους ἁλὸς τρεῖς· οἰσύπου δὲ τέσσαρας·
Ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος καλοῦ λίτρας
Δύο κηροῦ τε λίτραν· πιτυΐνης πεφρυγμένης
Τῆς μὴ δυσώδους οὐγγίας δὶς τέσσαρας·

Et hoc parabile passis acopon item bonum,
Potissimum per hyemem, aut si profectio
Usquam est, malo opportunis facile subvenit:
Quod puri recipit galbani tres uncias,
Sed unam opopanacis recentis unciam,
Floris salis tres et quaternas œsypi,
Ammoniaci guttæ bonæ pondo libras
Octo atque ceræ unam, pityinæ torridæ
Non fœtidæ quaternas bis pone uncias;

Λίτραν τ' ἐλαίου τοῦ Σαβίνου δὶς τέσσαρας,
Πλεῖόν τε τοῦ χειμῶνος ὡς λίτραν βάλε·
Οἴνου Φαλερίνου μέλανος οὐγγίας δέκα.
Σκεύαζε δ' οὕτως· ἐν θυείᾳ [μείζονι]
Ἀμμωνιακὸν κατάθλασον, εἶτ' οἶνον βαλὼν,
Διάβρεξον ὀλίγον, καὶ λεάνας ἐπιμελῶς,
Πρόσβαλλ' ἁλὸς ἄνθους καὶ τὸν οἴσυπον τότε·
Εἶτ' ἐκλεαίνων καὶ μέλιτος ποιῶν πάχος,
Τὰ τηκτὰ τήξας, ὕστερον τὴν χαλβάνην
Καὶ τὸν ὀποπάνακα προσβαλὼν τῆξον πάλιν,
Κατάχει τε τῶν ἔμπροσθεν λείων γεγονότων
Ἐν τῇ θυείᾳ καὶ καλῶς ἡνωμένων,
Οὕτω τε μίξας θερμὸν ἔτι τὸ φάρμακον
Ταῖς χερσ', ἀπόθου εἰς ὑελοῦν ἀγγείδιον.

Olei Sabini bis quaternas et libras,
Sed hyeme plus ceu libram oportet indere;
Vini Falerni nigri denas uncias.
Sic præparato : ammoniacum in mortario
Contunde amplo atque deinde vinum affundito;
Paulisper macera, curiose conterens,
Salisque florem adjice tunc atque œsypum;
Terens tum ac faciens mellis spissitudinem,
Liquatis colliquandis, inde galbanum
Opopanacemque adjunge et liquefac denuo;
Medicamentis post infunde in mortario
Quæ lævigaveras antea atque univeras,
Quemadmodum decet, et manibus miscens ita
Medicamen fervens conde vase vitreo.

Ἄλλο μυράκοπον δὲ τοῦτο τῶν ἄγαν καλῶν·
Ἡδὺ γὰρ ὑπάρχει καὶ βοηθεῖ δραστικῶς
Πρὸς τοὺς πόνους, οὓς εἶπον ἔμπροσθεν βραχύ.
Στακτῆς δ' ἔχει [τε] τῆς καλῆς τρεῖς οὐγγίας·
Ὀποβαλσάμου τρεῖς, καὶ μέλιτος τρεῖς Ἀττικοῦ,
Κηροῦ τε καθαροῦ Ποντικοῦ τρεῖς· Συριακοῦ
Μύρου δὲ κροκίνου οὐγγίας [τε] τέσσαρας·
Ἀμμωνιακοῦ δὲ λευκοτάτου, λείου θ' ἁλὸς
Δύ' οὐγγίας· μίαν καὶ ἓν μέρος [τρίτον]
Τερμινθίνης λευκῆς τε καὶ κεκαθαρμένης·
Τοῦ κιναμώμου δὲ καὶ [τοῦ] μαλαβάθρου λίτραν
Μίαν προσαπόδος καὶ μέρος λίτρας τρίτον·
Ἂν μὴ πάρῃ δὲ μαλάβαθρόν σοι κατὰ τύχην,
Πρόσβαλλε νάρδου ταὐτὸν τῆς Γαγγίτιδος·
Μύρον δὲ τοῦτο τῶν μετρίως ἐστὶν καλῶν,
Ἱκανῶς δὲ φαρμακῶδες, ὡς οὐκ ἄλλο τι·
Ἢ ταὐτὸν ὁμοίως ἰρίνου Σεργητικοῦ,
Ἢ Κυζικηνοῦ, τοῦτο δ' ἀμαρακίνου μύρου·
Τούτοις δὲ χρήσῃ, μὴ παρόντος, ὡς ἔφην,
Τοῦ μαλαβάθρου· μέτριον γὰρ οἶμαι μυράκοπον,
Οὐδέν [τ'] ἔλαττον ὠφελοῦν τοὺς χρωμένους.
Σκεύαζε δ' οὕτως· ἀναλεάνας ἐπιμελῶς,
Πρόσβαλλε τὸ μέλι καὶ λεάνας συμμέτρως,
Στακτήν τε μίξας καὶ ὀποβάλσαμον πάλιν
Λέαιν' ἐπιμελῶς, καὶ καθαρὰν τέρμινθίνην,
Κηρόν τε καὶ τὸ κρόκινον εἰς διπλοῦν βαλὼν
Ἀγγεῖον, ὕδατι τῆκε τὰ προειρημένα
Πυρὶ θερμαίνων δῆλον [καὶ] ἐν ἑτέρᾳ χύτρᾳ·
Τήξας δὲ ταῦθ', [οὕτως] παρέγχει μαλάβαθρον,
Καὶ πάνθ' ἑνώσας (ἑψήσας?) συμμέτρως, ὡς μὴ ζέσαι
Βάσταζε τὸ διπλοῦν σκευάριον ἐκ τῆς χύτρας,
Ψύξας τ' ἐπιμελῶς καὶ ξύσας τὸ φάρμακον,
Προσεμβαλών τε τοῖς πρότερον εἰρημένοις
Ἐν τῇ θυίᾳ πάλιν λέαιν' ἕως καλῶς
Ἅπανθ' ἑνωθῇ καὶ γένηθ' ἓν φάρμακον.
Εἰ δέ ποτε βούλει ποιεῖν δραστικώτερον
Καὶ τοῦτο πρὸς τὰ νεῦρα τὰ κεχρονισμένα,
Καὶ τὰς διαθέσεις τάς τε τῶν μυῶν τάσεις,
Εὐφορβίου καλοῦ τε καὶ ἔτι προσφάτου

Myracopum aliud quod accensetur optimis:
Nam suavitatis plenum est; egregie juvat
Quos nominavi paulo affectus antea.
Stactæ bonæ receptat ternas uncias,
Opobalsami tres et mellis tres Attici,
Ceræque puræ Ponticæ tres, unguinis
Crocini Syriaci quoque quaternas uncias,
Ammoniaci quam albissimi et lævis salis
Sextantem, candidæ et puræ terebinthinæ
Unam unciam, atque partem ipsius tertiam,
Et cinnamomi, nec non malabathri quoque
Libram adde et partem libræ tertiam insuper;
Sin abeit autem malabathrum forsan tibi,
Adjunge nardi tantundem Gangitidis;
Ad unguenta mediocria istud pertinet,
Abunde medicamentosum, ut nullum invenis
Aliud; vel irini tantum Sergetici,
Vel Cyziceni pondo, nempe amaracini;
His uteris, quum non adest quod diximus
Malabathrum; hoc arbitror moderatum myracopon,
Nihil minus sane auxilians utentibus.
Sic confit : accurate factum læve mel
Adjunge et stacten tritam modice misceas
Opobalsamumque ac rursum exacte contere,
Cera, crocino, terebinthina pura duplo
Injectis vasi, prædicta liquefacito aqua,
Igne calefaciens sed in alio caccabo,
Liquatis his malabathrum superinfundito,
Et cunctis unitis modice ut non ferveant,
Duplex depone vas protinus ex caccabo;
Exacte frigerato et raso pharmaco
Et supradictis addito, mortario
Tu lævigato denuo, donec probe
Cuncta uniantur fiantque unum pharmacum.
Voles at si ipsum reddere efficacius
Ad vitia nervorum diu durantia
Et musculorum item affectus diutinos,
Vel tensiones, euphorbi novi probi
Toti uncias duas admisce ponderi

Δύ' οὐγγίας τῷ παντὶ κατάμιξον σταθμῷ,
Τοῖς θ' ἅλσὶ καὶ τῷ μέλιτι τῷ τ' ὀποβαλσάμῳ
Συνεκλεάνας πρότερον αὐτάρκει χρόνῳ·
Οὕτω θ' ἑνώσας πάντα τὰ προειρημένα,
Εἰς πυξίδ' ἀπόθου, ἢ εἰς ἄγγος ὑελοῦν,
Ἀπὸ τῶν βαλανείων μᾶλλον αὐτῷ χρώμενος.

Cum saleque melleque insuper opobalsamo
Elævigatas, quo satis erit tempore;
Sicque omnia dicta in unum quum redegeris,
In pyxidem aut vas vitreum reponito;
A balneis in usum potius ducito.

Βασιλεῖ δὲ ποιῶν καὶ σεβάστῳ μυράκοπον,
Σκεύαζε ῥᾷστα τοῦτο καὶ χωρὶς πυρὸς,
Ἔχον ὀποβαλσάμου μέτρον ὡς τρεῖς οὐγγίας,
Καὶ τοῦ κρατίστου δὴ μαλαβάθρου οὐγγίας
Πεντεκαίδεκα· κινναμώμου τοῦ καλοῦ ταὐτόν·
Κηροῦ δ' ἀνόσμου λευκοτάτου δραχμὰς δέκα.
Σκεύαζε δ' αὐτό (οὕτω?)· μαλαβάθρου τρίτον μέρος
Καὶ κηρὸν εἰς ἐλάχιστα κατατετμημένον
Εἰς ἀργυροῦν ἔμβαλλε λεπτὸν φιάλιον·
Τήξας ἐφ' ὕδατος θερμοτάτου, ψύξας ξύσον,
Καὶ προσβαλὼν [τὰ] λεῖ' ἐν τῷ ὀποβαλσάμῳ
Καὶ κινναμώμῳ τρῖβε πάλιν, ἑνῶν ἅπαν,
Τό τε λοιπὸν αὐτοῖς μαλάβαθρον παρεγχέας,
Τρίβων ἕνωσον χερσὶν, οὕτω τ' ἀποτίθου
Εἰς ἀργυροῦν σκευάριον ἢ παχὺ ὑελοῦν·
Οὕτω γὰρ ἕξεις ἀσφαλῶς τὸ φάρμακον.
Τρίτον δὲ λίτρας προσβαλὼν Γαγγιτικῆς
Νάρδου, ποιήσεις γλυκύτερον τὸ φάρμακον
Καὶ κρεῖσσον πρὸς τὰς διαθέσεις τὰς προσφάτους
Σύγχρισμ'. Ἂν μὴ πάρῃ κινάμωμον, οὐ βαλὼν,
Ἕξεις ἐλαχίστως μεῖον, ἀλλ' ὅμως καλὸν
Καὶ παντὸς ἄλλου μυρακόπου κρεῖσσον πολύ.
Εἰ δ' αὐτὸ βούλει ποιεῖν δραστικώτερον
Πρὸς ἃς προεῖπον διαθέσεις, Ἀτλαντικοῦ
Εὐφορβίου πρόσβαλλε δραχμὰς τέσσαρας·
Ἔσται γὰρ οὕτως ἡδὺ καὶ δραστήριον,
Κἂν ᾖ δι' ὀλίγων μιγμάτων συγκείμενον.
Τινὰς δ' ἐπέγνων στέασι πολλοῖς χρωμένους,
Μυελοῖς τε πολλοῖς καί τινων ἀρωμάτων
Ὀποῖς τε καὶ μύροισι καὶ ἑτέροις τισὶν,
Οἷς πᾶσιν ἀμέλει χρησάμενος ἔγνων ὅτι
Ἀπειροκάλων τὰ τοιαῦτα καὶ μὴ κεχρικότων
Τὰ μίγματ' ἐστὶ τάς θ' ἁπλᾶς τούτων φύσεις.

(Sec. gen. VII, P. II p. 421—423.)

Cum regi facies principive myracopon,
Perfacile vel para ignis sine commercio
Mensura opobalsami inde ternas uncias,
Et optimi malabathri quindecim uncias;
Et cinnamomi tantundem boni cape,
Ceræque non olentis candidissimæ
Denarios decem. Sic ipsum præpara:
Partem malabathri tertiam et ceram quoque
Concisam multa in frustula minutissime
Argentea phiala in tenui recondito.
Aqua calente plurimum ut liquaveris,
Ipsum refrigerato, deinde radito;
Tum lævia jungens rursus in opobalsamo
Et cinnamomo, totum contere uniens,
Quodque restat ipsis suprafundens malabathrum
Terens adunito manibus; sic condito
In vas argenteum, vitrum vel crassius;
Sic namque tuto habebis semper pharmacum.
At si trientem libræ addas Gangitidis
Nardi, medicamen reddes longe suavius
Præstantiusque ad vitia adhuc recentia
Synchrisma. Cinnamomum tibi ni suppetat,
Minimo pejus quidem habebis, attamen bonum
Alio omni et multo myracopo præstantius.
At si proponas id facere efficacius
Ad quos retuli modo affectus, Atlantici
Euphorbii junges quatuor denarios;
Nam sic erit suave nec inefficax,
Etsi medicamina pauciora continet.
Cognovimus quosdam uti multis pinguibus,
Medulla item multa, succis aromatum
Quorumpiam, unguentis, aliquibus et aliis;
Quibus contra usus, cognovi esse talia
Expertium boni qui non probaverint
Medicamina aut naturas horum simplices.

Η ΘΗΡΙΑΚΗ.

Τὰς ἀντιδότους ἔχε προπαρεσκευασμένας
Πρὸς πάνθ' ἁπλῶς τὰ φαῦλα δηλητήρια,
Ὧν καὶ χάριν δοκοῦσιν εὕρεσιν λαβεῖν·
Καὶ τοῖς θανασίμοις ἀντιδώσεις φαρμάκοις,
Προδιδούς τι τοῖς ἔχουσιν ὑπόνοιάν τινα,
Μή τις κατὰ τροφὴν φάρμακον φαῦλον λάβῃ
Ἐπὶ τῇ τροφῇ τε. Προσφέρεσθαι δ', ὅταν δοκῇ
Ἀναιρετικόν τις μετὰ τροφὴν εἰληφέναι,

THERIACA.

Antidota præparata habere te decet
Contra feras omnes veneno pessimas,
Quarum reperta esse et videntur gratia:
His et venenis obvies letalibus,
Illi propinans ante cui metus subest
Ne quid veneni ceperit mistum cibis
Aut post dapes. Propinabis, hausisse ubi
Venenum post cibum malum quemquam putas,

Ἐμέσαντι πάντως τὴν προσενεχθεῖσαν τροφήν.
Καὶ δὶς δὲ διδόναι καὶ τρὶς αὐτὰς ἐπίτρεπε,
Ὅταν μένῃ σημεῖα φαύλων φαρμάκων.
Δώσεις δὲ καὶ τοῖς ἐντυχοῦσιν ἑρπετοῖς,
Τῶν ἰοβόλων τε θηρίων τοῖς δήγμασιν,
Ὕδρων, κεραστῶν, ἀσπίδων, καὶ διψάδων,
Καὶ τῶν ἐχιδνῶν, τῶν τε λυσσώντων κυνῶν·
Καὶ γὰρ τὰ τούτων ἐστὶ φαῦλα δήγματα·
Τῶν τ' ἐκ θαλάττης ἰοβόλων πάντων ἁπλῶς,
Καὶ τῶν τε λεπτῶν λεγομένων θηραφίων,
Σφηκῶν, μελιττῶν, σκορπίων, ἀνθηδόνων,
Φαλαγγίων τε θανασίμων καὶ μυγαλῆς,
Τῆς ἀντιδότου μὲν πλεῖον ἢ δραχμὴν μίαν
[Λεπτο]καρύου τὸ μέγεθος καὶ μικρῷ πλέον,
Κεκραμένων δὲ ζωρότερον κυάθων δέκα.
Οὐκ ἀρκέσει δὲ τοῖς κακῶς δεδηγμένοις
Ἅπαξ προσενεγκεῖν, ἀλλὰ διδόναι πολλάκις
Δεῖ τοὺς θέλοντας ἐξαλεῖψαι τοὺς φόβους.
Δίδου δὲ πρὸς πάντα τὰ πάθη καὶ τὰς νόσους
Ὅσαι φέρουσι τῷ χρόνῳ καχεξίας,
Τοὺς περιοδικοὺς πυρετούς τε καὶ [τὰ] ῥίγεα,
Μάλισθ' ὅσα μένει μετὰ πόνου πολὺν χρόνον,
Ἀποστάσεις φέροντα κυρίων τόπων,
Ταῖς πνευματουμέναις τε μήτραν ἢ κόλον,
Ὅσοι τε κύστιν ἢ νεφροὺς ἀλγήμασι
Χρονίοις ὀχλοῦνται, κἂν μεθ' ἑλκῶν ἢ λίθων.
Δώσεις δὲ καὶ τοῖς ἡπατικοῖς αὐτὰς καλῶς,
Ἀνάγουσί τ' ἐκ θώρακος αἷμα πολλάκις,
Καὶ τοῖς τρυγώδες ἀναφέρουσι καὶ ὑγρὸν,
Ὅθεν ἂν φέρηται τοῦτο, κἂν ἐκ πνεύμονος·
Δίδου δὲ καὶ τοῖς ῥήγματ', ἢ καὶ σπάσματα
Ἐσχηκέναι λέγουσι τῶν ἐντός τινος·
Αἴρεις γὰρ αὐτῶν τοὺς πόνους καὶ τοὺς φόβους.
Προσενεκτέον δέ τοῖς τροφὴν μὴ ῥαδίως
Πέττουσι, κἂν λάβωσιν ὀλίγην παντελῶς,
Ἀεὶ δ' ἀποξύνουσι καὶ παραυτίκα·
Ὅσοις τ' ἀνάγκη δι' ἀποδημίας μακρᾶς
Χρῆσθαι πάνυ φαύλοις ὕδασι, καὶ τούτοις δίδου
Τῆς ἀντιδότου μὲν ὅσον ἄγειν τριώβολον,
Ὕδατος δὲ θερμοῦ τρεῖς κυάθους ἢ τέσσαρας
Πρὸ τῆς τροφῆς ὥραισι τρισὶν, ἢ πλείοσιν·
Τοῖς δὲ περὶ κύστιν ἐκ γλυκέος κεκραμένης,
Αἱμοπτυϊκοῖς τε καὶ στόμαχον ἡλκωμένοις.
Τοῖς ῥευματιζομένοις δὲ τὸν θώραχ' ὅλον
Δώσεις, ἀφέψων εἰς ὕδωρ δεσμίδιον
Πολίου, τὸ μὲν βέλτιστον ἢ τὸ Κρητικὸν,
Ἢ Σκυθικοῦ τὸ κρεῖσσον ἢ τοῦ Ποντικοῦ·
Θᾶττον στελεῖς γὰρ τὰς φορὰς τῶν ῥευμάτων·
Ἐν τρισὶ δὲ κυάθοις, ὡς προεῖπον, πρόσφερε.
Τινὲς δὲ καὶ τοῖς σφόδρα πονοῦσιν ὠτίον,
Ἀνέντες αὐτὴν ἐν γλυκεῖ τῷ Κρητικῷ
Εἰς τοὺς πόρους ἐνέθεσαν ἔριον διάβροχον.
Ἐχέτω δ' ὁ ποιεῖν ἀντίδοτον θέλων καλὴν
Πάντα μὲν ἄκρως τὰ μίγματα τἀξηρασμένα,

Esca ingesta ejecta prius vomitus ope.
Bis illam terque præcipe ægrotis dari,
Donec veneni signa permanent mali.
Item valet antidotum reptilibus malis
Et bestiarum virulentis morsibus,
Hydri, cerastæ, dipsadis, itidem aspidis
Et viperæ et canis quem rabies occupat;
Sunt namque morsus horum valde noxii;
Obstat marinis omnibus beluis quoque,
Et quas minutas bestias vocant, apes,
Crabrones, vespas, scorpios, araneos
Mures, et perniciem quæ dant phalangia.
Antidoti autem plus quam denarium dabis,
Nux quantum [avellana] aut parumper amplius,
Mixtis meracioribus cyathis decem.
At morsibus malignis non satis semel
Offerre antidotum, sed dabis frequentius,
Si tu metus ex toto cures tollere.
Idem propina vitia adversus omnia et
Morbos qui spatio pravum præbent corpori
Habitum, ad febres redeuntes, rigores diu
Perstantes cum doloribus, abscessibus
Originem qui dant locorum principum;
Inclusumque utero flatum vel flatum coli,
Et quos vesica torsit vel renes diu,
Sive adsit ulcus, sive torqueat lapis,
Et si jecur negotium præbet; dabis
Rite frequenter sanguinem educentibus,
Et pectore fæculentum pus reddentibus,
Feratur undecunque, sit pulmo licet;
Præbebis etiam ruptis aut vulsis quibus
Intus vulsum aut ruptum quidquam esse dicitur;
Sic cura tristis sicque pelletur dolor.
Propinabis porro ægrotis qui non coquunt
Cibum, licet pauxillulum comederint,
Acescunt verum queis quæcunque ingesserant.
Nec non propina quos cogit profectio
Longinqua aquis uti longe deterrimis;
His antidoti quantum pendet semidrachma
Aquæ calentis cyathis tribus aut quattuor
Horis ante cibum ternis des vel pluribus;
Vesica autem læsa, e vino dulci dabis
Antidotum temperatum; item dabis quibus
Sunt sanguinolenta sputa, stomachi aut ulcera;
Et totius quos fluxiones pectoris
Vexant, fasciculum polii decoquens aqua,
(Præstiterit autem Cretici vel Scythici
Aut Pontici potius, nam sistes rheumata)
Ternis, ut ante dixi, cyathis offeres.
Quidam doloribus permagnis aurium,
Dulci subigentes Cretico, meatibus
Lanam antidoti liquore irriguam collocant.
Porro antidotum bonum qui præparare vult
Is cuncta habeat medicamina arida probe,

Τὸν λεγόμενόν τε θηριακὸν πεπονημένον
Ἀρτίσκον οὕτω γεγονόθ' ὡς ὑποδείξομεν·
Ἔστιν γὰρ οὗτος τῶν καλῶν ἐκ μιγμάτων.
Λαβὼν ἐχίδνας τὰς ἀληθεῖς τοῦ θέρους
Τὰς ἀρτιθήρους τὰς μεγάλας ὡς εἴκοσι,
Μικρῷ τε πλείους· οὐ γάρ ἐστ' αὐτῶν πολὺ,
Ὃ δεῖ λαβόντας σκευάσαι τὸ φάρμακον.
Τῶν μὲν κεφαλῶν ἀπόκοψον ὡς τρεῖς δακτύλους,
Μικρῷ τε πλείους τῶν ἀπὸ τῆς οὐρᾶς μερῶν·
Πρῶτον μὲν κεφαλὰς, εἶτα τὰς οὐρὰς τότε·
Τοῦτο δὲ ποιεῖν δεῖ, προσφάτων ζωσῶν τ' ἔτι·
Εἶτα περιδείρας ῥᾳδίως, ὡς ἐγχέλεις,
Ἔκβαλλέ τ' αὐτὸς καὶ τὸ λίπος αὐτῶν ἅπαν,
Πλύνας τε καθαρῶς, εἰς λοπάδιον ἐντίθει,
Ξηροῦ τ' ἀνήθου σύμμετρον δεσμίδιον,
Ὕδατος δὲ τἀρκοῦν παραχέας, ἕψει μέχρι
Ἡ σὰρξ ἀποστῇ ῥᾳδίως τῶν ὀστέων·
Τὸ λοπάδιον δὲ βαστάσας ἀπὸ τοῦ πυρὸς,
Τῶν ὀσταρίων τὴν σάρκα καθαρὰν ἀπόβαλε·
Στήσας ἰσοβαρῆ ταύτης ἀκριβῶς σταθμὸν
Τῆς σαρκὸς, ἄρτου τοῦ καθαροῦ τοῦ πυρίνου,
Πρόσμισγε καὶ λέαινε, παραχέων βραχὺ
Τοῦ ζωμαρίου, ποιῶν τε λεπτὰ πέμματα,
Ξήραινε, καὶ χρῶ θηριακοῖς ἀρτισκίοις.
Σκιλλιτικοὺς δὲ σκευάσεις οὕτω πάλιν·
Τῷ πυραμήτῳ σκίλλαν εὐμεγέθῆ λαβὼν
Λευκήν τε, κάθηρον πάντα τὸν ξηρὸν φλοιόν.
Πᾶσαν δὲ ῥίζαν τὴν ξυλώδη περίελε,
Σταιτί τε περιπλάσας ἔμβαλ' αὐτὴν εἰς ἰπνόν·
Ὅταν δὲ νομίσῃς πάνυ [εἶναι] καλῶς ὀπτὴν,
Τότε στήσας αὐτῆς ὅσον ἄγει λίτρας βάρος,
Ταύτῃ κατάμισγε λεπτοτάτῃ μίαν ἥμισυ
Λίτραν ἀλεύρου γεγονότος πεφρυγμένων
Ὀρόβων ἐπ' ὀλίγον, καὶ παραχρῆμα λεοτριβῶν,
Ποίησον οὕτω λεπτὰ πάνυ κυκλίσκια,
Ξηρά τε γινόμενα στῆσον ᾗ ['στί] σοι φίλον
Βαλεῖν. Τοιοῦτον μίγμα γεγονὸς μὴ πάνυ
Τὴν θηριακήν τε λεγομένην ἀπορῇς, φράσω,
Ἧι καὶ λέγουσι τὸν Μιθριδάτην χρώμενον,
Ὅτ' ἐγένετ' αὐτῷ θανάσιμα πιεῖν φάρμακα
Ἅπασ' ἀνάγκῃ μετὰ τέκνων πολεμουμένῳ,
Αὐτὸν μὲν οὐ λαβεῖν τινος αἴσθησιν βλάβης,
Ξίφει δ' ἀναιρεθέντα περιγραφῆς τυχεῖν,
Τὰς δ' αὖ θυγατέρας ἀποβαλεῖν τῷ φαρμάκῳ.
Σκεύαζε δ' αὐτήν· σκιλλίνων κυκλισκίων
Δὶς εἴκοσι δραχμὰς καὶ ἑτέρας δὶς τέσσαρας·
Ἀρτισκίων δὲ θηριακῶν δὶς δώδεκα·
Μέλανός τε πεπέρεως καὶ ὀπίου καὶ μάγματος
Ξηροῦ πάλαι κληθέντος ἡδυχρόου μύρου,
Τῶν τ' ἐξ ἑκάστου μίγματος δὶς δώδεκα·
Ξηροῦ γλυκυρρίζης χυλοῦ δραχμὰς δέκα
Καὶ δύ' ἐπὶ ταύταις, καὶ ῥοδῶν ξηρῶν ἴσας,
Καὶ κινναμώμου, καὶ ὀποβαλσάμου καλοῦ,
Ἧς τ' Ἰλλυριοὶ πέμπουσιν ἴσας ἴρεως,

**Et Theriacum elaboratum (sicut vocant)
Pastillum sic confectum, ut indicabimus;
Nam fieri debet medicamentis bonis.
Æstate grandes viperas tu bis decem,
Venator captas quas recenter attulit
Sumas, vel plures; namque parva copia
Inde adhibenda est antidotum qua præpares.
Quum præparas, tres digitos amputa caput,
Pauloque caudam magis, hanc post, illud prius.
Detracta hinc cute ut anguillis facillime,
Totam eximes ipsarum pinguitudinem,
Ac postquam rite laveris, dimittito in
Patinam et mediocrem anethi fasciculum aridi,
Affuso aquæ quod ipsis sufficit, coque,
Donec caro relinquat ossa promptius;
Posthac ab igne patinam cum removeris,
Solam revulsis ossibus carnem legas;
Æquali carnem panis æquet pondere,
Panis triticeus purus ac tritus probe:
Huic paululum decoctionis jusculi
Fundens super, placentas tenues fingito;
Siccato et pastillis theriacis utitor.
At scillinos hoc rursus effinges modo:
Scillam sub messem magnitudinis bonæ
Albamque sumptam toto purga cortice,
Omnem eximens radicem lignosam undique;
In furnum pone tritici massa illitam,
Atque omnino coctam cum perfectissime
Putaveris, ejus libram unam sumito;
Huic adde sesquilibram subtilissimæ
Ervi farinæ paululum retorridi;
Tunc læviga statim, tunc perparvas rotas
Fac, quas siccatas conde quo loco libet.
Ne sit mistura ignota tam gravis tibi
Theriacam quam dicunt, audi, jam proferam.
Hac usum quoque fuisse Mithridatem ferunt,
Quum bibere medicamenta eum necessitas
Noxia omnis bellanti cum liberis fuit;
Nullius ipse noxæ sensum pertulit,
Sed ense detruncatus vitam perdidit;
Gnatæ vero potu interierunt pharmaci.
Ipsam fac sic: scilliticorumque orbium
Drachmas viginti bis, alias bis quattuor;
Theriacorum orbium viginti quattuor,
Nigrique piperis, opii et sicci magmatis,
Quod hedychroa quondam vocabant unguina,
Bis singulorum duodecim denarios;
Radiculæ dulcis succi aridæ decem
Atque insuper duas, rosæ siccæ pares,
Et cinnamomi, ad hæc opobalsami boni
Atque ireos quam profert Illyria nobis,**

Λευκοῦ τ' ἀγαρικοῦ, βουνιάδος τοῦ σπέρματος,
Τούτων ἑκάστου τὰς ἴσας δυώδεκα·
Καὶ σκορδίου ἐκ Κρήτης ἑνὶ τούτων ἴσον·
Σμύρνης, κρόκου, ῥᾶ, πετροσελίνου, στοιχάδος,
Ξηρᾶς καλαμίνθης, πενταφύλλου ῥιζίων,
Καὶ τοῦ πρασίου [δὲ] σπέρματος, τῶν σφαιρίων
Λευκοῦ πεπέρεως καὶ μακροῦ, τῆς Ἰνδικῆς
Νάρδου στάχυος, λιβάνου τε καὶ τερμινθίνης,
Κόστου τε λευκοῦ καὶ ἔτι δικτάμνου πόας,
Σχοίνου τε μὴ τῶν καρφίων, τοῦ δ' ἄνθεος,
Ξηροῦ τ' ἀβρέκτου ζιγγιβέρεως τὰς ἴσας,
Κασίας μελαίνης τοῦ φλοιοῦ, τούτων πάλιν
Δὶς τρεῖς ἑκάστου μίγματος δραχμὰς σταθμῷ·
Πολίου τε καὶ φοῦ Ποντικοῦ, καὶ θλάσπεως,
Χαμαίδρυός τε καὶ στύρακος, καὶ κόμμεως,
Καὶ γεντιανῆς, καὶ ἀκόρου, μήου τ' ἔτι,
Καὶ καρδαμώμου, καὶ μαράθρου τοῦ σπέρματος,
Ὑποκιστίδος χυλοῦ τε καὶ χαλκίτιδος
Ὀπτῆς, ὑπερικοῦ σπέρματος τοῦ Κρητικοῦ,
Χυλοῦ τ' ἀκακίας τῆς καλῆς ὑγρᾶς ἔτι,
Καθαρᾶς τε νάρδου Κελτικῆς, καὶ Λημνίας,
Χαμαιπίτυός τε καὶ ἄμμεως, καὶ σεσέλεως,
Ἀνισαρίου τε σπέρματος πεφρυγμένου,
Βότρυός τ' ἀμώμου, μαλαβάθρου φύλλων ἴσας,
Πάντων δ' ἑκάστου δύο δραχμὰς β' ἐπεντίθει (?),
Καὶ βαλσάμου καρποῦ τε τὰς αὐτὰς δύο·
Τινὲς δὲ τούτων οὐ καλῶς ἀνὰ τέτταρας·
Ὀποπάνακος δὲ τοῦ δακρύου, καὶ χαλβάνης,
Δαύκου τε καθαροῦ σπέρματος τοῦ Κρητικοῦ,
Καὶ καστορίου, καὶ σαγαπηνοῦ [τοῦ] προσφάτου,
Κενταυρίου τε Κρητικοῦ μὴ προσφάτου,
Ἀριστολοχίας τε λεπτοτάτης ξηρᾶς καλῶς,
Τούτων πάλιν ἑκάστου δραχμὴν β' ἐπεντίθει (?)·
Ἴσον τούτων θ' ἑνὶ στῆσον ἀσφάλτου καλῆς·
Τινὲς δὲ ἀνὰ δύο φασὶν ὅπερ οὐ βούλομαι·
Πολλάκι γὰρ αὐτῶν, ὡς ἔγραψ' ἐσκεύασα·
Οἴνου Φαλερίνου τοῦ καλοῦ τὸ σύμμετρον·
Μέλιτος δέκα λίτρας Ἀττικοῦ τοῦ προσφάτου.
Τούτων δ' ἃ μέν ἐστι σπέρμαθ', ἃ δὲ χυλοί τινων,
Ἃ δ' ἐστὶ φύλλα καὶ δάκρυα καὶ ῥιζία,
Ἐλάχιστα δ' αὐτῶν κἂν μετάλλοις γίνεται.
Χυλοὺς μὲν οὖν, δάκρυά [τε] καὶ μεταλλικὰ
Οἴνῳ λέαινε, καὶ μέλιτος ποιῶν πάχος,
Τὰ λοιπ' ἀποδίδου ξηρὰ πάντα μίγματα,
Κοπέντα καὶ σηθέντα λεπτῷ κοσκίνῳ,
Μῖξας τ' ἐπιμελῶς αὐτὰ, παράχεον τότε
Ζέσας δὶς ἢ τρὶς τὸ μέλι, καὶ δεύσας πάλιν
Ἀποτίθου, φυλάττων μὴ ξυλίνοις ἄγγεσιν,
Μᾶλλον δ' ὑαλίνοις, κερατίνοις τε κἀργυροῖς,
Καὶ κασσιτερίνοις τε καὶ τοῖς κεραμίοις πυκνοῖς·
Δίδου τε πίνειν μήτε γεγονὸς ἀρτίως
Τὸ φάρμακον, μήτε πάλιν ἐξηρασμένον,
Ὅπερ εἰ γένοιτο διὰ τὸ μῆκος τοῦ χρόνου,
Πάλιν ζέσας πρόσβαλλε μέλιτος σύμμετρον,

Æquale pondus, agarici albi, seminis
Napi, uniuscujusque drachmas duodecim,
Et scordii tantundem Cretici addito;
Myrrhæ, croci, rheu, petroselini, stoechadis,
Siccæ calaminthæ, quinquefolii præter hæc
Radiculæ atque seminis marrubii,
Globorum piperis albi et longi, atque Indicæ
Nardi spicæ, thuris, nec non terebinthinæ
Costique candidi, dictamni herbæ, insuper
Junci florum, non festucarum, his compares,
Zingiberis aridi non humidi pares,
Et casiæ corticis nigræ adde denique
Bis singulorum ternas drachmas pondere;
Poliique et Pontici phu, nec non thlaspeos,
Chamædryos, præterea styracis, et gummi
Et gentianæ et acori, meique insuper,
Et cardamomi, dein fœniculi seminis,
Hypocistidis succi, tostæ chalcitidis,
Cretensis hyperici adde seminis, bonæ
Succi acaciæ humidæ, nardique Gallicæ
Puræ, sigilli Lemnii, chamæpitys,
Ameos, seseleos, seminis retorridi
Anisi, amomi uvæ, foliorum malabathri
Impone drachmas singulorum compares
Duas, et totidem balsami fructus quoque,
Sed non rite aliqui singulis dant quattuor;
Opopanacis lachrymæ, præterea galbani,
Daucique purgati Cretensis seminis,
Et castorei, sagapeni jungito novi
Centauriique Cretici, sed non novi,
Aristolochiæque tenuis siccæ probe,
Horum uniuscujusque fac unam drachmam;
Æquum statue pondus bituminis boni;
Duas huc quidam conferunt quod improbo;
Frequenter ipsam, veluti scriptum est, condidi;
Vini Falerni mediocrem modum boni;
Mellis recentis Attici libras decem.
Horum cum succi quædam sint, semina alia
Folia hæc, radices ista atque illa lacrymæ
Gignanturque in metallis haud compluscula,
Succos ergo cum lacrymis et metallicis
Teras vino usque ad mellis crassitudinem;
Immitte quæ supersunt arida omnia,
Postquam contusa et denso increta sunt cribro,
Mixtisque exacte addas mel quod deferbuit
Bis terve; deinde ubi rursus rigaveris,
Repone et serva vasculis non ligneis,
Sed vitreis, argenteisque et corneis
Et stanneis et fictilibus, densis tamen.
Da potioni non recens factum nimis,
Nec rursus medicamentum quod peraruit:
Sin id contingat longiorem propter moram,
Infunde mellis quod sat quodque ferbuit;

Συνεκλεάνας τ' ἐφ' ἱκανὸν τοῦτο χρόνον,
Εὔχρηστον ἕξεις τὴν ἄχρηστον τῷ χρόνῳ,
Πολλῷ δ' ἐλάττω τῆς κεχραμένης ἅπαξ.

(Antid. I, P. II, p. 437 et 438.)

Αἱ ὑπὸ Δαμοκράτους ἀντίδοτοι γεγραμμέναι.

Ἀντίδοτος ἣν φασι (?) Μιθριδάτειόν τινες
Τῶν σφόδρ' ἐπισήμων δραστικὸν [καὶ] φάρμακον
[Ὃ] πρὸς πᾶν πάθος πᾶσάν τε νόσον εἶπον ποιεῖν.
Σμύρνης Ἀραβικῆς Τρωγλοδυτίδος δέκα δραχμάς·
Κρόκου δέκ'· ἀγαρικοῦ δέκα· ζιγγιβέρεως
Δέκα· κινναμώμου δέκα [δραχμάς]· ναρδοστάχυος
Δέκα· λιβάνου δέκα· θλάσπεος [δραχμὰς] δέκα·
Καὶ σεσέλεως, ὀποβαλσάμου, σχοίνου τε καὶ
Στοιχάδος, κόστου, [καὶ] χαλβάνης, τερμινθίνης,
Μακροῦ πεπέρεως, καστορίου τε Ποντικοῦ,
Ὑποκιστίδος χυλοῦ τε καὶ στύρακος καλοῦ,
Ὀποπάνακος, καὶ μαλαβάθρου φύλλων νέου,
Πάντων ἑκάστου τὰς ἴσας δὶς τέσσαρας·
Κασίας μελαίνης ἑπτὰ [καὶ] πολίου ἑπτά·
Λευκοῦ πεπέρεως ταὐτὸ, σκορδίου τ' ἴσον·
Τοῦ Κρητικοῦ δαύκου τε ταὐτὸν σπέρματος·
Ἴσας δ' ἑνὶ τούτων βαλσάμου καρποῦ δραχμάς·
Καὶ κύφεως τὸν αὐτὸν ἑνὶ τούτων σταθμόν·
Τινὲς δὲ καὶ βδέλλιον ἐπί [τε] τούτοις (?) ἴσον·
Νάρδου καθαρᾶς δὲ Κελτικῆς, καὶ κόμμεως,
Καὶ πετροσελίνου, καὶ ὀπίου, μηκωνίου,
Καὶ καρδαμώμου, καὶ μαράθρου τοῦ σπέρματος,
Καὶ γεντιανῆς, καὶ ῥόδων φύλλων ἴσας
Ἀνὰ πέντε δραχμὰς, μικρὸν ἐπιῤῥεπέστερον·
Τοῦ Κρητικοῦ τε ταὐτὸ δικτάμνου μέρος·
Ἀνίσου τε καὶ ἀσάρου τε τρεῖς· κενταυρίου,
Ἀκόρου τε καὶ φοῦ, καὶ σαγαπηνοῦ τὰς ἴσας·
Ἀθαμαντικοῦ μήου τε καὶ τῆς ἀκακίας,
Σκίγκου τε γαστρὸς, ὑπερικοῦ τε σπέρματος,
Τούτων ἴσα πάντων ἀνὰ δύω καὶ ἥμισυ
Ὁλκὰς, οἴνου τὸ μέτριόν [τε] καὶ μέλιτος
Τὸ σύμμετρον, ὡς τάσδ' ὁμοίως οὕτως σκεύασον.
Τὸ κῦφι δ' οὐδέν ἐστιν οὐδὲ μίγμ' ἁπλοῦν,
Οὐδ' αὐτὸ γῆ φέρει τις, οὐδ' ὀπίζεται·
Αἰγύπτιοι δὲ τοῦτο τῶν θεῶν τισιν
Ἐπιθυμιῶσι, σκευάσαντες ὡς φράσω.
Λευκὴν λαβόντες σταφίδα τὴν λιπαρωτάτην,
Αἴρουσι τόν τε φλοιὸν καὶ τὸ σπέρμ' ἅπαν·
Τὴν σάρκα δ' αὐτῆς λεοτριβήσαντες καλῶς,
Ἱστᾶσι δραχμὰς Ἀττικὰς δὶς δώδεκα·
Τερμινθίνης τε ταὐτὸ τῆς κεκαθαρμένης·
Σμύρνης τε δώδεκα· κινναμώμου τέσσαρας·
Σχοίνου δυώδεκα, καὶ κρόκου μίαν· βδελλίου
Ὄνυχος δραχμὰς τρεῖς· ἀσπαλάθου δύ' ἥμισυ·
Ναρδοστάχυος τρεῖς, καὶ κασίας τρεῖς τῆς καλῆς·
Καθαρᾶς κυπείρου τρεῖς δραχμάς· ἀρκευθίδων
Ἐκ τῶν μεγίστων καὶ λιπαρῶν ταύταις ἴσας·
Ἐννέα δὲ καλάμου τοῦ μυρεψικοῦ δραχμάς·

Namque ipsum postquam sic contriveris diu,
Utile fiet tibi quod corruperat dies,
At multo pejus certe quam mistum semel.

Antidoti a Damocrate memoriæ traditæ.

Antidotus quam Mithridatium quidam vocant,
Insigne valde medicamentum et efficax
Affectus omnes morbosque, ut dixi, juvans.
Myrrhæ Arabicæ Troglodyticæ drachmas decem,
Croci decem, agarici decem, zingibereos
Bis quinque, cinnamomi bis quinque, et decem
Spicæ nardi, thuris decem, thlaspi decem,
Seseleos et junci atque succi balsami
Et stœchadis, et galbani, terebinthinæ,
Costi, piperis longi, castorii Pontici,
Hypocistidis succi, dein styracis bonæ,
Opopanacis et folii recentis malabathri,
Horum cujusque bis quatuor drachmas capit;
Casiæ vero nigræ septem, et polii septem,
Piperis albi septem, tantundem scordii,
Dauci quoque Cretici tantundem seminum;
His pendet fructus balsami drachmas pares;
Æquale pondus cyphi prædictis dabis;
Sunt qui par bdellii velint adjicere;
Et gummi, atque repurgatæ nardi Celticæ,
Et petroselini, opii, dein meconii,
Et cardamomi, et seminum fœniculi,
Et gentianæ, foliorum tantum rosæ,
Cujusque drachmæ quinque aut paululum amplius,
Et Cretici dictamni æqualis portio,
Asari, centaurii atque anisi tres drachmæ,
Acorique phuque sagapenique tres drachmæ;
Athamantici mei deindeque acaciæ
Et scinci ventris, atque seminum hyperici,
Singula pendant duas cum dimidio drachmas;
Vini mellisque adjice quantum erit satis;
Sic omnia hæc simili modo tu præpara.
Simplex tamen non est cyphi medicina, nec
Ulla fert id terra aut plantæ ullius succus est,
Sed quosdam cum deos placant Ægyptii,
Hoc incendunt parantque quo dicam modo.
Albam passam capiunt uvam pinguissimam
Et corticem semenque totum huic eximunt;
Pulpam ipsius cum rite lævigaverint,
Viginti quatuor pendent drachmas Atticas;
Tantundem injiciunt ustæ terebinthinæ,
Myrrhæque duodecim, cinamomi quattuor,
Junci duodecim, croci unam, bdellii
Tres unguinis drachmas, atque aspalathi duas
Semis, spicæ nardi tres, casiæ tres bonæ
Puræ, cyperi tres, nec non et pinguium
Baccarum grandium juniperi drachmas tres;
Calami odori denarios indes novem,

Μέλιτος τὸ μέτριον· παντελῶς οἴνου βραχύ·
Βδέλλιον, οἶνον [καὶ] σμύρναν εἰς θυείδιον
Βαλόντες, εὖ τρίβουσιν, ὡς μέλιτος πάχος
Ὑγροῦ ποιῆσαι, καὶ προσαποδόντες μέλι,
Τὴν σταφίδα συντρίβουσιν· εἶτα λεῖα δὲ
Ἅπαντα καταμίξαντες, ἐκ τούτου κύκλους
Βραχεῖς ποιοῦντες, θυμιῶσι τοῖς θεοῖς.
Ῥοῦφος μὲν οὕτω δεῖν ἔφασκε σκευάσαι,
Ἀνὴρ ἄριστος ἐκτικός τ' ἐν τῇ τέχνῃ.
Ἔνιοι δὲ κιννάμωμον οὐ σχόντες βαλεῖν,
Μίσγουσι ταὐτὸ καρδαμώμου σπέρματος·
Χρῶνται δ' ὁμοίως τῇ πρὸ ταύτης συνθέσει·
Τινὲς δὲ καὶ τοῖς ἧπαρ ἢ τὸν πνεύμονα,
Ἢ καί τι γ' ἕτερον σπλάγχνον ἐξηλκωμένοις
Πίνειν διδόασιν ὡς δραχμὴν τοῦ φαρμάκου.

Mellis modicum, vini pauxillulum quoque.
Tunc bdellium, vinum, myrrham in mortarium
Demittunt, lævigant, dum spissitudinem
Mellis liquidi accipiant, melle superaddito,
Uvam comminuunt; deinde facta lævia
Hinc, ut fiant pastilli, miscent omnia,
Sed parvi, atque inde diis urunt suffimina.
Rufus vir optimus et in arte exercitus
Illo parandum sane prodidit modo.
Quidam carentes cinnamomo ejus loco
Idem indunt pondus cardamomi seminis,
Utunturque ut priori mistura quidem.
At ulceratis jecore vel pulmonibus
Aut viscere alio nonnulli dant potui
Ex antidoto quantum pendet denarius.

Ἄλλη σφόδρα καλὴ πρὸς φθισικοὺς κεχρονισμένους,
Τούς θ' αἷμ' ἀνάγοντας, καὶ πυρέσσοντας λάθρα,
Καὶ τοὺς ἔχοντας [τὸν] θώρακα ἀσθενῆ,
Καὶ πρὸς στομαχικούς, ἡπατικούς, νεφριτικούς,
Καὶ πρὸς ἃ προεῖπον πάντα, τοῖς τρυφερωτέροις
Μᾶλλον προσηνής, ἀλλ' ἔλαττον δραστική.
Ταύτῃ λέγουσι τὸν Σεβαστὸν ἡδέως
Χρησάμενον ὑγιᾶ γεγονέναι ἐν βραχεῖ χρόνῳ,
Πλευροῖς τε καὶ θώρακι δυσχρηστούμενον.
Ἔχει δὲ ψυλλίου τε καὶ κασίας κιρρᾶς,
Ναρδοστάχυός τε καὶ καθαρᾶς τῆς Κελτικῆς,
Καὶ κινναμώμου, καὶ κρόκου τοῦ προσφάτου
Ἀνὰ δώδεκα δραχμάς, καὶ ὀποβαλσάμου δέκα·
Στακτῆς Ἀραβικῆς παχυτάτης ἑκκαίδεκα·
Σχοίνου τε λεπτῆς, Λημνίας τε τῆς καλῆς,
Ῥᾶ Ποντικοῦ τε, πηγάνου τε σπέρματος·
Τὸ δ' ἄγριόν ἐστι πήγανον κρεῖττον πολύ·
Καλοῦ τ' ἀμώμου, καὶ ῥόδων ξηρῶν ἴσον,
Λευκοῦ πεπέρεως, βουνιάδος τοῦ σπέρματος·
Ἔστω δὲ ἀγρίας τοῦτο, καὶ μὴ τῆς ἡμέρου·
Τούτων ἀνὰ δραχμὰς τέσσαρας· λιβάνου γε τρεῖς·
Ἴσον τε λιβάνου προσβαλεῖς τὸ Κρητικὸν
Δίκταμνον ἱκανῶς ξηρόν, ἀλλὰ πρόσφατον·
Ταὐτό τε κυμίνου Θηβαϊκοῦ τοῦ σπέρματος.
Τὰ μὲν ἄλλα κόψας σῆθε λεπτῷ κοσκίνῳ·
Τὸ ψύλλιον δὲ μόνον εἰς ὅλμον ἐμβαλὼν
Κόψον πολὺ πλέον, ἵνα λάβῃς ὅσον θέλῃς·
Ἅπαν γὰρ αὐτὸ λεπτὸν ποιεῖν ἀδύνατον.
Σκεύαζε δ' οὕτω· τὴν καλὴν στακτὴν βαλὼν
Εἰς πλατυτέραν θυείαν, οἴνου παραχέων
Λιπαροῦ Φαλερίνου τὸ μέτριον, λέαινέ τε
Ἐπ' ὀλίγον αὐτά, καὶ ὀποβάλσαμον τότε
Μιγνύς· δίυγρον τοῦτο δ' ἐστὶ χρήσιμον·
Παρεμπάσσων τε τὰ ξηρὰ πάντα μίγματα,
Ἄφες δὲ ὀλίγον συμπιεῖν τὸ φάρμακον,
Τό τε μέλι ζέσας, δὶς ἢ τρὶς αὐτῶν καταχέαι,
Ἑνῶν τε τὴν ἀντίδοτον ἀποθήσεις τότε
Εἰς πυξίδ' οἵαν εἶπον ἔμπροσθεν βραχύ,
Διδοὺς ὁμοίως κἀπὶ τῶν αὐτῶν παθῶν.

Bona admodum; contra diuturnam tabem
Et sanguinem educentes et cæca febri
Pressos et imbecillo afflictos pectore,
Et quos stomachus, jecur, renes habent male,
Et omnibus quæ rettuli prius valet,
Delicatioribus magis blandum, efficax
At non æque; hac libenter Augustum ferunt
Usum brevi consanuisse tempore,
Affligeretur quum lateribus atque pectore.
Hæc suscipit rubentis casiæ, psyllii,
Nardi spicæ, purgatæ nardi Celticæ,
Et cinamomi, recentis insuper croci
Drachmas duodecim, opobalsami decem,
Myrrhæ Arabicæ stactæ longe crassissimæ
Bis octo; junci comminuti, et Lemniæ
Terræ bonæ, rheu Ponticæ, atque seminis
Rutæ, quam satius multo est sylvestrem indere,
Probique amomi, siccatæ tantum rosæ,
Et candidi piperis, et napi seminis,
(Hoc autem erit sylvestris, non domestici)
Horum omnium adsumas quatuor denarios,
Thurisque ternos, dictamni tres Cretici,
Sicci sed admodum, recentis seminis,
Cumini tantum Thebaïci; tunsa reliqua
Incerne subtili cribro, sed psyllium
Pilæ solum indas et multo plus tundito
Ut quantum vis sumas; nam comminui integrum
Numquam potest. At hac ratione præpara :
Stacten bonam ampliori indes mortario,
Vini Falerni pinguis fundens desuper
Parum, atque modice lævigato; opobalsamo
Mixto (perliquidum hoc commodum est), cuncta arida
Inspergens combibere parum antidotum sinas;
Mel fervefactum bis terve superfundito;
Ac uniens antidotum conde pyxide,
Qualem superius paulo tibi recensui;
Contra affectos eosdem eodem des modo.

Ἄλλη σφόδρα καλὴ πρὸς ἃ προεῖπον πάνθ' ἁπλῶς·
Φασὶν δ' ἀμείνω τήνδε πρὸς τὰ πνεύματα
Πολλοῖς χρόνοις λυποῦντα τὸν στόμαχον ποιεῖν,
Καὶ βορβορυγμοῖς τοῖς ἐνοχλουμένοις ἀεὶ
Τῶν ἐντέρων, κώλου τε καὶ τῆς γαστέρος.
Ποιεῖ δὲ καὶ γέρουσιν ὀξυωπίαν.
Τοῖς θηριοδήκτοις ἐστὶ συμφορωτάτη·
Σκεύαζε δ' αὐτὴν, ταῦτ' ἔχων τὰ μίγματα·
Τοῦ Κυρηναϊκοῦ καλοῦ δραχμὴν ὀποῦ,
Ἀκόρου τε καὶ φοῦ καστορίου τε καὶ ἀσάρου,
Καὶ καρδαμώμου σπέρματος καὶ κόμμεως,
Χυλοῦ τ' ἀκακίας, τῆς ἀρίστης ἴρεως,
Καθαροῦ σαγαπηνοῦ, ὑπερικοῦ τοῦ Κρητικοῦ
Τούτων ἑκάστου δύο δραχμὰς ῥεπέστερον*.
Ὀποβαλσάμου τε τοῦ διαυγοῦς τρεῖς δραχμάς·
Ὀποβαλσάμῳ δὲ ταὐτὸν ψυλλίου βάρος·
Λευκοῦ πεπέρεως, πετροσελίνου, Κελτικῆς
Στάχυός τε νάρδου, μαλαβάθρου φύλλου νέου,
Αἰθιοπικοῦ τε καὶ κυμίνου σπέρματος,
Ἀθαμαντικοῦ μήου τε κἀμώμου καλοῦ,
Μήκωνος, ὀπίου, γεντιανῆς, βαλσάμου
Στήσας ἑκάστου δραχμὰς τέσσαρας σταθμῷ,
Στύρακος σταγόνας δὲ πέντε καὶ τριώβολον·
Κόστου δὲ λευκοῦ, σεσέλεως καὶ θλάσπεως,
Κασίας μελαίνης πένθ' ἑκάστου δύ' ὀβολούς·
Σχοίνου τε πολίου ἀνὰ πέντε καὶ τριώβολον·
Καὶ Κρητικοῦ δὲ ταὐτὸ δικτάμνου πόας·
Ταύτης ἴσον πρόσβαλλε σκορδίου σταθμόν·
Μακροῦ πεπέρεως, καὶ λιβάνου, καὶ Λημνίας,
Σμύρνης, γλυκυρίζης, χαλβάνης, τερμινθίνης,
Ξηροῦ τε νήσσης αἵματος τοῦ προσφάτου,
Ὀποπάνακός τε καὶ μαράθρου τοῦ σπέρματος,
Ξηρῶν ῥόδων φύλλων, καὶ τῆς ὑποκιστίδος
Χυλοῦ καλῶς γεγονότος ἀγαρικοῦ τ' ἴσα·
Τοῦ Κρητικοῦ δαύκου τε καθαροῦ σπέρματος,
Ἀνισαρίου τε σπέρματος, σκίγκου τ' ἴσον·
Δὶς τρὶς ἑκάστου μίγματος βαλεῖς σταθμόν·
Καὶ [τοῦ] ζιγγιβέρεώς τε τοῦ ξηροῦ καλῶς,
Καὶ κινναμώμου καὶ κρόκου δὶς τέσσαρας·
Μέλιτος τοῦ χρηστοῦ τὸν διπλοῦν πᾶσι σταθμόν·
Οἴνου τε Χίου τοῦ καλοῦ τὸ σύμμετρον,
Ἢ τοῦ Φαλερίνου ταὐτὸ τοῦ κεχρονισμένου.
Σκεύαζε δ' αὐτὴν, ὡς προεῖπον δεῖν ποιεῖν
Τὴν θηριακὴν ἀντίδοτον ἔμπροσθεν βραχὺ,
Διδόναι θ' ὁμοίως πᾶσιν, ὡς κείνην ἔφην.

Alia admodum bona ad quæ prædixi omnia;
Ad flatus prædicant agere hanc diutinum
Per tempus qui infestant stomachum præstantius,
Ad strepitus intestina adsidue qui affligunt
Et colum et ventrem; visum affert senibus acrem,
Et morsis a feris est utilissima.
Antidotum his simplicibus medicamentis para:
Cyrenaïci boni succi indito drachmam,
Deinde acori, atque castorii, atque acari, atque phu,
Et cardamomi seminis atque gummeos,
Succique acaciæ, præstantissimæ iridis,
Puri sagapeni, hyperici nec non Cretici
Propensa lance injicite drachmas duas;
Opobalsami denarios tres lucidi;
Huic pondus æquale indendum etiam psyllii,
Albique piperis, petroselini, Celticæ
Nardi, et spicæ, malabathri foliorum novi,
Æthiopici nec non cumini seminis,
Meique Athamantici, atque amomi post boni,
Papaveris succi, gentianæ, balsami,
Cujusque pones drachmas pondere quattuor,
Guttarum styracis drachmas quinas et obolos
Tres, costi candidi, seseleos, thlaspeos,
Nigræque casiæ, singulorum mittito
Denarios quinque duos obolos insuper,
Junci rotundi, polii quoque denarios
Quinos tres obolos, dictamni tot Cretici;
Æquale dictis pondus optat scordii,
Longi piperis, thuris et terræ Lemniæ,
Myrrhæ, glycyrhizæ, galbani, terebinthinæ
Et sanguinis sicci anatis occisi recens,
Opopanacis, nec non fœniculi seminis,
Siccarumque rosarum foliorum, hypocistidos
Expressi pulcre succi, deinde agarici,
Daucique Cretici purgati seminis,
Anisi seminis, scinci, denarios
Medicaminis cujusque bis tres pendito;
Et zingiberis siccati rite, atque croci,
Et cinnamomi octonos fac denarios;
Mellis probati pondus duplex indito
Cunctis bonique vini Chii quod satis,
Falerni aut veteris tantundem conjungito.
At confice ipsum, ut antea prædiximus
Parandam antidotum theriacen; contra omnia
Eodem ac altera administranda est modo.

Δι' αἱμάτων ἀντίδοτος, ἣν φασίν τινες
Ἄμεινον ποιεῖν πρὸς τὰ δηλητήρια.
Ἔχει δὲ χηνὸς αἵματος ξηροῦ δύο,
Καὶ τρεῖς χελώνης τῆς θαλασσίας δραχμάς·
Τὸ δ' αὐτὸ νήσσης, καὶ ἐρίφου τρεῖς τὰς ἴσας·
Νήσσης δ' ἄμεινον αἷμα θηλείας δοκεῖ·
Στακτῆς Ἀραβικῆς παχυτάτης δραχμὰς δέκα·

Ex sanguinibus alia quam quidam prædicant
Venena adversus efficacius dari.
Hæc recipit: anserini sicci sanguinis
Drachmas duas, marinæ tot testudinis,
Item tot anatis, nec non hœdi sanguinis
(Videtur autem melior anatis fœminæ),
Stactæ Arabicæ crassissimæ drachmas decem,

Ναρδοστάχυός τε τὰς ἴσας σμύρνῃ δραχμάς·
Καὶ κινναμώμου τοῦ καλοῦ δὶς τρεῖς δραχμάς·
Ῥόδων δὲ φύλλων ξηροτάτων δὶς τέσσαρας·
Σχοίνου, λιβάνου, κόστου μίαν ἑκάστου δραχμήν,
Καὶ τρεῖς ἀμώμου· πεπέρεως λευκοῦ τὰς ἴσας·
Καὶ τοῦ μακροῦ δὲ πεπέρεως μίαν ἥμισυ,
Κρόκου δὲ δώδεκα, καὶ κασίας δὶς τέσσαρας·
Ῥίζης τριφύλλου πέντε· πολίου τὰς ἴσας·
Ὀποβαλσάμου τρεῖς· πετροσελίνου τέσσαρας·
Ἀρκευθίδων τῶν λιπαρῶν, καὶ ἀκόρου δύο·
Ῥᾶ Ποντικοῦ, μήου τε, δικτάμνου δύο,
Τουτέστιν ἀνὰ δύο· φοῦ τε τὰς αὐτὰς δύο·
Ἀμμωνιακοῦ θ' ὡσαύτως θυμιάματος,
Μαράθρου δραχμὰς δύ'· ἀγαρικοῦ δύ' ἥμισυ·
Τρεῖς τοῦ πετραίου πηγάνου· δαύκου δύο·
Ἀνισαρίου τε καὶ ἀσάρου μίαν ἥμισυ·
Ἴσον ἄμμεως τούτοις, [τε] καὶ τούτοις πάλιν
Ἴσον κυμίνου Θηβαϊκοῦ τοῦ σπέρματος·
Καὶ τρεῖς δραχμὰς βουνιάδος ἀγρίας σπέρματος·
Τούτοις προσαπόδος πέντε σκορδίου δραχμάς·
Τὸ Κρητικὸν δ' ἄμεινον, ὡς προείπομεν·
Μέλιτος ἅπασι τοῦ καλοῦ διπλοῦν σταθμόν.
Ἅπαντα λεπτὰ λεῖα τὰ προειρημένα,
Ἑφθῷ τε [καὶ] τῷ μέλιτι δεύσας ἀποτίθου.

Ἀντίδοτος, ἣν φασιν οἱ νεώτεροι Χάρμην·
Θεραπεύει δὲ διαθέσεις [τὰς] κεχρονισμένας,
Ἃς οὐδὲν ὠφέλησεν ἕτερα φάρμακα.
Σμύρνης ἔχει δὲ τῆς καλῆς, ὀποβαλσάμου,
Ὑποκιστίδος χυλοῦ τε καὶ λιβάνου καλοῦ,
Ὀποπάνακος καθαροῦ τε καὶ νέου κρόκου,
Τούτων ἑκάστου μίγματος δυοκαίδεκα·
Κόστου δὲ λευκοῦ, καστορίου τε Ποντικοῦ,
Τερμινθίνης τε τῆς καθαρᾶς, σχοίνου τ' ἴσον
Πάλιν ἐξ ἑκάστου μίγματος δὶς τέσσαρας·
Βότρυος ἀμώμου τέσσαρας, πολίου τ' ἴσας,
Καὶ κινναμώμου τέσσαρας πάλιν καλοῦ·
Δὶς τρεῖς δὲ δαύκου Κρητικοῦ τοῦ σπέρματος·
Τὸ δ' αὐτὸ δαύκῳ σεσέλεως τοῦ σπέρματος·
Κασίας δὲ κιῤῥᾶς τοῦ φλοιοῦ δὶς ἐννέα·
Καὶ πετροσελίνου σπέρματος ταύταις ἴσας·
Μακροῦ πεπέρεως προσφάτου δὶς δώδεκα·
Τὸ γὰρ παλαιὸν σητοκόπον εὑρίσκεται·
Λευκοῦ δέκα δραχμάς· χαλβάνης καθαρᾶς δέκα·
Ναρδοστάχυος δὲ τῆς καλῆς ἑκκαίδεκα·
Δὶς δ' εἴκοσιν καὶ πέντε Κρητικοῦ καλοῦ
Καὶ προσφάτου πρόσβαλλε σκορδίου δραχμάς·
Τριπλοῦν δὲ μέλιτος πᾶσι τοῖς ξηροῖς βάρος.
Σκεύαζε δ' αὐτὸν, ὡς προεῖπον σκευάσαι
Ἄλλας τε δυνάμεις, καὶ διδοὺς αὕτως πάλιν.
Ταύτην ἐπώλει Χαρμὶς Ἀττικῶν δραχμῶν
Δὶς πεντακοσίων, οὐδ' ὅλην λίτραν διδούς,
Ἐδόκει δὲ χάριτα διδόναι τοῖς ὠνουμένοις.
Τῶν δ' ἀξιοπίστων Χαρμίδος τις γνωρίμων

Nardi spicæ pares myrrhæ et denarios,
Et cinnamomi drachmas bis ternas boni,
Rosæ foliorum siccatæ bis quattuor,
Junci rotundi, thuris, costi unam drachmam
Cujusque, amomi tres, et piperis candidi,
Verum longi piperis indas sesquidrachmam,
Croci duodecim, casiæ bis quattuor,
Quinas trifolii radicis, polii pares,
Opobalsami tres, petroselini quattuor,
Et pinguium juniperi baccarum et asari,
Rheu Pontici, meique, dictamni duas,
Hoc est cujusque binas, phu simul duas,
Ammoniaci suffiminis drachmas duas,
Fœniculi tot, agaricique sesquitertiam,
Saxatilis rutæ ternas, dauci duas,
Anisi seminis, asari sesquidrachmam,
Tantum ammeos, atque his rursus cunctis idem
Cumini seminis Thebaici injicito;
Napi sylvestris seminis tres indito;
Et scordii superaddito his quinas drachmas;
At Creticum præstat, ut supra diximus;
Mellis probati duplex pondus indito.
Contrita cuncta quæ prædiximus nuper
Et mersa cocto melle vasis condito.

Antidotus quam recentiores nominant
Charmen; diutinis prodest affectibus,
Ad quos nil profuerant alia medicamina.
Myrrhæque continet bonæ, atque opobalsami,
Hypocistidis succi, nec non thuris boni,
Opopanacis purgati, item croci boni,
Cujusque istorum duodecim denarios;
Costique candidi, castorii Pontici,
Terebinthinæ puræ, junci teretis pares,
Medicaminis cujusque rursus quattuor,
Uvæque amomi quattuor, polii pares,
Et cinnamomi quattuor rursus boni,
Et Cretici dauci bis ternos seminis;
Par pondus dauco recipit seseli seminis,
Et corticis casiæ rubentis bis novem,
Et petroselini seminis drachmas pares,
Longi piperis viginti quattuor novi
(Nam quod vetustum carie absumptum repperis),
Albi decem, purgati galbani decem,
Nardi spicæ senas bonæ et drachmas decem,
At bis viginti quinos Cretici boni,
Nec non recentis scordii denarios,
Sed mellis siccis pondus triplum adde omnibus.
Para hanc quo medicamenta alia docui prius
Modo parare; eodem propina modo.
Hanc Charmes auctor bis quingentis Atticis
Vendebat drachmis, nec totam libram dabat,
Gratisque emptoribus videbatur dare.
Et Charmidis familiaris dignus fide

Ταύτην ἔφασκε τὴν γραφὴν δοκιμωτάτην.
Νάρδου δὶς ὀκτὼ στάχυος Ἰνδικῆς δραχμάς·
Σμύρνης τε χρηστῆς, καὶ ὀπίου, μηκωνίου,
Ὑποκιστίδος τε χυλοῦ, καὶ ὀποβαλσάμου,
Ὀποπάνακός τε τοῦ καθαροῦ καὶ προσφάτου,
Καὶ καστορίου [τε] καὶ λιβάνου πάντων ἴσα
Ἀνὰ δώδεκα δραχμάς· τέσσαρας δὲ χαλβάνης·
Τερμινθίνης τε πέντε· πολίου τέσσαρας·
Κασίας μελαίνης τῆς καλῆς δὶς τέσσαρας·
Λευκοῦ πεπέρεως δύο δραχμάς· μακροῦ μίαν
Καὶ δύ' ὀβολούς· κρόκου δὲ Κωρυκίου δέκα·
Μίαν δὲ πρὸς ταύταισι καὶ δὶς τέσσαρας
Σχοίνου πάνυ λεπτῆς· τοῦ τ' ἀμώμου τέσσαρας·
Δύο κινναμώμου· σεσέλεως δραχμὰς δύο·
Δαύκου δραχμὰς ἓξ σπέρματος τοῦ Κρητικοῦ·
Καὶ πετροσελίνου σπέρματος δὶς ἐννέα·
Δὶς τέσσαρας δὲ σκορδίου κόμης δραχμάς·
Βδέλλης ὄνυχός τε τῆς διαυγοῦς ὡς δραχμήν·
Μέλιτός τε λίτρας πέντε καὶ μικρῷ πλέον.
Σκεύαζε δ' οὕτως· προδιαλύσας τοὺς ὀποὺς
Τῷ μέλιτι θερμῷ, τήν τε ῥητίνην καλῶς,
Τὰ ξηρὰ πάντα παραπλάσσεις σεσησμένα.
Οὕτω δ' ἑνώσας πάντα δώσεις Ποντικοῦ
Καρύου τὸ μέγεθος τοῖς ὀφείλουσιν λαβεῖν.

Ἐφεκτικὴν δ' ἀντίδοτον εἰ βούλει ποιεῖν
Αἵματος ἄνω τε καὶ κάτω πολλοῦ φορᾶς,
Ταύτην ἀκριβῶς [συ]σκευάσας ἕξεις καλήν.
Κρόκου Κιλικίου τοῦ καλοῦ καὶ προσφάτου
Δραχμὰς δὶς ὀκτὼ, καὶ ὀπίου, μηκωνίου,
Λιβάνου τ' ἀτμήτου, καὶ καθαρᾶς σμύρνης ἴσον,
Πάντων πάλιν ἑκάστου δραχμὰς ἑκκαίδεκα·
Φλοιοῦ δὲ ῥίζης μανδραγόρου δὶς τέσσαρας·
Ὑοσκυάμου δὲ σπέρματος τρὶς τέσσαρας·
Τρὶς δύο δραχμὰς μηκωναρίου τοῦ σπέρματος·
Τρεῖς κινναμώμου τοῦ καλοῦ δραχμὰς σταθμῷ·
Ῥοὸς δὲ χυλοῦ Παταρικῆς, ἢ Συριακῆς
Τρὶς εἴκοσι πέντε καὶ ἑτέρας δὶς δώδεκα·
Σκεύαζε δ' οὕτως· τὸν κρόκον κεκαθαρμένον
Ἀπόβρεχε δ' οἴνῳ Κρητικῷ λευκῷ γλυκεῖ·
Δίδου τὸ πλεῖστον ἡμέρας δύ'· ὅταν ἴδῃς
Μαλακὸν ἄγαν, εὔτριπτον, εἰς ἴγδιν βαλὼν,
Λέαινε τῷ δοίδυκι, καὶ λεῖον ποιῶν,
Πρόσβαλλε τὸν ὀπὸν τόν [τε] λίβανον τῇ σμύρνῃ·
Χυλὸν δ' ὁμοίως κατ' ἰδίαν τὸν τῆς ῥοὸς
Διάβρεχε καὶ πρόσβαλλε τοῖς εἰρημένοις·
Καὶ πάλιν ἑνώσας λεῖα καὶ σεσησμένα,
Τὰ λοιπὰ πάντα προσαποδώσεις μίγματα·
Ἑφθοῦ τε μέλιτος Ἀττικοῦ βαλὼν βραχὺ,
Πάλιν λεάνον, ὡς γενέσθ' ἓν φάρμακον.
Ἐκ τῆς θυΐδος εἰς ἀγγεῖον ὑαλοῦν
Καὶ κασσιτέρινον μετακόμιζ' ἡνωμένον.
Δίδου δὲ τοῖς μὲν ἐκ φάρυγγος καὶ γαστρὸς
Ἀνάγουσι, καὶ θώρακος, ἔτι δὲ πνεύμονος

Hanc scripturam dicebat præstantissimam :
Nardi spicæ Indicæ octo bis denarios,
Myrrhæ probæ nec non opii, meconii,
Hypocistidis succi, deinde opobalsami,
Opopanacis puri recentis insuper,
Et castorei atque thuris, omnium pares
Duodecim drachmas, quaternas galbani,
Terebinthinæ quinas, poliique quattuor,
Bonæ sed nigræ cassiæ bis quattuor,
At albi piperis binos, longi unam drachmam
Obolos duos, et Corycii croci decem,
Et junci perquam comminuti octo drachmas
Unamque insuper, amomi drachmas quattuor,
Duas cinamomi, seselis totidem seminis,
Sex Cretici dauci, novenas seminis
Bis petroselini, scordii bis quattuor
Drachmas comæ, atque bdellii unguis lucidi
Drachmam; mellis libras quinque et paulo magis.
Hoc pacto præpara : succos solve prius
In melle calido et resinam fusam probe;
Cribrata cuncta aliis asperges arida.
In unitatem sic coactis omnibus,
Ad magnitudinem tunc Ponticæ nucis
Hanc antidotum propinabis quibus est opus.

At si voles tibi antidotum componere
Quæ sanguinis supra infraque arcet impetum,
Hanc præparato exacte; habebis optimam.
Croci Cilicii tum recentis, tum boni
Denarios bis octo, opii, meconii,
Thurisque non secti, puræ myrrhæ pares,
Cujusque rursus sedecim denarios;
At mandragoræ radicis corticis drachmas
Bis quattuor, bis sex alterci seminis,
Papaveris sex seminis denarios,
Ternas boni cinamomi drachmas pondere,
Sed succi Patarici vel Syriaci rhois
Viginti quinque ter drachmas atque insuper
Duodecim bis. Sic para : mundum crocum
Perfunde vino dulci et albo Cretico,
Duos sinens una dies ut plurimum;
Quum molle cernas et fragile, mox inditum
Mortario, pistillo subige et læviga;
Tum demum myrrhæ thus opiumque adjicito;
Rhois succum solum perfunde similiter,
Et commemoratis medicamentis addito;
At unione facta læviga et cribro
Medicamina injecta immitte reliqua omnia;
Et cocti mellis Attici pauxillulum
Injice et tere iterum, unum ut fiat pharmacum.
Contemperatum pariter ex mortario
In vas aut vitreum transfunde aut stanneum.
His subministrato qui ventre aut gutture
Rejiciunt aut pectore vel pulmonibus

Τριωβόλου τὸ πλῆθος, ἢ μικρῷ πλέον,
Ἐν τρισὶ κυάθοις [τοῦ] κράματος κεκραμένου,
Οἴνου δ' ἀπὸ μύρτων καὶ ὕδατος τοῦ παγολύτου.
Τοῖς ἀπὸ νεφρῶν οὐροῦσιν, ἢ τῆς κύστεως
Δίδου πλέον τε φαρμάκου κεκραμένου.
Ἀπὸ νήστεως τε καταφέρουσι καὶ κόλου
Λεπτῶν τε πάντων ἐντέρων τῆς θ' ὑστέρας
Τοῦ φαρμάκου δίδου μὲν ὡς δραχμὴν μίαν·
Δι' ὕδατος ὀμβρίου δὲ τοῖς πυρουμένοις·
Τοῖς ἀπυρετοῦσι δὲ καὶ διὰ κράματος δίδου,
Ἤτοι δ' ἀπὸ μύρτων, ἢ γλυκέος τοῦ Κρητικοῦ.

Εἰ δέ τις ἔχειν βούλοιτο μὴ πολυμίγματον
Ἀντίδοτον, ἀλλ' ἔχουσαν ὀλίγα μίγματα,
Ταύτην ἀκριβῶς [συ]σκευάσας, ἕξει καλὴν
Πρὸς τοὺς ἀτόνους στομάχους τε καὶ ἀνωρέκτους,
Καὶ τοὺς καχέκτας, τούς τ' ἀπεπτοῦντας ταχὺ,
Πρὸς πᾶν θ' ἁπλῶς ἄλγημα κυρίου τόπου
Κεχρονισμένον τε καὶ κατασκευὴν ἔχον.
Ταύτῃ Τιβέριον τὸν Σεβαστὸν χρώμενον
Λέγουσιν, ἄλλην μὴ πεπωκέναι ποτέ.
Ἔχει δὲ μέλανος πεπέρεως πέντ' οὐγγίας,
Κροκομάγματος πεντεκαίδεκα, καὶ ῥόδων δέκα.
Σεσησμένα ταῦτα πάντα μέλιτ' ἀναλάμβανε.

Ἄλλη ποιοῦσα ταὐτὰ τῇ προγεγραμμένῃ·
Ἔχει δὲ ῥόδων μὲν οὐγγίας δὶς τέσσαρας.
Κεκομμένα ταῦτα πάντα καὶ σεσησμένα
Ἀναλάμβαν' ἑφθῷ μέλιτι τῷ λίαν καλῷ.
Δίδου [τοῦ] καρύου τὸ μέγεθος τοῦ Ποντικοῦ
Μετ' οἰνομέλιτος, ἢ μελικράτου προσφάτου
Ἡψημένου καλῶς τε καὶ ἀπηφρισμένου.
Τοῖς θηριοδήκτοις, ἢ τὰ δηλητήρια
Πεπωκόσι προσένεγκε καρύου τὸ μέγεθος
Τοῦ βασιλικοῦ μεθ' ἑπτὰ κυάθων κράματος.

Quod ternos obolos pendet, aut paulo amplius,
Ex ternis cyathis vini quod contemperas
E myrteo vino et glaciem solvente aqua.
Sed qui remittunt ex vesica aut renibus,
Magis antidotum iis temperatum porrige.
Si vero sanguis e jejuno vel colo,
Aut ex utero, aut ex intestinis tenuibus,
Fluat, denarium dabis medicaminis;
Quodsi febre affligantur, e cœlesti aqua;
Si non febricitent, diluto vino dabis
Vel myrteo, vel etiam dulci Cretico.

Antidotum si quis non constans e pluribus,
Sed pauculis medicaminibus habere vult,
Hac præparata, exacte sentiet bonam
Stomacho infirmo, vel si cibum non appetant,
Habituique malo aut escam si sæpe non coquant,
Quid multa? si dolores principem locum
Longi vexent et qui radices fixerint.
Hac usum Tiberium imperatorem ferunt
Antidoto potasse aliam nullo tempore.
Assumit piperis nigri quinas uncias,
Crocomagmatis quinas decem, rosæ decem.
Hæc omnia cribro injecta melle assumito.

Alia antidotus idem quod prædicta faciens;
Habet rosarum quattuor bis uncias.
Hæc comminuta cuncta et increta cribro
Cocto melle excipiuntur præstantissimo.
Ad magnitudinem tunc Ponticæ nucis
Da cum mulso vel cum recenti mulsa aqua,
Quam coxeris rite et despumaris bene.
Post morsum feræ, aut si venenum absorpserint,
Ad magnitudinem tu regiæ nucis
Cum septem cyathis vini diluti exhibe.

ΡΟΔΙΔΟΣ ΣΚΕΥΗ.

Αὐτὸν δ' ἐπιμελῶς δεῖ σε προδιασκευάσαι
Οὕτως ἀκριβῶς· ῥόδα λαμβάνων τὰ πρόσφατα,
Τὸ φύλλον αὐτῶν ἐν σκιαῖς ψύξον δυσὶν
Ἢ τρισὶ τὸ πλεῖστον ἡμέραις, σήσας τε τρεῖς
Λίτρας ἀπ' αὐτῶν ὁλμοκόπησον συμμέτρως
Σχοίνου τε δραχμὰς εἴκοσιν εὖ κεκομμένης,
Σμύρνης δεκάδυο, καὶ κρόκου δὶς τέσσαρας
Προσέμπασον, καὶ κόπτε πάνθ' ὁμοῦ πάλιν·
Ποιῶν κυκλίσκους εὐμεγεθεῖς ψύξον καλῶς,
Οὕτω θ' ὅσον δεῖ λάμβαν' εἰς τὸ φάρμακον.

PASTILLI ROSACEI CONFECTIO.

Oportet sedulo hunc confecisse prius
Hoc pacto: collectis recentibus rosis,
Folia harum in umbra exsicca per dies duos
Vel tres ad plurimum, ex his cribratas libras
Tres pila tunde at cura ne tundas nimis;
Junci contusi rite drachmas bis decem,
Myrrhæ duodecim, croci bis quattuor
Insperge et rursus una contunde omnia.
Pastillos finge prægrandes, sicca bene;
Deinde quantum oportet sume in pharmacum.

ΚΡΟΚΟΜΑΓΜΑΤΟΣ ΣΚΕΥΑΣΙΑ.

Κροκόμαγμα δ' εἰ βούλοιο καλὸν ἔχειν ἄγαν,
Σκεύαζ' ἐπιμελῶς· Κιλικίου κρόκου δραχμὰς
Ἑκατὸν καταμίξεις, τῆς λιπαρᾶς σμύρνης ἅμα
Δὶς εἴκοσι πέντε, καὶ ῥόδων ξηρῶν ἴσον,
Ἀμύλου δὲ πεντήκοντα, λευκοῦ κόμμεως
Ἴσας. Ἄμυλον δὲ κόπτε σήσας ἐπιμελῶς,
Πρόσβαλλ' ἀθάλασσον οἶνον εὐώδη βραχὺν,
Δεύσας ἐπιμελῶς, κἀναπλάσας ψύξον κύκλους,
Καὶ χρῶ δεόντως, ὡς καλῷ κροκομάγματι.

Προγνωστικὴν δ' ἀντίδοτον οὕτω σκευάσεις·
Ἣν οἱ προλαβόντες ἂν λάβωσι θανάσιμον,
Ἐμέσουσιν αὐτὸν μετὰ τροφῆς παραυτίκα·
Οἱ δ' εὐλαβῶς ἔχοντες ὡς εἰληφότες
Ἂν ἐπιλάβωσιν, ἐξεμοῦσι τὴν τροφὴν
Σὺν τῷ μετ' αὐτῆς καταποθέντι φαρμάκῳ·
Ὁ δὲ μηδὲν ἄτοπον, μηδὲ δηλητήριον
Συγκαταπεπωκὼς τοῖς δοθεῖσι σιτίοις
Οὐ ναυτιάσει καὶ καθέξει τὴν τροφήν.
Ποιεῖ δὲ ταὐτὸ φάρμακον καὶ πρὸς πόνους
Πλευρῶν, μεταφρένων, κύστεως, καὶ τῶν νεφρῶν,
Ἐπέχει τ' ἀλύπως αἷμα φερόμενον πολὺ,
Ὅθεν ἂν ἐκφέρηται τοῦτο, κἂν ἐκ πνεύμονος.
Σκεύαζε δ' οὕτως· Λημνίαν ἔχων καλὴν
Ἀπαραχάρακτον τὴν νομίμως εἰρημένην,
Στήσας ἀπ' αὐτῆς δύ' ὀβολοὺς δραχμὴν μίαν,
Ἀρκευθίδων τε τῶν λιπαρῶν δραχμὰς δύο,
Λέαιν' ἐπὶ πολὺ, παραχέων χρηστὸν βραχὺ
Ἔλαιον ἱκανῶς πρόσφατόν τε καὶ γλυκύ.
Διὰ μελικράτου δ' ὡς καρύου τοῦ Ποντικοῦ
Μέγεθος προσοίσεις, οἷς ἐχρῆν σε προσφέρειν.
Ἐπέχειν δὲ πλεῖον αἷμα φερόμενον θέλων
Δι' ὀξυμέλιτος σφόδρα καθέφθου πρόσφερε.

(Antid. II, P. II, p. 441-444.)

CROCOMAGMATIS PRÆPARATIO.

Crocomagma si bonum perquam desideras,
Para studiose. Cilicii croci drachmas
Centum miscebis, myrrhæ pinguis simul
Viginti quinque bis, siccæ rosæ pares,
Amylique quinquaginta, et albi gummeos
Tot; cribratum amylum tunde curiosius;
Aquæ marinæ expertis vini paululum
Injice odori, et sedulo finge rotulas;
Sicca hinc ac utere ut bono crocomagmate.

Præsagientem antidotum sic componito :
Qua præbibita, venenum si quis sumpserit,
Id evoment confestim cum cibo simul;
At qui timent, malum ne potum ingesserint,
Hoc si superbibant, cibum cum pharmaco
Quod sumpserant, rejicient vomitus ope.
Qui vero pravum nil cum esca aut noxium
Nil una deglutiverint, hi nauseam
Non sentiunt quidem, verum cohibent dapem.
Hæc quoque medicina est ad dolores efficax
Dorsi, laterum, vesicæ, renumque insuper,
Et sanguinis copiosi cohibet impetum
Citra molestiam, ex quacunque proruat
Regione corporis, etiam ex pulmonibus.
Sic præparato : Lemniæ terræ bonæ
Cui merito signum inscriptum haud esse dixeris
Falsum, denarium pende atque obolos duos,
Et pinguium juniperi baccarum duas
Drachmas, valenter læviga, affundens boni
Olei recentis et dulcis pauxillulum.
Queis convenit præbere, Ponticæ nucis
Fac offeras ex mulsa magnitudine.
At sanguinem volens magis compescere
Ex mulso aceto valde percocto exhibe.

ΑΝΤΙΔΟΤΟΙ ΠΡΟΣ ΕΡΠΕΤΑ ΚΑΙ ΛΥΣΣΟΔΗΚΤΟΥΣ.

Νυνὶ δ' ἀποδοῦναι βούλομαι τάς τε δυνάμεις
Μόνον θεραπεύειν ἰοβόλων τὰ δήγματα,
Ἔχεων, κεραστῶν, ἀσπίδων καὶ χερσύδρων,
Πληγάς τε λεπτῶν θηρίων καὶ δήγματα,
Σφηκῶν, μελιττῶν, σκορπίων, φαλαγγίων.
Σκεύαζε δ' οὕτως· ἴρεως δὶς τέσσαρας
Τῆς Ἰλλυρικῆς· τὸ δ' αὐτὸ [καὶ] ζιγγιβέρεως·
Ὀποπάνακός τε καὶ ὀπίου, μηκωνίου,
Λιβανωτίδος ῥίζης τε καὶ τοῦ Κρητικοῦ
Πάντως τριφύλλου σπέρματος δὶς τέσσαρας·
Ἀριστολοχίας τῆς μακρᾶς, καὶ πηγάνου
Σπέρματος ἀγρίου τε τὰς ἴσας ἀνὰ δώδεκα·
Ἑκκαίδεκα ῥίζης λευκοτάτης βρυωνίας·

AD VENENOSORUM ET RABIOSORUM MORSUS ANTIDOTI.

Nunc tradere medicinas est propositum
Ferarum morsibus duntaxat quæ ferunt
Opem venenatarum, sicut aspidum,
Cerastarumque, viperarum, chersydrûm;
Puncturis quoque confert parvorum animalium,
Apum, vesparum, scorpii, phalangii.
Sic præpara : denarios bis quattuor
Ex Illyria iridos; tantum zingibereos,
Opopanacisque, opii, itidem meconii,
Roris marini radicis, tum Cretici
Ante alia trifolii quatuor bis seminis,
Longæque aristolochiæ deinde seminis,
Sylvaticæ rutæ utriusque duodecim,
Radicis albæ sedecim bryoniæ,

Ἑρπυλλαρίου δὲ τῆς πόας καὶ σμυρνίου,
Καὶ καστορίου τε Ποντικοῦ πάντων ἴσα·
Ἠρυγγίου δὲ καὶ σελίνου σπέρματος,
Αἰθιοπικοῦ μάλιστα καὶ ἔτι προσφάτου,
Δραχμὰς ἑκάστου τρὶς δύ' ἐκ πάντων σταθμόν·
Ὀρόβου τε λευκοῦ τοῦ καθαροῦ δὶς δώδεκα.
Ἅπαντα ταῦτα ξηρὰ καὶ σεσησμένα
Ἀναλάμβαν' οἴνῳ, καὶ ποιήσας σφαιρία,
Ἢ καὶ τροχίσκους, δὸς δραχμὴν πιεῖν μίαν
Τοῦ φαρμάκου, κοτύλην τε μὴ κεκραμένην
Οἴνου λιπαροῦ, καλοῦ τε καὶ μὴ προσφάτου.
Ποιεῖ δὲ καὶ δι' ὕδατος ἀνεθὲν ἥμισυ
Τοῖς πνευματουμένοισι κόλον ἢ γαστέρα,
Δίχ' αἰτίας φανερᾶς τε τοῖς πονοῦσί τι.

Ἄλλη σφόδρ' ἀγαθὴ δύναμις, ᾗ καὶ χρωμένους
Πίνοντας αὐτοὺς οἶδα δηχθέντας κακῶς
Τοῖς ἀρτιθήροις ἔχεσι τοὺς καλουμένους
Ψύλλους· [τὸ] ἔθνος δέ φασι τοῦτο δυσπαθὲς
Φύσει νενομίσθαι πρὸς [τοὺς] τῶν δακετῶν φόβους,
Ἑτέροις δὲ δόντας σφόδρα κακῶς δεδηγμένοις.
Μελισσόφυλλον μαλακὸν ἐν σκιᾷ ψυγὲν
Ξηρὸν γενόμενον κόψον, ἐκ τούτου λαβὼν
Δραχμὰς δὶς ὀκτὼ, πρόσβαλλ' αὐτῷ στρογγύλης
Ἀριστολοχίας, ἢ μακρᾶς δραχμὰς δέκα
Ξηρᾶς· χαμαίδρυος δὲ τὰς αὐτὰς δέκα·
Σμύρνης χρηστῆς Τρωγλίτιδος δραχμὰς δέκα.
Ταῦθ' ὁλμοκοπήσας σῆθε λεπτῷ κοσκίνῳ,
Μέλιτός τε μέτριον προσβαλὼν αὐτοῖς ἑνοῦ,
Δίδου τε δραχμῆς πλῆθος, ἢ μικρῷ πλέον
Ἐν ζωροτέροισι κυάθοισι δέκα κράματα.
Τινὲς δὲ φύλλων τῶν μακρῶν καὶ προσφάτων
Τὸν χυλὸν ἀποθλίψαντες ἴσον αὖ τῷ καλῷ
Οἴνῳ κατέμιξαν καὶ ἔδοσαν πιεῖν αὐτίκα
Πλῆθος τὸ πᾶν δὶς πέντε κυάθους, ἢ βραχεῖ
Ἔλαττον ὂν (?) βραχεῖ τε δαψιλέστερον,
Τά τε φύλλα λεῖα κατέπλασαν τοῖς δήγμασιν.

Πρὸς θηρίων μὲν πάντων ἰὸν ἑρπετῶν,
Μάλιστα δ' ἐχέων φάρμακον δραστήριον.
Ἔχε δὲ διὰ παντὸς πυτίαν ἀποκειμένην
Νεβρῶν ἐλάφου καλῶν μὲν αὖ (?) τὴν πρόσφατον·
Τῆς γὰρ παλαιᾶς ἐστὶν εὐστομαχωτέρα.
Ταύτης δραχμὴν τὸ πλῆθος ἐν κυάθοις δυσὶν
Οἴνου Φαλερίνου καὶ ὕδατος τοῦ συμμέτρου
Κεράσας προσένεγκε τοῖς σφοδρῶς δεδηγμένοις.
Κέλευε τούτοις γρηγορεῖν καὶ περιπατεῖν,
Ἂν ἐπιτρέπωσιν οἱ δεδηγμένοι τόποι,
Εἰς τὰ βαλανεῖά τ' εἰσιέναι, χρόνους τινὰς
Μένοντας ἐν τούτοισι, καὶ μετ' οὐ πολὺ
Πάλιν, ὡς προεῖπον, λαμβάνειν τὴν πυτίαν.

Ἐκ τοῦ γένους τε τῶν πρὸς τοὺς θανασίμους
Ἀντίδοτός ἐστι πρὸς τὰ τῶν λυσσώντων κυνῶν

Quatuor herbæ serpylli, nec non smyrnii,
Castorii Pontici pares horum modos,
Senecionis vero, ad hæc seminis apii
Æthiopici præsertim atque adhuc novi,
Denarii bis terni singulorum erunt,
Ervique albi purgati bis duodecim.
Hæc omnia arida et cribro increta excipe
Vino, atque finge pastillos vel globulos;
Unam drachmam propinato medicaminis
Et heminam meracis vini pinguis
Vetusti et optimi. Subactum aqua facit
Drachmæ dimidio coli aut ventris flatibus
Et citra manifestam causam dolentibus.

Alia antidotus præstans usos qua novimus
In potu Psyllos quos vocant, si viperæ
Recenter captæ morsum iis inflixerint
(Hæc gens, ut prædicant, natura vix solet
Mordentium ferarum terrore affici),
Dedisseque aliis valde commorsis male.
Melissam mollem exsiccato a sole procul;
Factam aridam contundito, hinc denarios
Bis octo; aristolochiæ teretis addito, aut
Longæ aridæ drachmas decem, chamædryos,
Myrrhæ bonæ Troglodyticæ drachmas decem;
Hæc pila tusa subtili cribro excute,
Mellisque paululum injiciens his jungito;
Unam drachmam propina aut paululo amplius
Meracioris temeti in cyathis decem.
Sunt qui foliorum longorum et recentium
Succum pari expressum mensura potui
Vino bono permixtum protinus afferant;
His mensura universa esto cyathi decem,
Aut pauciores paulo, aut plures paululo:
Folia quoque contrita illeverunt morsibus.

Ad omnium venena pharmacum efficax
Reptilium sed viperæ potissimum.
Cervi hinnulorum tu coagulum recens
Repositum ut conserves curato sedulo
Semper, namque stomacho vetere est gratum magis.
Denarium istius cyathis binis cape
Vini Falerni, aquæ mensura mediocri
Contemperans commorsis valde porrige,
Læsisque obambulari et vigilare impera;
Quodsi locus commorsus hoc permiserit,
Et balnea ingredi, atque in his aliquandiu
Manere, nec non rursus paulo postea,
Quemadmodum dixi, sumere coagulum.

Genere ex eorum prosunt quæ letalibus
Antidotus hæc est ad rabidi morsum canis

Δήγματα, φέροντα παρακοπὰς ὑλακτικάς,
Φόβους ἀλόγους τε παντὸς ὑγροῦ καὶ ποτοῦ,
Ὡς, κἂν ἴδωσι παντελῶς ὕδωρ βραχὺ,
Τρόμοισι καὶ σπασμοῖσι κατέχοντ' αὐτίκα,
Ἐν ἀγρυπνίαις τε καὶ συνεχέσι παρακοπαῖς
Διάγοντες ἀποθνήσκουσι συντομώτατα.
Κἂν τὸ παραχρῆμα δ' ἐκφύγωσι τοὺς φόβους,
Μένει τὰ τοιαῦτα μετὰ χρόνους συμπτώματα,
Ἄφνω γενόμενα τοῖς πάλαι δεδηγμένοις.
Πρὸς τοὺς φόβους οὖν τῶν τοιούτων δηγμάτων
Ἱερὰν ἔχε πάντως ἀντίδοτον παρακειμένην·
Οἵ γὰρ πιόντες, ὡς ἐρῶ, ταύτην ἐγὼ
Εἰς οὐδὲν ἄτοπον ἐμπεσοῦνται ῥαδίως.
Σκεύαζε δ' αὐτήν· καρκίνους τοὺς ποταμίους
Ἐπὶ κληματίδων κατάκαιε λευκῆς ἀμπέλου,
Τήρει τε λειῶν ἐπιμελῶς ἐν πυξίδι,
Καὶ γεντιανῆς ῥίζαν εὖ σεσησμένην
Ἐν πυξίδ' ἑτέρᾳ. Τῆς δὲ χρείας γενομένης,
Κατάπασον οἴνου τρισὶ κυάθοις [τοῦ] ἡδέος
Μύστρα τε (?) δύο μακρὰ τῆς σποδοῦ τῶν καρκίνων,
Τῆς γεντιανῆς δ', ὡς ἔφην, λελεασμένης
Ἓν μύστρον· οὕτως ἐκπιεῖν κέλευ' ἀθροῦν,
Τρισὶν καθεξῆς ἡμέρας νήστει διδούς.
Πρώτην κατὰ τύχην δ' ὑστερήσας ἡμέραν,
Ἄλλαις δυσίν τε προσφέρων ἁπλοῦν μέτρον,
Διπλοῦν προσοίσεις δεύτερον τὸ φάρμακον (?),
Εἰς τρεῖς δὲ κυάθους, ὡς ἔφην, οἴνου βαλὼν,
Ἢ κἂν τρισίν γε τοῖς σφοδρῶς δεδηγμένοις.
Τῆς γεντιανῆς δ' αὖ μόνης τισὶν δοκεῖ
Τριωβόλου τὸ πλῆθος ὁλκῆς προσφέρειν
Λείας ἐπιμελῶς ἡμέραις δυσὶν εἴκοσιν
Ἐν ζωροτέροις κυάθοις τρισὶν, ἢ μικρῷ πλέον.

Καὶ τοῦτο πρὸς τοὺς ὑδροφοβίαν δεδοικότας
Ἔλεγε διὰ πείρας γεγονέναι Νικήρατος
Αὐτῷ τε καὶ φίλοισι κρίνειν δυναμένοις
Τὰ τῶν παραδόξων φαρμάκων ἰδιώματα.
Λυκίου κρατίστου Παταρικοῦ τριώβολον·
Τοῦ δ' Ἰνδικοῦ βέλτιστον, ἂν ᾖ σοι παρόν·
Διδόναι προσέταττεν ἡμέρας δὶς εἴκοσι
Νήστεσι δι' ὕδατος, ὥσπερ εἶπον ἀρτίως.
Λέγεται δὲ ταῦτα ποιεῖν καὶ βρεταννικῆς
Δοθεὶς ὁμοίως χυλὸς, ὥσπερ τὸ λύκιον.
Καὶ τοῦτο δ' ἱκανῶς παρ' ἐνίοις θαυμάζεται·
Ἄρκτου χολῆς δύο μύστρα καταμίξας δυσὶν
Ὕδατος κυάθοις προσένεγκον (?) ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας
Μήπω λαβοῦσι τὴν τροφὴν ὄρθρον τ' ἄγαν.
Πρὸς λυσσοδήκτους ἔχε μάλισθ' ὅπου πολὺς
Εἰς τὸ πάθος ἐμπίπτει [τε] καὶ λυσσᾷ κύων.

Ἔμπλαστρος ᾗ χρῶμαι πρὸς τὸν τῶν δηγμάτων
Ἰχῶρ'· ἄρεσκ' εἰ (?) τι πέλιόν τ' ᾖ καὶ μέλαν
Τοῖς τραύμασιν πρόσεστι· τοῦτο περικνίσας,
Ἐπίβαλλε τὴν ἔμπλαστρον ἐπὶ χρόνον πολὺν,

Quæ confert, latrandi inferentem amentiam
Et lymphæ et potus omnis absurdum metum
Tam vehementem ut tantillum si conspexerit
Aquæ æger, convellatur et statim tremat;
Hinc vigiliis continuis et deliriis
Vitam peragens commoriatur citissime.
Quodsi repente effugiant hos diros metus,
Manent intervallo interjecto temporis
Casus tales in quos repentino incidunt
Commorsi qui fuerint jam antea diu.
Proinde ejusmodi ut morsu te vindices,
Omnino antidotum habere oportebit sacram,
Nam hanc qui biberint, sicut nos percensebimus,
Facile in ullum vix incident incommodum.
Ipsum sic præpara : cancros fluviatiles
In candidæ vitis sarmentis urito,
Servaque diligenter tritum in pyxide;
Radicem gentianæ cribratam probe
Conde alio pyxide, atque quum res exigit,
Inspergito suavis vini cyathis tribus
Majora cineris mystra cancrorum duo,
Sed gentianæ lævigatæ, ut diximus,
Mystrum; haustu uno hoc totum absorbere præcipe.
Jejuno tres dies deinceps exhibens.
Sin forte primum prætergressus est diem,
Mensuram aliis duobus præbe simplicem,
Duplum at secundo porrige medicaminis
In vini cyathos tres mittens, ut diximus,
Per tresve dies morsu conflictatis gravi.
Tres diligenter lævigatæ porrigunt
Quidam obolos gentianæ solæ per dies
Bis undecim vini in meracioribus
Cyathis tribus vel et pauxillulo amplius.

Et hanc adversum eos incidere qui timent
Aquæ in metum probasse usu Niceratus
Ipsi atque amicis qui norunt medicaminum
Mirandorum facultates discernere
Dicebat: Patarici præstantisque lycii
Obolos tres, sed si subsit, præstat Indicum;
Jubebat per dies dari viginti bis
Jejuno aqua, sicut vobis dictum est modo.
Narratur hæc præstare quoque bretannicæ
Datus eodem succus atque lycium modo.
Et hoc apud nonnullos est miraculo :
Ursi bilis mystra duo binis temperans
Aquæ cyathis tribus diebus exhibe
Nondum datis cibariis diluculo
Rabiosorum ad morsus, præsertim si canes
Multi laborant affectu hoc atque rabiunt.

Emplastrum quo utor contra saniem morsuum;
Juvabat si quid lividum vel et nigrum
Vulneri adhæreret; quod postquam deraseris,
Longum per tempus injectum emplastrum sine;

Δι' ἡμερῶν τὸ τραῦμα πλατύτερον ποιῶν
Ἑλκοῦν δυναμένῳ φαρμάκῳ ἐσχαρωτικῷ,
Ποιοῦσαν ἀμέλει καὶ πρὸς ἄλλων θηρίων
Τῶν ἰοβόλων πληγάς τε καὶ τὰ δήγματα,
Ἀκίδων τε φαύλοις φαρμάκοις βεβαμμένων,
Καὶ πρὸς κακοήθη πάντα ἐξηλκωμένα.
Τῆς γῆς μελαίνης ἀμπελίτιδος δραχμὰς
Δὶς εἴκοσι πέντε, καὶ λιθαργύρου καλῆς
Σταθμὸν τὸν αὐτὸν, ταὐτό τ' ἀσφάλτου βάρος
Ἴσας τ' ἐλαίου τοῖς τρισὶν τούτοις δραχμάς·
Τῆς Ἀττικῆς τε προπόλεως δὶς εἴκοσιν·
Ἀριστολοχίας, συμφύτου τ' ἀνὰ τέσσαρας·
Δὶς δύο πρασίου, καὶ [τοῦ] ἑλενίου τὰς ἴσας·
Χαμαιλέοντος τέσσαρας· τρεῖς σμυρνίου·
Τὸ δ' αὐτὸ λευκῆς ἴρεως ξηρᾶς καλῆς·
Τρεῖς δ' ὀμφακίνης κηκῖδος· ἓξ στυπτηρίας·
Πολίου τε ταὐτὸ, χαλβάνης τ' ὀβολῷ (?) πλέον·
Λιβάνου τ' ἀτμήτου δώδεχ' ὁλκὰς ἥμισυ·
Χαλκίτεως ὀπτῆς τε τέσσαρας δραχμάς·
Κενταυρίου λεπτοῦ τε δραχμὰς τρὶς δύο·
Δὶς πεντεκαίδεκα μέλιτος Ἀττικοῦ νέου.
Σκεύαζε δ' αὐτὴν ἐπιμελῶς αὐτὸς παρών·
Καὶ γὰρ σφόδρ' αὔει καὶ κατακαίεται ταχύ·
Τὴν ἀμπελῖτιν καὶ λιθάργυρον βαλὼν
Εἰς λοπάδα καινὴν εὐμεγέθη, προσέμβαλε
Λεῖόν [τ'] ἔλαιον· ἕψε μαλθακῷ πυρί.
Ὅταν δ' ἴδῃς ῥυπῶδες, ἔμπασον τότε
Στυπτηρίαν, χαλκῖτιν· ἑτέραν δῆτ' ἔχων
Χύτραν τε τῆκε τὸ μέλι, καὶ τὴν χαλβάνην,
Πρόπολίν τε καὶ τὰ λοιπὰ τηκτὰ μίγματα
Κατάχει μετρίως ζέοντα τῆς λιθαργύρου,
Καὶ συζέσας ἐπ' ὀλίγον, ὅταν ἴδῃς ὅτι
Ἔμπλαστρος ἔστ' ἀμόλυντος, ἐμπάσσεις τότε
Τάς τε πόας [ἠδὲ] καὶ τὰ λοιπὰ ῥιζία·
Ἄρας τε ταχέως τὴν χύτραν ἀπὸ τοῦ πυρὸς
Ψύξον, διακινῶν ἐπ' ὀλίγον τὸ φάρμακον.
Συνεκμαλάσσων χερσὶν εὐτονωτέραις
Ἀπόθου, φυλάττων δέρματ' ἐσκεπασμένην.

Καὶ τῶν ἀκίδων [τε] τῶν πεφαρμακευμένων
Τὰ τραύματ' ἔγνω ταὐτὰ ποιεῖν ἑρπετοῖς,
Τῶν ἰοβόλων τε θηρίων τοῖς δήγμασιν·
Διὸ καὶ θεραπείας ἐστὶν ὁμογενὴς τρόπος·
Καὶ γὰρ ἐπὶ τούτοις σάρκα τὴν τετρωμένην
Ταχέως περικόπτειν σμιλίῳ δεῖ καὶ πυρὶ,
Σικύας τ' ἐπιβάλλειν, εἰ δυνατὸν, τοῖς τραύμασι,
Τοῖς δριμεσίν τε φαρμάκοις καὶ καυστικοῖς
Τηρεῖν τὸ τραῦμα πλείονας χρόνους πλατὺ,
Ὥσπερ ὑπέδειξα θᾶττον ἐν συντάγματι
Ἑτέρῳ, γραφέντι τοῖς θέλουσι φάρμακα
Ποιεῖν ὅσα καύσει σμιλίῳ τε γίνεται·
Χρῆσθαι δὲ καὶ τοῖς ἀντιδότοις ποτήμασι
Τοῖς ἐχιοδήκτοις, ἃς ἐκέλευσα προσφέρειν.
Καὶ πυτίας δὲ τῶν νεβρῶν αὐτοῖς δίδου,

Subinde intermissis diebus pauculis
Vulnus dilatandum est ope medicaminis
Quod ulcus facere et crustam superinducere
Quit; aliarum ferarum morsibus quoque
Venenatarum et puncturis facit fere,
Et telis immersis pravo medicamine,
Ulceribusque omnibus quæ sunt moris mali.
Terræ ampelitidis nigræ denarios
Viginti quinque bis, spumæ argenti bonæ
Idem pondus, bituminis pares quoque,
Olei denarios quot pondo horum trium,
Verum propoleos bis vicenos Atticæ,
Et quattuor aristolochiæ atque symphyti,
Et quattuor marrubii ac tot helenii,
Chamæleontis quattuor, tres smyrnii,
Tot candidæ iris aridæ drachmas bonæ,
Tres gallæ non maturæ, sex aluminis,
Poliique totidem, galbani obolo largius,
Et thuris non secti drachmas duodecim
Et dimidium, chalcitis tostæ quattuor,
Centaurii minoris drachmas ter duo,
Et mellis Attici novi bis quindecim.
Sed diligenter fac semperque ades operi;
Nam ocius siccatur atque exuritur.
Terra ampelitide injecta et lithargyro
Patinam in novam quæ magnam copiam capit,
Adjunge læve oleum mollique igne incoquas.
Quum sordidum videbis, tunc inspergito
Chalcitem, alumen; alia rursus ollula
Mel, galbanum propolim reliqua et medicamina
Liquanda tunc liqua modiceque fervida
Spumæ argenti hæc infunde desuper omnia.
His denuo coctis moderate, quum vides
Emplastrum haud inquinare dexteram amplius,
Insperge herbas reliquas tunc et radiculas,
Atque ollulam ocius deponas e foco.
Sicca tunc leniter medicamen commovens.
Palmis valentioribus permolliens
Repone et conserva atque pelle contege.

Veneno immersas telorumque cuspides
Iisdem vulneribus afficere repperi ac
Morsu venenatæ feræ et reptilia,
Unusque est idcirco amborum curæ modus;
In his enim carnem læsam statim quoque
Circumcidere scalpello et vulcano decet,
Plagis cucurbitas imponere, si licet,
Acribus et medicamentis atque urentibus
Longiore eas servans apertas tempore,
Quod indicavi prius in commentario
Alio, iis scripto qui volunt medicamina
Parare adversus quæ scalpro atque ustu fiunt;
Antidotis potulentis utere tu quoque
Quas porrigere jussi morsis a vipera.
Item coagulum ipsis offer binnuli,

Καὶ γεντιανῆς, ὡς ἔφην δεῖν προσφέρειν
Τοῖς λυσσοδήκτοις, καὶ τὰ λοιφ' ὡς εἴπομεν
Ποιεῖν ἐπ' ἐκείνων, ταῦτα καὶ τοῖσδ' ἁρμόζει,
Ὀπόν τε Κυρηναῖον αὐτοῖς προσφέρειν,
Οὗ μὴ παρόντος δὲ, διδόναι καὶ Μηδικὸν
Ὀβολοῦ τὸ πλῆθος μεθ' ὕδατος κυάθων δυοῖν·
Τῆς γεντιανῆς δ' ὅσον ἄγει τριώβολον·
Χυλὸς δ' ἀμείνων ἐστὶ τῆς ῥίζης πολύ.

(Antid. II, P. II, p. 453 et 454.)

Et gentianam ut rabiosorum morsibus
Jussi administrare et reliqua, ut præcepimus
In illis facere, eadem apud hos quoque congruunt.
Succumque Cyrenæum ipsis et porrige;
Si desit, Medicum administrari potest
Obolus unus duobus cum cyathis aquæ,
At gentianæ quantum tres obolos trahit;
Est autem succus multo radice melior.

ΥΓΙΕΙΝΑ ΠΑΡΑΓΓΕΛΜΑΤΑ.

Ὑγιεινὰ παραγγέλματα σύντομα Ἀσκληπιάδους ταῦτα] Καὶ Διοσκορίδους μεταδίδοσθαι τὴν γραφὴν [ἐξορκισάντων

Ἀταμιεύτως καὶ σὺν ἀφθόνῳ τρόπῳ·
Ὁ γὰρ φυλάξας καὶ κλινήρης ὢν δραμεῖ,
Καὶ ῥικνὸς ἐνδύσαιτο τῆς ἀκμῆς μέλη.

Præcepta salubria contracta Asclepiadis hæc sunt Et Dioscoridis qui jusjurandum exegerunt, ut communica- [retur scriptura

Sine parcimonia et mente invidia carente;
Qui enim hæc servat, curret, etiamsi lecto teneretur,
Et adolescentiæ induet membra, etiamsi incurvatus.

Εὐεξίας τράπεζαν, εἰ θέλεις, μάθε·
Τῆς ἡμέρας δείπνησον εἰς ἅπαξ μόνον·
Ἁπλοῦν τὸ δεῖπνον οὐ πολύμικτον φίλει.
Πρὸ τοῦ κόρου βρῶσίν τε καὶ πόσιν φύγε.
Καὶ συμμέτρως γύμναζε σαυτὸν τοῖς πόνοις.
Ἐπὶ τὰ δεξιὰ δὲ τοῖς ὕπνοις κλίνου.
Καὶ τὰ ψυχρὰ πόματα χειμῶνος μίσει.
Τὴν κρανιακὴν τέμνε τῷ θέρει φλέβα·
Τὴν καθόλου δὲ τοῖς ψυχροῖς μᾶλλον χρόνοις·
Κἂν ἧς ἐν ἀκμῇ, τῆς σελήνης ἐν φθίσει·
Ἂν δ' ὑπέρακμος, τῆσδε τὸ πλῆρες σκόπει,
Καὶ γαστέρος κένωσιν ἐκ τῶν σκυβάλων,
Τό τ' ἀκριβῶς ἄδιψον ἄπικρον στόμα.
Χρῶ καὶ λοετροῖς ἀσφαλεστάτῃ κρίσει,
Συχνοῖς μὲν, ἂν ἐσχήκῃς αὐχμηρὰν πλάσιν·
Ἂν δὲ πλαδῶσαν, σπάνιον καὶ σὺν χρόνῳ·
Κἂν ἧς ἐν ἀκμῇ, τῆς σελήνης ἐν φθίσει·
Ἂν δ' ὑπέρακμος, τῆσδε τὸ πλῆρες σκόπει,
Τήρει τε γαστρὸς ἐκφόρησιν καὶ στόμα
Δίψους ἄγευστον, εἰ καὶ μή γε πικρίας.
Τὸ σῶμα θάλπε χλανίσιν ἐν τῷ ψύχει,
Καὶ τὴν κεφαλὴν, οἷς ἔθος, καὶ τοὺς πόδας,
Πλὴν τὰς σισύρας φεῦγε καὶ τούτων ζέσιν,
Καὶ μᾶλλον οἷαι λασιότριχες πλέον.
Καὶ οἰκίας ἔκκλινε δυσωδεστέρας
Ἀεί τε καὶ μάλιστα καύματος χρόνῳ·
Μετὰ θεοῦ γὰρ τούτοις ἐκφυγεῖς νόσους.
Χειμῶνι χρῆσθαι συμφέρει πολλοῖς κόποις,
Τροφαῖς τε πολλαῖς καὶ γινωσκούσαις κόρον.
Σῶμα κενοῦν ἔαρος ἐχρῆν, ὡς θέλεις,
Ἤγουν ἐμέτοις, ἤγουν γαστρὸς ἐκρύσει,
Εἴτε φλεβὸς τομῇ τε καὶ λύθρου βλύσει.

Mensam bonum habitum conciliantem si velis, audi:
Quovis die semel tantum cœna;
Simplicem cœnam, non variam ama.
Antequam satur sis, cibum ac potum fuge.
Et moderate te ipsum laboribus exerce.
Sub somno in dextro latere recumbe.
Et frigidas potiones hyeme odi.
Cephalicam venam æstate incide,
Generalem vero potius tempore frigido;
Atque si fueris in culmine vitæ, luna decrescente;
Si vero id prætergressus fueris, plenilunium dispice,
Uti et ventris vacuationem a fæcibus,
Nec non os sitis et amaroris ad amussim expers.
Utere et balneis certissimo judicio,
Crebris quidem, si habueris constitutionem aridam;
At si uvidam, raro et temporis spatio interjecto;
Atque si fueris in culmine vitæ, luna decrescente;
Si vero id prætergressus fueris, plenilunium dispice;
Serva et ventris egestionem et os
Sitis expers, si certe amarorem vitare non liceat.
Corpus fove læna tenuiori sub frigore,
Nec non caput, iis saltem qui solent, et pedes,
Verum pænulas fuge earumque calorem
Et maxime quæ hirsutiores sunt.
Domos quoque vita pejus olentes,
Semper quidem, at maxime æstus tempore;
Deo enim juvante sic effugies morbos.
Hyeme uti confert multis laboribus,
Et alimentis multis satietatemque non recusantibus
Vere corpus vacuare oportet quo modo vis,
Seu vomitu, sive ventris fluxu,
Aut venæ sectione et cruoris scaturigine.

Θέρους πόνων ἡ λῆξις ἡμῖν συμφέρει,
Ἡ τῶν τροφῶν τε βραχύτης καὶ ψυχρότης,
Καὶ τῶν ὑδάτων ἡ περίψυχρος πόσις.
Φθινοπώρῳ δὲ σὺν ἀκριβείᾳ τρέφου,
Τὰ ψυχρὰ φεῦγε, τῆς ὀπώρας τὸν κόρον·
Σύκοις δὲ συχνοῖς καὶ σταφύλαις ἐκτρέφου.
Ἰσημερίᾳ σῶμα ταχὺ ἐκκενοῦ
Μιᾷ κενώσει τῶν τριῶν, ὡς ἐγράφη.
Τοῦ δ' ἀέρος τραπέντος εἰς πλεῖον κρύους,
Χλαίναις τὸ σῶμα θάλπε, καὶ φυγεῖς νόσους.
Ἔξω τὰ πολλὰ συντηρηθῇς νόσου,
Διψῶν ἂν ὑπνοῖς· κερδανεῖς εὐεξίαν.
Δεξιοκοίταις, ὡς ἰατρός τις λέγει,
Καὶ χλιαρὰ πίνουσι μακρὸς ὁ χρόνος.
Ἐν τῷ λιβάνῳ θυμιῶν σου τὸν δόμον
Καιροῖς θερινοῖς καὶ φθόρου λοιμοῦ χρόνῳ,
Τηρεῖς σεαυτὸν τῆς βλάβης ὑπέρτερον.
Ἐν λαδάνῳ δὲ θυμιῶν σου τὴν στέγην
Ἐν κρυερῷ τε καὶ καταῤῥοίας χρόνῳ,
Πύκνωσιν αὐτὸς καὶ κατάῤῥουν ἐκφυγεῖς.
Ψυχροστομάχου καὶ ποτοψύχρου πλέον
Λεπτὴ πτέρωσις εἰς θεραπείαν μέγα,
Πυρίδιον πλήσασα λινοῦν* ἐξύλῳ,
Καὶ τῷ στομάχῳ συνεχῶς ἐζωσμένη.
Μέλι τὸ καλὸν ἐξ ἄκρας εὐχυμίας
Τέρπει τε γεῦσιν καὶ βιοῖ πολὺν χρόνον,
Αἴσιόν ἐστι καὶ νέοις καὶ πρεσβύταις,
Αἰσθήσεων τε λαμπρύνει τὰς ἐκκρίτους,
Πλὴν ὠμὸν αὐτὸ μήτ' ἀφέψων ἐσθίῃς.
Ἰντύβιον φακῆν τε πυκνῶς ἐσθίων,
Ἀναφρόδιτον τὴν φύσιν ἐξεργάσῃ.
Ἂν μνήμονα νοῦν ἐγκαταστῆσαι θέλῃς,
Ὕδατι συνέψησον, εἴτ' οὖν ἀκράτῳ
Ὀρίγανον πρὸς ἄκραν ἐκκαύσας ζέσιν,
Καὶ κατὰ γένναν τῆς σελήνης ἐκρόφα.
Τηροῦσιν ἀμέθυσον ἄνδρα τὸν πότην
Ἀμύγδαλα Θάσια πικρίζοντά τε,
Βρωθέντα πέντε τάχα ὑπὲρ πεντάδα,
Πλὴν ἀσίτῳ φάρυγγι καὶ πρὸ τῆς μέθης.
Σπέρμα λειανθὲν τῆς θριδακίνης μέλαν
Ψυχρῷ νάματι συγκερασθὲν εἰς πόμα
Τὸ πρωϊνόν τε καὶ τὸ πρὸς τὴν ἑσπέραν
Συνουσίαν παύει τε καὶ γονὴν ψύχει.
Φθόγγον φάρυγγος οἶδεν ἀπολαμπρύνειν
Δειπνούμενον σκόροδον, ὡς αὐτὸς θέλεις,
Εἴτ' ὠμὸν ἴσως, εἴτ' ἐπ' ἀνθράκων ζέσας.
Καὶ κιννάμωμον λαμπρόφωνον εὑρέθη.
Ψύλλας διώκει καὶ σὺν αὐταῖς τὰς κόρεις
Ὑποστορεσθὲν τῇ κορειτρόφῳ κλίνῃ
Ἀβρότονόν τε καὶ μάλιστ' ἀψίνθιον,
Ζωμός τε φύλλων τῆς συκῆς τῆς ἀγρίας
Ἀποφλεγέντων ἐν χύτρᾳ κατ' ἀνθράκων
Ψύλλας διώκει καταχυθεὶς ἐν δόμῳ.
Μυοκτόνος γένοιο ταχύς, ἂν θέλῃς,

Æstate laborum vacatio nobis confert
Alimentorumque paucitas ac frigus,
Et aquæ perfrigidæ potus.
Autumno vero ad amussim nutriaris;
Frigida fuge et fructuum horæorum satietatem,
At ficis multis et uvis vescere.
Æquinoctio corpus illico vacua
Una e tribus vacuationibus quarum mentionem feci.
Aëre vero ad majus frigus converso,
Paludamentis corpus fove, atque effugies morbos.
Te ipse tuebere extra morbos plerumque,
Si sitiens dormias; habitum lucrabere bonum.
Dextro in latere recubantibus, ut quidam medicus dicit,
Et tepida bibentibus longa est ætas.
Thure suffiens domum tuam
Diebus æstivis et stragis pestis tempore
Servas te ipse calamitate superiorem.
Ladano vero suffiens tectum tuum
Tempore gelido vel destillatione regnante,
Constrictionem effugies ipse atque destillationem.
Stomachi frigore et potu frigido
Multo magis ad curandum juvat tenue fulcimentum (?),
(Quod pares) fomentum implens lineum exylo (?)
Et stomachum (hoc) perpetuo cingens.
Mel bonum summa succi sui virtute
Gustum oblectat et vitam per longum tempus protrahit;
Faustum est cum juvenibus tum senibus,
Et sensuum exhilarat excellentissimos.
Sed crudum edendum est, non decoctum.
Intybo et lente crebro vesceus
Veneris expertem reddes naturam.
Si bonam memoriam inserere velis,
Cum aqua coque, vel cum mero
Origanum, ad summam ebullitionem usque calefaciens,
Et luna crescente absorbe.
Ebrietatis expertem servant virum potatorem
Amygdala Thasia amaraque
Quinque supra numerum quinarium comesa,
Verum gutture cibis vacuo et ante ebrietatem.
Semen lactucæ nigrum contritum
Undæque frigidæ commixtum ad potum
Quum matutinum tum vespertinum
Coitum sistit et semen refrigerat.
Gutturis vocem claram reddere novit
Allium comesum, ut ipse volueris,
Sive crudum forsan, sive super carbonibus coctum.
Cinnamomum quoque vocem claram reddere probatum est.
Pulices fugat et cum iis cimices
Substratum lecto cimices alenti
Abrotanum et maxime absinthium;
Jus quoque foliorum ficus sylvestris
In olla decoctorum super carbonibus
Pulices fugat in domo effusum.
Murium interfector fies celer, si velis,

Ξύσματα λεπτὰ σιδήρου συμφυράσας
Ζύμῃ τε καὶ στέατι πρὸς μίαν κρᾶσιν,
Πλάττων τε κολλούριον κωνάρων τύπον,
Τίθου τράπεζαν τοῖς μυσὶ καὶ κτιννύεις.
Ὑδράργυρος τοὺς φθεῖρας ὀξὺ κτιννύει,
Ἀναζυμωθεὶς τῷ στέατι πρὸς κρᾶσιν,
Ἐπαλειφθείς τε φθειριῶντι σαρκίῳ
Τηροῦντι θάλψιν ἔνδον ἐξ ἱματίων.
Ἤγουν βοτάνην τὴν μυοκτόνον λαβὲ,
Πυῤῥὰν βοτάνην καὶ χνοώδη τὴν θέαν,
Ζύμῃ τε καὶ στέατι καὶ ταύτην φυρῶν,
Ποιῶν τε κολλούρια τὰς μύας τρέφε,
Καὶ γίνεται κώνειον αὐτοῖς ἡ τροφή.
Καὶ σανδαράχη τὰ ὅμοι' οἶδε πράττειν.

Depstis tenuibus ferri ramentis
Cum fermento et sevo in unam misturam,
Atque fictum horum ope collyrium nucum pinearum ad instar
Dapem appone muribus et occides.
Argentum vivum pediculos cito interficit,
Subactum cum sevo in unam mixturam,
Illitumque carni pediculis infectæ,
Si calfactionem servet intus vestimentis conciliatam.
Sive plantam aconitum sume,
(Rufa est planta et lanuginosa adspectu)
Eaque cum fermento et sevo subacta
Collyriisque fictis mures ale,
Et fit cicuta iis hicce cibus.
Sandaracha quoque eadem facere novit.

ΑΡΑΤΟΥ

ΦΑΙΝΟΜΕΝΑ ΚΑΙ ΔΙΑΣΗΜΕΙΑ.

ΜΑΝΕΘΩΝΟΣ ΑΠΟΤΕΛΕΣΜΑΤΙΚΑ.

ΜΑΞΙΜΟΥ ΠΕΡΙ ΚΑΤΑΡΧΩΝ.

ARATI

PHÆNOMENA ET PROGNOSTICA.

PSEUDO-MANETHONIS ET MAXIMI

CARMINA ASTROLOGICA,

CUM FRAGMENTIS DOROTHEI ET ANUBIONIS.

RECENSUIT ET PRÆFATUS EST

ARMINIUS KOECHLY.

ACCEDIT PARAPHRASIS INEDITA DEPERDITORUM MAXIMI.

PRÆFATIO.

Manethonis (*) libri qui feruntur bis adhuc editi sunt, primum a *Gronovio* a. 1698, tum ab *Axtio* et *Riglero* a. 1832. Descripserat codicem Mediceum Jac. Gronovius, quum a. 1674 in Italia peregrinaretur. Sed operæ pretium est, quæ de eo codice retulit, ipsis ejus verbis ex præfatione excerptis referre. Dicit autem : — « Me quidem « ad eum perlegendum in Laurentiano isto Musæ « Mediceæ recessu stimulaverat nota memorabilis, « quam Lucas Holstenius catalogo adscripserat : « Scammo 23 inter Mathematicos Græcos præter « duo antiquissima exemplaria Euclidis et Hip« parchum in Arati et Eudoxi phænomena a Petro « Victorio publicatum notanda sunt Cod. 27 Ma« nethonis poetæ Apotelesmatica lib. 6 carmine « heroico scripta ad nescio quem Ptolemæum, « Ægypti regem, nisi auctor antiquitatem men« tiatur, quod ex stylo et numeris conjicere non « levi suspicione mihi videor. Præmittitur Maximi « ibidem poetæ græci liber initio mutilus. Hunc « codicem unicum superesse existimo, quod a « nemine eorum commemoretur, qui auctorum « indices inscripsere. Exemplar minuto et diffi« cili charactere scriptum est, ut exolescente et « fugiente ob nimiam vetustatem atramento vix « legi amplius possit. » Ipse tamen Gronovius prorsus aliam dat codicis descriptionem paullo post : « Quantum vero ad Holstenii verba attinet, « in eo describendo id expertus sum, ut nec dif« ficilis character mihi sit visus, utpote quem « bene potui assequi, nisi in notis et figuris qui« busdam scribendi quas habebat ; nec ullius literæ « exolescens atramentum occucurrerit. — Itaque « ego quum defunctus essem labore isto, non « dubitavi, ignarus quem casum vesper ferre pos« set, exemplari meo statim hæc subscribere : Hunc « poetam summa cum cura primum ex Ms. biblio« thecæ Mediceæ manu mea descripsi, deinde « numerum versuum ad Ms. exegi, demum, ne « vel suspicio ulla erroris remanere posset, cum « ipso Ms. diligenter contuli omnia distincte « mihi prælegente meo anagnosta, ut sic si quid « mihi humanitus acciderit, huic exemplari non « minus secure inniti possit, si edere voluerit, ac « ipsi archetypo. Videtur autem primus scriba nul« lam accentuum distinctionumve aut spirituum « curam gessisse, sed simpliciter formas litera« rum uno ductu scripsisse ; postea a viro docto « et manu recentiore illa omnia passim annotata « sunt, relictis tamen interdum locis obscurio« ribus, quæ ipse plane ita sum imitatus. Erat « autem manus vetustissima et pulcerrima. »

Gronovius summa fide codicem descripsit, a quo si subinde, quamquam raro, discessit, diligenter id aut in margine aut in notis adnotavit. Sed citra hanc diligentiæ laudem labor ejus sub-

(*) Manethonem qui præcedit ARATUS typis dudum exscriptus erat cum hoc præmonito Fr. Dübneri : « Præter pau« cos locos (ut v. 192, 193, 204, 245, 362, 413, 534, 575, 693, etc.) expressimus recognitionem Bekkeri, qui rem « dextre administravit. Sed veremur ne subinde mala fide retulerit quæ in melioribus codicibus leguntur. Ex Parisino« rum certe optimo simul et antiquissimo, n. 2841, scholia excutientes perperam relata multa ἐν παρόδῳ deprehendimus : « velut v. 13 « γένωνται D. », habet φύωνται. v. 36 « οἵ D. », habet καί. v. 49 « ἀποτείνεται D. », habet ἐπιτείνεται. « Versu 68 nulla plane scripta est varietas, quanquam non ἀγχοῦ quod exhibetur, sed αὐτοῦ legitur tam in D. quam « in A. (n. 2403) et plurimis aliis. Item v. 67 scriptura D. et plurimorum ἐπ' ἀμφοτέρων non memoratur ; v. 79 « εἴ« δονται D. », habet τελέθοιεν. v. 113 « λαῶν D. », habet δικαίων, etc. » Quod adbuc licebat, e versibus 50, 485 et 707 expuli ista ἤ-τό-τὰ μέν οἱ, et ἄρ' e versu 268, scribendo τὴν γάρ τ' ἔτι (coll. 443, 452) et οὔτ' ἄρ ex 805. V. 958 posui quod oportebat τείχε' pro τείχη, 1006 οἰήσαιτο cum Lobeckio ad Phryn. p. 719 pro ὠΐσαιτο, 1015 ἐπιτρέχῃ pro ὑποτρ. Neque probo Vossiana in v. 192-3, sic scribendis :

οἵῃ δὲ κληῖδι θύρην ἔντοσθ' ἀραρυῖαν
δικλίδα πεπληγόντες ἀνακρούουσιν ὀχῆες.

In Bekkerianis offendunt alia, velut v. 125 καὶ δή που πόλεμοι, καὶ δὴ καὶ (quod vix unus alterve cod. agnoscit) ἀνάρσιον αἷμα scrib. καὶ δή που ἀν. 457 ἐπεὶ πάντες μετανάσται aptius est πάντως. 644 cur Ἄρτεμιν αὐτήν? imo ἁγνήν. 664 reducam ἱππότα φηρός cum Lobeckio Paralip. p. 183. V. 646 scribam ποτὶ χθονὸς ἔσχατα φεύγειν pro περί. 1008 corrigo ἐρημαῖον βοόωντες, hinc sumptum a Quinto XII, 513. Sed alias fortasse plura de Arato.

stitit; emendavit pauca, nec ea quidem omnia recte; interpretationem autem latinam confecit talem ut omnibus etiam corruptissimis quibusque ad verbum translatis miras ineptiarum ambages securissime effutierit. Quare consulto neglexi eam versionem, quam, ut ipsius utar verbis, *non additurus erat nisi efflagitasset eam mos publicus et eum patrocinans librarius*.

De verbis, quæ quidem innumeris scatebant vitiis, emendandis nemo melius meruit *Philippo Dorvillio*, qui in celeberrimis illis ad Charitonem animadversionibus magnam eorum vitiorum partem et sagaciter indagavit et feliciter sanavit. Verum de carminis unitate et continuitate, quamquam ab interpolationibus non vacuum judicat, nihil suspicionis concepisse videtur; auctorem ipse ante Manilium vixisse putat, quum Gronovius eum Ptolemæi Philadelphi temporibus audacter attribuisset.

De his rebus certatim, sed alia agentes in transcursu tantum monuerunt *Heynius*, qui (in Opuscull. acadd. tom. I, p. 95 sq.) ingentem versuum subdititiorum numerum inesse dicit, *Tyrwhittus*, qui (in præf. ad Orphei Lithica) ex locis quibusdam demonstratum ivit carmen sub imperio Romano ad occasum vergente scriptum itemque librum primum et quintum ab alia manu profectum esse, *Hermannus*, qui in celebratissima illa de Argonauticis Orphicis dissertatione Manethonem cum poeta illo de viribus herbarum agente didacticorum poetarum agmen claudere ponit. Sed de horum aliorumque sententiis accurate exposuerunt *Axtius* et *Riglerus* in commentatione præmissa c. II, p. VI-X.

Ipsi, ut jam ad eorum operam accedam his carminibus utilissimam, usi sunt alio apographo codicis Medicei, quod scriptum ab Holstenio Halis asservatur, de quo nolo repetere quæ dixerunt p. v sq. Aliud ejusdem Holstenii apographum, quod Hamburgi est, descripserunt ibid. p. IV***), cujus diligentissimam, uti videtur, collationem Kraftii beneficio post librum typis descriptum nacti in calce p. 247-252 publici juris fecerunt. Utroque apographo cum verbis Gronovianæ editionis collato, quanta cum fide Gronovius codicem suum expresserit, liquide apparet. In plerisque quidem et gravioribus editio cum utroque libro consensit; ubi aliqua deprehenditur differentia, aut codicis Medicei lectionem a Gronovio margini adnotatam Holstenius textui suo reliquit, aut, quod sæpius factum est, hic statim correctiones et certas et leves scribendo admisit. Si quæramus utrum Gronovius an Holstenius accuratius codicem expresserit; priori palmam dandam esse vel ex centum versibus comparatis facile patet. Possit quis expostulare mecum, quod et hoc singulis probare omisi, neque instituta diligenter comparatione enucleare studuerim utrum duo Holsteniana apographa ex ipso codice descripta, an aut ex alio, quod interciderit, apographo ambo derivata sint, aut alterum ex altero fluxerit. Neque ego hunc laborem quamquam tædii plenum subterfugissem, si ex eo similis in emendandum scriptorem fructus redundaturus fuisset, atque ex ejusmodi labore in Velleium Paterculum redundavit. Verum plane alia res est in Manethonianis, cujus rei causa non difficilis est perspectu. Audacter pronuntiare ausim, hoc negotio suscepto ne unius quidem in his carminibus loci emendationem suppeditatum iri.

Editores quidem, si eorum librum cum Gronoviana editione comparaveris, bene de auctore corruptissimo meruisse censendi sunt. Nam et verba, Dorvillii aliorumque opibus diligenter collectis circumspecte usi, etiam propria divinandi dote haud mediocriter adjuti, multo emendatiora ediderunt, in qua re jam accentuum interpunctionisque correctio haud exiguam requirebat attentionem, et indice verborum locupletissimo confecto non solum Manethonem legentibus, sed cuique qui abditos lexicographiæ græcæ fontes perscrutatur, egregie profuerunt. Quo magis et mirandum et dolendum est, quod tædio quodam, ut conjicere licet, laboris haud nimis grati obtusi neque opes suas satis accurate disposuerunt neque ita, uti poterant, iis usi sunt. Nam et in numeris versuum indice contentis, et in variis lectionibus adnotationi criticæ insertis magna invenitur errorum multitudo, quorum qui ad has spectant, partem tantum in *Addendis et corrigendis* (p. XXXVII-XLVIII) sustulerunt. Tum in emendando scriptore sæpius ingenium suum, quam ipsius scribendi usum atque aliorum de Epicis præcepta—caute illa Manethonianis applicanda—, quam Manethonianorum ipsorum propriam investigationem sequi maluerunt. Postremo quum tantum in *singula* oculos mentemque defigerent, viam recti de Manethonianis judicii monstrare quidem poterant aliis, sed nec ipsi senserunt, nec aliis re vera monstraverunt. Verum ut melius, quid viderint et quid non viderint editores, appareat, summam disputationis ipsis eorum verbis repetere placet (p. XXXIV): « Ex iis, « quæ exposuimus, intelligitur, Apotelesmatico- « rum libros ab Alexandrinorum quopiam poeta « non esse scriptos. Æque certum est eosdem non « esse ætatis Nonnianæ. Apparet etiam, librum « quartum ceteris esse multo recentiorem. Liber

« quintus est farrago in qua alia sunt antiquiora, « alia recentiora, ut multo pejor ejus sit conditio, « quam libri primi, qui per se satis est antiquus, « sed maxime mutilatus et interpolatione depra- « vatus. Libri autem secundus, tertius et sextus « tum optime servati sunt, tum antiquissimi vi- « dentur esse et ab uno poeta, Manethone si vis, « profecti. Libri enim primus, quintus et quartus « neque unius sunt corporis, neque ejusdem « scriptoris, nedum ad libros II, III, VI perti- « neant. » De interpolatione antea p. XXIII dixe- rant « ea præter quartum vix ullum ceterorum « librorum plane vacare. »

Hoc judicio, in quo vera falsis mire sed probabiliter mixta sunt, fieri non potuit quin alii ad telæ magis etiam dissolvendæ conatum incitarentur, quod usu venisse *Bernhardyo* et *Lehrsio* videmus. Ac de hoc quidem postea accuratius dicetur. Ille vero in *Historia literarum Græcarum* vol. II, 1052 sq., postquam librum primum et quintum a quattuor reliquis et sermone græco peregrinum quiddam sonante et orationis siccitate et rhythmorum pravitate in primo libro vel pentametros admittentium mirum quantum differre dixit, reliquos quattuor, ex quibus quartus præ ceteris malus et vulgari pedestris orationis stilo compositus, sextus vero maxime concinne scriptus sit, rationis cohærentiæque defectu ita laborare, ut nil nisi diversorum poetarum opera temere confusa in iis agnoscere possis, pronuntiavit. Hîc quoque rectis prava mixta esse videas. Ita, ut pauca tantum moneam, præstantissima quædam fragmenta in primo libro inveniuntur; neque liber quartus, operosis verborum compositionibus tumidus, sed libri quinti bona pars ad prosam orationem proxime accedit. Illud vero judicium, quo librum sextum ceteris præferendum dixit, cum editoribus novissimis p. IX ab Heynio sumpsit. Quo judicio nihil vanius esse patet cuivis qui uno tenore librum secundum, tertium et sextum perlegerit.

Jam, ut quid ego in hac editione præstare et voluerim et potuerim appareat, neve quod ferre humeri recusent a me postuletur, paucis quomodo factum sit ut ad hæc carmina edenda accesserim, præmittendum videtur. Equidem jam ab eo inde tempore, quo Lipsiæ summi Hermanni auspiciis literas Græcas accuratius cognoscere cœperam, peculiare cum in ceteris Epicis recentioribus, tum in Quinto Smyrnæo studium posui, cujus edendi ante hos fere quinque annos initium feci. Magna parte typis jam descripta, aliis ego variisque negotiis, quæ suscepisse ne nunc quidem pœnitet, ut laborem illum non deponerem quidem, sed tamen seponerem et differrem coactus sum. Ex his negotiis nullum mihi antiquius fuit quam controversia illa de emendanda in Gymnasiis puerorum institutione. Pæne inscius in eam controversiam, conjunctissimam sane cum munere scholastico, incidi edito a. 1845 libello, meæ de tractandis veteribus scriptoribus sententiæ brevissimam delineationem exhibente. Motam autem controversiam deserere eo magis religio erat, quod quæ ego solo veritatis studio ductus scripseram, aliorum diversis quidem sed vivis acutisque censuris excipi et corrigi videbam, quum Saxonici præceptores, si ab uno alterove discesseris, partim tacita dedignatione ea reprimere, partim calumniis conviciisque me ipsum lacessere quam refutare et excutere mea mallent. Ita ego voce scriptisque rem susceptam strenue persequebar; et quum vel post disputationem illam Jenæ anno 1846 in philologorum præceptorumque Conventu habitam gymnasiorum Saxonicorum professores quæstionem temporum rationibus commendatissimam repudiare pergerent, societate eum ipsum in finem constituta aliorum virorum doctorum, inprimis qui naturalis scientiæ periti essent, studia adjunxi. A quibus viris lux illata est quam nos philologi afferre non potuissemus. Tandem annus quadragesimus octavus, omnium rerum in hoc orbe conversione fatalis, etiam scholasticam quæstionem egregie promovit. Etenim Saxonicorum quoque gymnasiorum præceptores suis de rebus consultaturi convenerunt: quibus in conventibus mense Julio Lipsiæ et mense Decembri Misenæ habitis ea omnia, quæ per antecedentes annos contemptim neglecta aut repudiata fuerant, plurimis suffragiis comprobabantur. Quo facto ipse cum aliis quibusdam viris a Pfordtenio, qui tum Dresdæ rerum scholasticarum gubernacula tenebat, et hæc et cetera huc pertinentia legis in formam redigere jussi sumus; qua lege omnis rerum apud nos scholasticarum ratio regeretur. Sed annus qui sequebatur multis bene inceptis funestus, etiam huic rei perniciosus exstitit. Civilis discordiæ procella Saxoniam quoque ingressa profugum me proscriptum extorremque patria ejecit. Ita Belgarum hospitalitate exceptus Bruxellis quum per aliquod tempus habitandum mihi decrevissem, Dübnero suadente oblatam edendi Manethonis Maximique provinciam prompto animo suscepi. Nam labore difficili spinosoque levaturum me sperabam curam, quæ me coquit et versat in pectore fixa, quum aut patriam cogito misere oppressam, aut amicos partim in exsilium expulsos, partim in vincula conjectos, partim morte prænatura

raptos, aut rei scholasticæ incrementa hominum, penes quos hodie potentia est, arbitrio intercepta. Nec tædebat adversariis, quos in gymnasiorum quæstione expertus eram, ostendisse, eorum armorum, quæ olim Hermanno duce tractare didiceram, usum nondum me deposuisse. Ita per quinque sexve menses, quamquam domestica insuper clade gravissime vexatus, sedulo his carminibus recensendis operam dedi : quo labore, quidquid præstare potui in hoc rerum statu, quamquam præstitisse me conscius mihi sum, tamen etiam atque etiam benevola legentium venia mihi imploranda est, quum multa a me aut prætermissa aut non recte administrata esse me non lateat. Nam ut taceam temporis angustias, ad manus mihi per majorem angusti hujus temporis partem nihil prorsus erat nisi ipse Manetho, quum libri mei ante hos demum duos menses ad me transmitti potuissent; alii autem, quibus vel maxime opus mihi fuisset, nec in meis erant, nec aliunde comparari poterant, ex quibus maxime doleo quod nec *Salmasii* liber, quem ille de *annis climactericis* scripsit, nec *Materni Firmici* Matheseos libri octo mihi patebant. Neque, quem librum ne editores (p. IX not.) quidem inspicere poterant, eum ego nactus sum, qui inscriptus est : *Ruperti et Schlichthorst Neues Magazin für Schullehrer,* 1793, II, I, p. 99 sqq. Ibi Zieglerum de Manethone scribentem Tyrwhitti vestigia secutum esse dicit Bernhardyus l. c. Quas hic illic *Letronnii* emendationes commemoravi, hausi ex exemplari editionis Gronovianæ, quod olim ejus viri eminentissimi erat, nunc est Firmini Didot. Sed jam ad rem ipsam accedo.

Atque ut primum quid judicem de Manethonianis quam brevissime comprehendam, habemus in iis primo carmen unum et continuum et (nisi forte procemii quædam perierunt) exceptis paucis quibusdam parvisque lacunis, prorsus integrum, constans illud *libris* II, III, *et* VI, quos inter se simillimos et ab uno poeta profectos quamquam recte postremi editores intellexerunt, tamen carminis perpetuum filum neque ipsi senserunt neque inesse aliis persuaserunt. Habemus deinde inclusum *libro quarto* alterum carmen, ab alio eoque recentiore auctore compositum, et quidem aut ad prioris carminis, quod probabilius putem, aut ad antiquioris cujusdam, unde illud quoque fluxit, imitationem expressum, sed illud et multis partibus mutilatum et in rerum serie locorumque ordine turbatum, fortasse etiam hic illic interpolatum. Habemus denique duas collectiones, quarum altera eaque melior *primus*, altera *quintus liber* inscribitur, a duobus hominibus et ignorantia metrorum sermonisque græci et ingenii stupore simillimis factas, quibus diversissimorum poetarum fragmenta et insulsissimorum versificatorum, quos eosdem cum excerptoribus esse putem, fœtus continentur, nullo nisi externæ cujusdam rerum nominumque similitudinis vinculo cohærentia.

Ut jam ad *prius carmen* accedam, quod jure nostro in hac editione primum locum obtinere jussimus, retentis tamen propter lectorum commoditatem veteribus librorum numeris : jam priores critici non dubito quin ad eandem nobiscum opinionem pervenissent, animum in singulorum versuum et verborum tractatione nimis defixum si ad universum carminis ambitum et argumenti continuitatem inspiciendam vel obiter convertissent. Id vitium, satis commune adhuc apud philologos ejus generis, quod *strictæ observantiæ* barbarico nomine appellari haud recusat, etiam in Manethone commissum esse eo magis mirum est, quod via quasi digito commonstrari videbatur per illa *argumenta græca,* quæ *his solis tribus libris* præfixa pro validissimo sunt argumento *externo,* eos ipsos libros jam ab antiquis librariis pro uno corpore habitos esse. Itaque eo magis gaudendum est, quod quicunque nasutulus aut ineptiens scriba pristino horum librorum ordine everso diversissima quasi ejusdem auctoris in sex libros divisit, idem tamen tantum religionis retinuit, ut argumenta illa abjicere noluerit; nam similia ceteris libris, præsertim quarto distorto, præmittere vel ingeniosissimus non valuisset.

Sed si, argumentorum vestigiis quasi insistentes, ad carmen ipsum accedimus, videmus tam aptam esse atque circumspectam rerum dispositionem, tam omnia bene cohærere, tam sollerter ad evolvendi et consulendi facilitatem singula composita esse, ut hæc res neque in fortuita variorum fragmentorum cumulatione felici casu emergere, nec prodigioso duorum vel plurium hominum consensu inveniri potuerit. Neve ullus relinquatur dubitandi prætextus, poeta ipse non solum libri tertii et sexti initio, ubi majores operis partes finitæ sunt, brevia procemia præmittit, verum etiam mediis in libris vix ad alium locum transit, quin diserte hoc ipsum indicet et ad spatii jam emensi certe postrema respiciat. Singulos locos deinde indicabimus.

Verum ne vana prædicavisse videamur, ad accuratiorem argumenti enarrationem progredimur, unde apparebit hoc carmen, ut subinde lacunis plerumque unius versus mutilatum, ita ab interpolationibus prorsus vacuum esse, ut etiam

hoc nomine integrum plane suique simile existimandum sit. Quare prorsus mihi dissentiendum est ab editoribus, qui p. XXIII præter quartum vix ullum ceterorum librorum interpolatione plane vacare dixerunt, sed non demonstrarunt.

Num primis libri *secundi* versibus : Πάντοτε μὲν κόσμοιο et quæ sequuntur, carmen inchoatum fuerit, an poeta ex popularium more Musarum aut Stellarum aut dei alicujus invocationem præmiserit, dubitari potest. Mihi quidem hoc non solum probabile est ob moris illius communem usum, qui maxime poetam decebat summa et grandissima ausum — et quis nesciat Arati et Manilii procemiorum gravitatem? — sed etiam propterea, quod ipse libri ultimi et initio, Musa, Apolline et Mercurio velut cœptorum suorum patronis nominatis, et in exitu Musis et Sideribus solemniter valedicens, ad hujuscemodi introductionem respicere videtur. Nec causa obscura, ob quam ineptus horum librorum consarcinator eam rejecerit : ne scilicet per indicium vel imperitissimo cuique perspicuum fraus et abusus pateret. Quum tamen ne sic quidem res ad liquidum perduci queat, et ad sententiam et ipsas res nihil hiet, lacunæ signa non ponenda putavi.

Versibus 1-140 necessariæ quædam comprehenduntur *notiones* : de Sole et Luna 1 et 2; de stellis fixis, partim lucidioribus partim obscurioribus 3-13; de quinque ceteris planetis 14-17, ubi v. 17 statim indicat, carmen suum in planetis potissimum enarrandis versaturum esse; de axibus cælestibus 18-21 ; de duobus polis 22-26; de orbibus cæli in universum 27-29; de novem orbibus principalibus 30-32; et quidem de septem qui oculis non cernuntur 33-34, eorumque nominibus : de boreali 35 sq., æstivo 37, æquinoctiali 38 sq., hiberno 40, australi 41 sq.; de horizonte et meridiano 43-49; tum de duobus qui cernuntur, via lactea et zodiaco 51-56; tum postquam breviter de latentium ratione explicuit 57-63, eodem ordine omnium novem circulorum situm accuratius persequitur, sideribus, quibus singulorum situs definitur, enumeratis, 64-140. In his haud infeliciter priores poetas æmulatus esse videtur, nominatim Aratum et Manilium, apud quos similia leguntur. Nullus tamen ex his locus indicari potest, quem ille servilem in modum sit imitatus.

Jam ipsam rem aggressus *primum* docet omnes stellas (h. e. planetas, nam in horum constellatione Nostri doctrina continetur) in *suis* quamque *ædibus* faustas esse 141-47; *tum,* quod duobus versibus 148 sq. indicavit argumentum, quid quinque planetæ *alii aliorum* in domibus significent, certo ordine persequitur 150-341, quem ordinem etiam in sequentibus ubique servatum hæc tabula clarum reddet. Exponit enim quid *Saturnus* in *Jovis* ædibus faciat et *vice versa* 150-65, quid in *Martis* hinc ad 176, quid in *Veneris* — 190, quid in *Mercurii* — 209; quid *Jupiter* in *Martis* — 220, in *Veneris* — 245, in *Mercurii* — 265; quid *Mars* in *Veneris* — 290, in *Mercurii* — 312; quid *Venus* in *Mercurii* — 341. Jam ad *Solem* et *Lunam* transgressus, quos ut dominos cæli jam initio nobilitavit, eodem ordine quid *Saturnus* — 346, *Jupiter* — 352, *Mars* — 358, *Venus* — 360, *Mercurius* — 362 in Leonis signo, quod est domicilium *Solis*, et quid *Saturnus* — 367, *Jupiter* — 371, *Mars* — 378, *Venus* — 382, *Mercurius* — 386 in Cancro, quæ est *Lunæ* domus, efficiant, recenset. Postremo quid *Sol* in sua — 390, quid *Luna* in sua — 393, quid alter in alterius domo portendant, exponit, — 396.

Hic *primam* operis partem desinere ne cui dubium relinqueretur, poeta jam 397 sq. ad ea, quæ exposuit, his verbis respicit : Τοῖα μὲν ἀλλήλων οἴκοις ὁρίοις τε παρόντες Τεύχουσ'... Versibus tribus qui sequuntur, alteram partem quæ restat operis, quatenus illud siderum a contemplatione proficiscitur, clare designat : Ἀληθείην πᾶσαν βιότοιο Σύγκρασις διέκριν' ἐπιμαρτυρίαι τε — Ἄστρων ἀλλήλοις, quæ quidem pars non solum hujus libri fine, sed toto sequente libro pertractatur. Sed ne in tanta materiæ ubertate memoria lectoris vacillet, quæ proxime explicaturus sit etiam hoc libro, v. 402 declarat :

ὅσσα δ' ἅμ' Ἠελίῳ δρῶσιν παρεόντες, ἀείσω.

Ea, post brevem explicationem de planetarum vi in ortu efficaciore, in occasu infirmiore (403-409), ordine nobis jam noto, quo *Saturnus* — 416, *Jupiter* — 420, *Mars* — 425, *Venus* — 430, *Mercurius* — 435 deinceps recensentur, proposita videbis. Jam, breviter monitis lectoribus eandem esse planetis vim, si ex adverso Solis (436-38) appareant, se de variis *Lunæ* conjunctionibus ἐν δισσῇσιν ἀπορροίαις συναφαῖς τε præcepturum v. 438-40 promittit.

Facit id v. 441-480 et ea quidem ratione, ut obiter intuenti ab ordine illo si non prorsus recessisse, at paullulum aberravisse videatur. Sed videtur tantum. Postquam enim quid *crescens Luna Saturno* conjuncta afferat v. 441-45 docuit, quid *decrescens* a *Saturno* et tum *crescendo Jovi* aut *Veneri* juncta, 445-450, quid *Mercurio* efficiat, 451 notat. Patet consuetum ordinem retineri, nisi quod *Martis* junctura nunc demum in fine

452-59 memoratur, haud inficete, quoniam ea prorsus opposita Jovis et Veneris et Mercurii junctionibus æque perniciosa est, ac si Luna decrescens a Saturno, vacuo cursu pergat 452. Jam eodem modo, ut crescentis Lunæ cum Jove, Venere et Mercurio junctæ vim simul descripsit, etiam *decrescentis* ab iisdem stellis et Saturno aut Marti se applicantis malos effectus 460-65 conjunxit, qua in re si v. 460 Κυθέρης ἢ καὶ Ζηνὸς πολυφεγγοῦς scripsit, quum secundum suum ordinem facile hîc quoque dare posset Ζηνὸς πολυφεγγοῦς ἢ Κυθερείης, id nemini offensui erit nisi putidissimæ diligentiæ scrutatori. Jam pluribus de perniciosa Lunæ cum *Marte* conjunctione expositis (465-72) uno versu eandem esse decrescentis ab ea stella vim addit, quod tamen limitat; 474-79 fere eadem bona proferri notat, si tum *Jovi*, *Veneri* aut *Mercurio* misceatur, quam quæ supra memorata sunt de Luna eandem conjunctionem post decrescentiam a Saturno sequente. Uno versu 480 eandem esse vim Lunæ, si quinque planetis ex adverso appareat, indicat.

Jam de *Luna* cum *Sole* conjuncta 481 sq. et a Sole decrescente sed *bonis* stellis (i. e. Jovi, Veneri, Mercurio) appropinquante 483-85 pauca addit.

Quamquam quivis nobiscum laudabit poetam, quod ordini commodæ perspicuitatis causa invento non ita servum se addixit, ut ejus ordinis gratia in repetendi eadem periculum incurreret, tamen aliam etiam aperuisse causam placet, ob quam hîc quidem paullo liberius rem tractavit. Etenim noxiæ illæ Lunæ cum duobus noxiis *Saturni* et *Martis* sideribus conjunctiones inprimis credulorum discipulorum attentioni commendandæ erant. Hinc vides has conjunctiones, magnopere, ut videbimus, ab his astrologis decantatas, etiam majore versuum numero efferri. Propter eam Lunæ efficaciam duas alias tradit in fine regulas, primum, eam vacue currentem in nativitate mali ominis esse 486-88; deinde, etiam ante nativitatem et nova et plena Luna utrum cum noxiis an cum felicibus stellis congrediatur magni momenti esse — 495, quarum ex illis pessimum exemplum Mars omnibus in formis, ex his optimum Sol ex adverso positus Lunæ memoratur — 502.

Quæ hucusque explicata sunt nemo melius breviusque comprehendat ipso auctore, qui *sequentis* libri initio potissima his verbis repetit :

> ὅσσα μὲν ἀλλήλων οἴκοις τελέουσι βροτοῖσιν
> ἀστέρες, Ἠελίῳ τε πυριπλήθοντι συνόντες,
> ὁππόσα καὶ κεραῆς συναφαῖς τεύχουσι Σελήνης,
> ἐν προτέραις σελίδεσσι μάλ' ἀτρεκέως κατέλεξα.

Quid restet canendum, idem brevissime indicavit :

> νῦν δ' ἐπιμαρτυρίας αὐτῶν καὶ σχήματα πάντα,
> ἀλλήλων θ' ὅσα δρῶσιν ὑπ' ἀκτίνεσσιν ἐόντες,
> καὶ κέντροις πισύρεσσιν ἐπεμβεβαῶτες, ἀείσω.

Priores duo versus idem innuunt, sed paullo explicatius, quod jam libro priore v. 399-401 indicavit, qui quidem locus a v. 227 hujus libri initium capit. Præmittit doctrinam de planetarum efficacia quattuor *centra* quæ dicuntur occupantium, quam doctrinam ultimo illius proœmii versu promisit. Sunt ea centra sive stationes in oriente super horonomum, in occasu, in medio cœlo, sub terra. Explicat primum quid singuli planetæ, ubi in uno horum centrorum *soli* appareant, hominibus boni malive portendant, secutus eum de quo jam sæpius monuimus ordinem, ita ut res *Saturni* 8-31, *Jovis* 32-48, *Martis* 49-71, *Veneris* 72-89, *Mercurii* 90-105, *Solis* 106-119, *Lunæ* 120-130 persequatur. In enumerandis autem ipsis centris eo tantum sibi constitit, quod semper ab horonomi centro initium fecit, ceteris vario modo subjunctis.

Non sine diserta commemoratione, quæ tamen, ut infra videbimus, uno certe versu mutilata est, v. 131 ad *alteram* dogmatum centricorum partem transit, quid significent planetæ bini in adversis centris sibi invicem oppositi. Sed fecit hoc tantum in duobus centris, horonomico et dytico, eodem ordine quid *Saturnus* in altero apparens cum *Jove* 133-140, *Marte* — 146, *Venere* — 157, *Mercurio* — 162; quid *Jupiter* cum *Marte* — 175, cum *Venere* — 185, cum *Mercurio* — 193; quid *Mars* cum *Venere* — 206, cum *Mercurio* — 216 alterum occupante hominibus afferre soleant, enumerans. Quicumque jam accuratam poetæ sedulitatem hucusque persecutus fuerit, nobiscum statim animadvertet hîc quidem post v. 216 ultimam hujus loci particulam, qua de *Veneris* cum *Mercurio* rationibus agebatur, temporis injuria intercidisse. Itaque non opus est pluribus demonstrari, longioris lacunæ signa necessario hîc ponenda fuisse.

Postquam duobus versibus 217 sq. indicavit, prorsus eandem esse eorundem siderum rationem, si in duobus alteris centris, medii cœli et subterraneo, occupandis inter se alternent, duobus aliis versibus ad *reges*, Solem et Lunam, sibi parat transitum, quamquam eam rem 221-225 haud multis versibus absolvit, hîc quidem, variationis gratia opinor, de summo et infero centro explicatius dicendo, uno versiculo 226 idem in duobus alteris centris valere monuisse contentus.

Jam v. 227-33 viam sibi munit ad alteram de

testimoniis et conjunctionibus planetarum partem exponendam, quam supra v. 6 sq. indicaverat. Sobrie autem in immensa variarum formarum positionumque multitudine potissimas excerpsit, quas eodem ordine pertractare poterat, atque quem hucusque servaverat. Rursus igitur abjectis plurium planetarum compositionibus magis cumulatis et contortis, quasi simplicia tantum multiplicis doctrinæ fundamenta jacere satis habet, enumerans singula planetarum *paria*, quid hominibus prædicant aut *conjuncti* inter se aut *ex adverso* positi, aut *quadrati*, aut *trigoni*, quod postremum constellationis genus efficacissimum esse obiter v. 361 sq. monetur. Et in planetis quidem enumerandis, uti jam indicavi, a solito ordine non discessit, explicans primum de *Saturni* conjunctionibus cum *Jove* 234-43, cum *Marte* — 276, cum *Venere* — 286, cum *Mercurio* — 294; tum de *Jovis* cum *Marte* — 308, cum *Venere* — 314, cum *Mercurio* — 328; deinde de *Martis* cum *Venere* — 338, cum *Mercurio* — 345; denique de *Veneris* cum *Mercurio* — 358. Sed in recensendis illis quattuor testimoniorum generibus sibi æque non constitit atque supra in memorandis quattuor centris; ter, v. 314 apud Jovem et Venerem, v. 316 apud eundem et Mercurium, v. 334 apud Martem et Venerem, communi vocabulo ἄλλαις ἐπιμαρτυρίαις et πάντεσσι σχήμασι non nominata fœdera comprehendere satis habuit, nec dubium jam est quin ejusmodi versus etiam in Mercurii et Veneris societatibus describendis exciderit, ex quibus nunc solum v. 347 ξυνὴ ὁδός memoratur. Eum versum, qui iisdem verbis atque v. 334 conceptus esse poterat, post v. 351 excidisse loci, quem v. 334 ipse occupat, comparatio pæne necessario evincit.

Sed ne omnino ignarus videretur innumerarum illarum positionum, quibus planetæ plures alteri alteris imminere possunt, paucas quasdam maxime insignes quasi speciminis loco excerpsit et simplicibus suis parium congressibus interposuit. Ita, ubi sermo est de noxiorum illorum, Saturni et Martis, fœdere, et *Solis* accessionem, si quidem recte v. 248 constituimus, ut maxime fatalem commemorat, quæ vel miseram mortem immittere soleat, nisi (v. 253) ex *beneficis* aliqua stella inspiciat; et *Lunæ* sub radiis easdem calamitates imminere, quæ aliis *bonis* stellis in lites commutari queant (v. 266); et postquam v. 270 meliorem *trigonorum* aspectum laudavit, hîc quoque bonarum malarumque stellarum, Solis atque Lunæ efficaciam animadvertere haud obliviscitur. Ita, ubi agit de Saturno Veneri appropinquante, eunuchos procreari Martis Lunæve interventu addere operæ pretium duxit v. 285 sq. Et similia exempla v. 300 sq., v. 327 sq., v. 335 sqq., v. 353 sqq., 355 sqq. deprehendas.

Jam ex more singulatim et postremo exponens de *Sole* et *Luna*, inde a v. 359 obiter quidem quattuor illas fœderis formas notat, — quarum tamen unius et quidem conjunctissimæ mentionem lacuna absumptam esse sententia alias etiam hians clamat, — accuratius locum expositurus celeberrimum de insigni *signorum* sive *masculorum* sive *femineorum*, in quibus duo lumina conspiciantur, potentia: 365-368 si Sol in masculis, Luna in femineis, — 371 si ambo in masculis; — 375, si Luna in masculis, Sol in femineis; — 379, si ambo viro nascente, et — 382 femina nascente in femineis; — 385, si ambo femina nascente in femineis, et quidem — 391 Marte et Venere et signo masculo accedentibus; — 396 si ambo viro nascente in masculis signis, Mercurio et femineo signo accedente, conspiciantur. Hic locus de noxia signorum diversi sexus vi tam gravis ei videbatur, ut duobus versibus, 397 sq., id in universum inculcaret.

Jam poeta elementa ejus rationis explanasse sibi videbatur, qua ex siderum constellatione in nativitatis hora nascentis sors fatalis describi possit — θυμὸς ἐνὶ προτέροισιν ἀεῖσαι Μήσατ' ἀναγκαῖον χρεῖος v. 400 sq. — Unum restabat, quomodo et vitæ initium definiendum, et diuturnitas exputari posset, quod apud varios homines varie fieri debet — 405. Priorem partem 406-415 delineavit, quando a Solis — 408, quando a Lunæ parte 409, quando a stella nativitatis dominante — 413, quando ab hora initium capiendum sit — 415. Vita quam diu duratura sit quomodo computari possit v. 416-20 docuit, Saturni, Martis, interdum Solis interventum letalem esse v. 421-426 addens. Postremis duobus versibus generalem regulam, quæ in facienda ἀφέσει observanda sit, in memoriam revocat.

Quum jam cursum suum emensus esset, quatenus e *siderum* quis positionibus de sorte et vita nascentis hominis conjecturam faciat, ad alteram doctrinæ partem, qua totius disciplinæ veritas quasi in examen tentationemque vocatur, transit, ut quis ab *humanarum sortium* contemplatione egressus eas cum siderum formis comparare itaque cognoscere discat, quanam cælestium constellatione terrestrium rerum singulæ vicissitudines regantur et provocentur. Itaque initio *tertii*, qui nunc *sextus* fertur, libri novo impetu posterius operis dimidium aggressurus *Musam* et *Phœbum* et *Mercurium* invocat, ut eodem modo, quo προτέρην ἀοιδὴν inspiraverint — quo singulari duos

libros priores complectitur eodem, ut vidimus, argumenti filo decurrentes, — ita etiam ultimo libro (πυμάτῃ βίβλῳ v. 7) ei canenda dent quæ restant. Tum novem capita, in quæ hanc materiam dispescuit, diserte enumerat, bis tantum ordine mutato, et duobus, quæ essent cognati argumenti, uno nomine comprehensis. Sed ne lector hunc ordinem semel indicatum e memoria amittat, post quodque caput finitum versibus nonnullis ad id quod sequitur, lectores suos traduxit. Capita autem novem hæc sunt :

I. ἀμφὶ τροφῆς — ἠδ' ἀτροφίης βρεφέων (v. 8-10, coll. 19 et 112) : 19-111.
II. ἀμφὶ γάμων (v. 11, coll. 113 et 222 sq.) : 112-221.
III. ἀμφὶ τέκνων γενεῆς (v. 225, coll. 260) : 227-259.
IV. περὶ ἀτέκνων καὶ ἀσπέρμων (v. 263 sq., coll. 305) : 265-304.
(Hæc duo capita v. 12 his solis verbis indicavit : τέκνων γενεῆς.)
V. περὶ ἀδελφειῶν (v. 11, coll. 307 sqq. et 339) . 311-337.
VI. τέχναι καὶ πρήξιες καὶ ἔργα (v. 14 sq., coll. 339 sq et 541 sqq.) : 341-540.
VII. σίνη καὶ νόσοι (v. 12 sq., coll. 544 sqq. et 630 sq.) : 548-629.
VIII. ἀμφὶς πενίης (v. 16 sq., coll. 632 sq. et 683) : 634-82.
IX. περὶ δμώων γενέθλης (v. 18, coll. 684 sq. et 730 sq.) : 686-729.

Decimum etiam caput expositurus erat v. 732 sqq., quod egisse de *regum nativitate* jure nobis conjecisse videmur, sed imperatorum iram veritus id consulto a se prætermissum monet v. 734-37. Tum, postquam suæ ipsius nativitatis signa et constellationem explicuit (738-750), quod ipsum haud exiguum est argumentum hoc carmen unius esse auctoris, Musis et Sideribus sollemniter valedicens (751-54) carmen rite digneque concludit.

Qui nobiscum hanc carminis continuitatem severumque argumenti ordinem oculis perlustraverit, is profecto, si quidem ex hac sola re judicium facere conetur, nullo modo dubitare poterit, quin hoc carmen et ab uno profectum, et—si a lacunis quibusdam levioris momenti discesseris — integrum, et vero ab interpolationibus vacuum sit. Itaque, quo clariorem in lucem hoc gravissimum argumentum vel fugitivo oculo lustrantibus poneretur, versibus literisque per intervalla distinguendis sedulo operam dedimus. Si quis igitur hoc judicium evertere atque in his quoque libris varios variorum scriptorum fœtus commixtos esse probare voluerit, ei et ex rebus et ex sermonis proprietate versuumque ratione *plurima* et *cumulatissima argumenta* erunt afferenda, quibus quid sit cujusque auctoris clare discernat; ei porro, quomodo diversorum auctorum fragmenta in tam firmam perpetui decursus compagem conjungi potuerint, demonstrandum erit. Ex his argumentis quo solo usus est Lehrsius ad hiatum spectante, quid illud valeat, deinde videbimus : id tantum hîc jam nobis vindicare non dubitamus, solitaria ejusmodi observatione poetæ corpus tam probe compositum in membra dissolvi non posse.

Sed nos, ut jam propius poetæ nostri in cognitionem perveniamus, nunc de *rebus*, quæ apud eum commemoratæ inveniuntur, agemus, num ex iis de tempore quo ille scripserit, et de regione cujus ille fuerit, aliquid concludi possit. Protulit jam nonnulla ex eo genere *Tyrwhittus* in præfatione ad Lithica Orphei, ut probaret, hoc poema sub imperio Romano et quidem ad occasum vergente literis mandatum esse. Sed unum tantum locum, de quo infra dicetur, II, 262 sqq., ex hoc poeta, ceteros quattuor e libro I et IV desumpsit. *Heynius* l. c. duos locos memoravit, unum VI, 734 sqq., qui ad Principum edicta contra mathematicos animum revocet; alterum II, 228, de iis, *qui in templis a populo auscultentur,* quod vix nisi Christianorum ætate dictum esse possit. Idem Jablonskii attulit judicium dubitantis an Manetho Ægyptius auctor carminis habendus sit, quum Græca, non barbarica sphæra proponatur.

Ut jam ab hac observatione initium faciamus, in toto hoc carmine, si *res* spectemus, nihil est qua re auctorem aut Manethonem aut Ægyptium fuisse censeamus. Nam quo loco Heynius l. c. Alexandrinum hominem argui putabat, VI, 461 sq., ubi agitur de conditura corporum, is locus in tam vulgata ejus artis celebritate plane nihil probat. Recte igitur Tyrwhittus ad procemia respiciens solos libros primum et quintum *Manethonis personam præferre* dixit, injuste vituperatus eam ob rem a novissimis editoribus p. IX, postquam negligenter Tyrwhitti verba ita corruperunt, quasi ille solos illos libros *præfixum habere nomen Manethonis* scripsisset. Itaque vix dubitari potest, quin Manethonis nomen tum demum his quoque libris attributum sit, postquam ii cum primo et quinto, quorum de præfationibus postea scribemus, in unam farragineim commixti erant.

Contra recte quidem jam ab illis, quos nominavimus, observatum est, plurimas ad impera-

orum Romanorum tempora allusiones rebus a ›oeta memoratis contineri; quæ observatio satis vaga quum a nemine dum per singula esset et ıccuratius tractata, suo jure Bernhardyus pronuntiare potuit, nihil certi, ex quo hoc vel illud æculum divinaretur, iis allusionibus contineri. Eo audacior igitur sed gravior erit conatus, cuus periculum vel in tantis librorum et temporis ıngustiis evitandum nobis non putamus, si forte :x rebus, quarum mentio fit in his libris, tempus µuo fuerint conscripti, paullo accuratius enu-leari possit.

Ac primum quidem, si quis morum atque reum, quales erant apud Romanos sub imperatoibus, gnarus, sine ulla opinione præcepta hos ibros perlegerit, sexcenties Martialis, Juvenalis, 'linii, Taciti aliorumque memoriam recolet, qui a tempora vivis coloribus depinxerunt. Longum st et ab angustis hujus præfationis finibus alie-ıum, per omnia singulatim hanc rem persequi. Quid quod singulis Pseudo-Manethonis locis sinula amplissimi operis, quo antiquitates illius emporis Romanæ explicarentur, capita apte inribere posses! Gravius etiam est propiusque ccedit ad quæstionem, in qua solvenda occupati umus, illud, quod in totis his tribus libris nihil ovenitur, quod ulla vel remota ratione ad *remublicam* ejusque vel extrema tempora vel sub rimis imperatoribus durantia vestigia pertinere 'ideatur, quod contra omnia ad id tempus aniıum vocant, quo infinita unius hominis dominaio omnes et res publicas et mores privatos peraserat et tinxerat. Ita, si poeta *Plinii* temporibus cripsisset, vix dubito quin novem capitibus, quæ ingulatim tertio libro exponit, decimum de *maistratibus* et *publicis muneribus* additurus fuisset, uibus — quamquam umbræ tantum erant pritinarum potestatum — haud parum gloriatos esse lius ætatis homines ex illius epistolis scimus; ıemorasset poeta inter beneficia cælestium poituris indicata etiam auræ popularis, tunc nonum prorsus exstinctæ, gratiam, atque magnam ınatorum auctoritatem. De his aliisque rebus, uæ ad primum imperatorum sæculum pertinent, ihil prorsus invenimus.

Contra *regum* eorumque *amicorum* semper ita ıcit et iisdem similibusve verbis mentionem — id. II, 151 sq.; 216 sq.; 223; 244 sq.; 350 sq.; I, 17; 35; 224 sq.; 236 sq.; 296 sq. —, ut ımpora commonstrent et adsueta jam illi rerum atui, quo ab unius nutu potentia et honores et ivitiæ pendent, et quibus principes in imperii ›nsortium alios evexerunt, quorum prima sunt : illustriora exempla Lucius Verus et Antoninus Geta. Contra non vereor ne quis illud πάτρης προὔχοντας ἢ ἐν δήμοισιν ἀρίστους nobis tamquam reipublicæ magistratus oppositurus sit, quum his non difficile sit inventu quæ munera publica etiam imperatorum temporibus relicta designentur aut potuerint designari.

Inter magistratus imperatorios sæpius *procuratorum* sive *rationalium* mentio injicitur — vid. II, 153 sq.; 247 sqq.; III, 188 sq.; 317 sq.; VI, 360 —, quos constat maximi momenti fuisse sæpeque ab ejus temporis scriptoribus tangi: vid. Histor. Aug. Scriptt. Anton. Pius 6. Alb. 2. Diadum. 4. Neque oblitus est, qui ib. Macr. 7 *procuratores privatæ rei* appellantur, II, 314; VI, 358 sq. Tetigit hoc genus Manil. V, 357-63. — Tum insignis est locus III, 64 sqq. de honorifica sed periculosa *præfectorum prætorio* dignitate. — Etiam peculiare illud, quod Tiberius instituisse dicitur, *officium a voluptate* (Suet. Tib. 42), fortasse III, 38 memoratum videatur, nisi potius intelligendi sunt *ditissimi editores*, per quos sine dubio non solus Antoninus philosophus *absens populi Romani voluptates curari vehementer præcepit*, vid. Capitol. Ant. Phil. 23. Pertinet huc etiam *bellicorum ducum* mentio, de quibus unum locum II, 215 sq. citasse satis esto. — Ad aulicos purpuratos et homines imperatorum gratia *infulis* sacerdotalibus *ornatos* (cfr. Æl. Spart. Hadr. 6) pertinet versus qui bis legitur, II, 234; III, 37: κοσμεῖ καὶ μίτρῃσι πέπλοισί τε πορφυρέοισιν.

Tum satis constat, quanto honore et præmio imperatores affecerint *bonarum artium doctores* et *professores*, cujus rei nolo amplissimum sed fortasse nimis recentem testem citare Ausonium. Sufficit hîc notasse, Antoninum Pium (teste Capitol. c. 11) « rhetoribus et philosophis per omnes provincias et honores et salaria detulisse, » et Antoninum philosophum, teste eodem c. 3, « tantum honorem magistris suis detulisse, ut imagines eorum aureas in larario haberet, ac sepulcra eorum aditu, hostiis, floribus, semper honoraret; » sufficit addidisse, de unoquoque fere imperatore, qui omnino magistros habuit, qui illi fuerint diligenter a scriptoribus memoriæ traditum esse. Jam III, 325 sq.; VI, 350-56; 394; 478 sq. eo melius intelligas. Neque Manil. IV, 189—202 de his monere omisit.

Tum plane Romanorum vitam redolet frequens *jurisperitorum litiumque forensium* commemoratio (vid. II, 257 sqq.; 296 sqq.; III, 213 sq.; 268; 341), qua tamen potius de rebus privatis, ut illud γραπτῶν ἕνεκεν indicat, accusationes, quam illa capitalia pericula reipublicæ temporibus in foro jactata satis clare innuuntur. Etiam Manil. V,

311-323; 409-415 horum meminit. Nec dubito quin etiam II, 263 sqq. verba

ἄλλοι δ' αὖτε πέλονται ἀπαγγελέες βασιλήων,
πίστιν τ' ἀμφὶ δίκῃσι θεμιστοπόλων ἀπ' ἀνάκτων
ἴσχουσιν, κείνοις σφετέρῳ νόῳ ἰθύνοντες,

huc referenda sint, quæ perperam Tyrwhitt. l. c. de *Agentibus in rebus* intellexit. Nam ex plurimis ipsius Marcellini, quem ille adduxit, locis facile probari potest, eos *agentes in rebus* — quorum nomen primarium cum officio probrosissimo vel ad nostra tempora permansit — inprimis speculari debuisse, si quid novarum rerum contra Imperatoris salutem susciperetur, et eosdem ab hac muneris parte primaria etiam *Curiosorum* nomen habuisse. Sed qui a poeta memorantur ἀπαγγελέες jus dicentes apprime conveniunt *quattuor consularibus, quos per omnem Italiam judices constituit* Hadrianus secundum Æl. Spart. 22, et Jul. Capit. Anton. Pio c. 2, ad quod exemplum *datis juridicis* etiam Antoninus philosophus *Italiæ consuluit*, teste Jul. Capitol. c. 11. Hi ipsi non dubito quin intelligendi sint apud Dion. Cass. LXXVIII, 22: δικαιονόμοι οἱ τὴν Ἰταλίαν διοικοῦντες ὑπὲρ τὰ νομισθέντα ὑπὸ τοῦ Μάρκου δικάζοντες.

Jam si ad *artes* varias, quas constellationibus prædicari censet, transimus, hîc quoque ubique recentiorum Romanorum vitam in oculos incurrere plurimis demonstrari potest. Præmonendum autem, singulas quidem artes etiam ab antiquioribus temporibus minime alienas esse; sed eæ nec tanti erant momenti, utpote pleræque viris ingenuis indignæ, neque ita expolitæ, ut apotelesmata illis temporibus scripta tantam eorum multitudinem enumerassent. Sed nos ex potioribus partem indicasse satis habemus. Ita *geometræ* memorantur VI, 469; *agricolæ*, qui etiam aliorum agros mercede colunt, ibid. 489; illos memoravit Manil. IV, 205; hos ibid. 140 sqq. Memorantur *musici, comœdi, tragœdi, pyctæ* aliique *athletæ*, III, 357; VI, 374, 506 sqq., de quibus pleni sunt scriptores; nec dubito quin etiam qui VI, 375 σθεναροὶ ῥοπάλοισι γεγηθότες appellentur, gladiatores sint *rudibus* (cfr. Æl. Lamprid. Commod. c. 5) *in arena* pugnantes, quas etiam *calvas* dictas esse ex Cic. Sen. c. 16 et Veget. mil. Rom. II, 11 suspiceris. Nec Manilius IV, 227 sq. gladiatores, aut V, 324-38 musicos, aut 477 sqq. fabularum recitatores prætermisit. Memorantur *funambuli* et *peteuristæ* VI, 440 sqq., quod hominum genus quamquam ne ipsum quidem a reipublicæ temporibus alienum, ut vel prologi Hecyræ Terentianæ docent, sub imperatoribus tamen demum in majora vulgi studia pervenit, quamquam elephanti a Nerone jam (Sueton. N. 11) et Galba (id. G. 6) per funem ambulare edocti hanc artem depressisse videri possint. Nam vel *Antoninus philosophus* vilibus hominibus tantum pietatis largitus est, ut iis post puerum lapsum culcitras subjici juberet (Jul. Capitol. c. 12); et Cyziceni teste celeberrima moneta, quam Bœttigerus illustravit in Opuscull. III, p. 336 sqq., festo *Caracallæ* in honorem celebrato per funambulorum ludum majus decus fecerunt; et *Carinus*, teste Vopisco c. 18, ut novum spectaculum *neurobaten*, qui velut in ventis cothurnatus ferretur, exhibuit, de qua quidem artis perfectione noster poeta siluit, vix rem mirabilem omissurus, si modo eam novisset. Multus est etiam in his similibusque ludibriis depingendis Manilius V, 162-173; 438-445; 651-55.

Jam ut ad *opificia* transeamus luxuriæ illorum temporum inservientia, insignis est locus II, 320-27, ubi memorantur textores variis figuris vestes pingentes, encausticæ picturæ periti, sertorum nexores, purpuræ tinctores, et unguentorum coctores; quocum loco VI, 432 sqq. compares. Duo ex his genera memoravit Manil. V, 262-69. Præterea nihil addere placet, quam unum locum ex Treb. Poll. xxx Tyr. c. 14, ubi narrat Macrianæ familiæ mulieres *tunicas*, et *limbos*, et *pænulas matronales* habuisse, *quæ Alexandri effigiem de liciis variantibus monstraverint*. Quanta cura autem vel imperatores ipsi veræ purpuræ studiosi fuerint, ejus rei de Aureliano et Probo et Diocletiano exstat testimonium apud Vopisc. Aurel. 29. Huc pertinent etiam γυναικεῖα ἔργα, quibus operantes viri secundum II, 242 sq.; III, 79 sq., opes magnas sibi parant. Intellexit, opinor, inprimis *in vestes studium mercemque fugacem*, ut Manilii verbis utar IV, 252. — Tum quanto studio et aucupium et piscium captura a summis viris, quin ab ipsis Principibus fuerit tractata, optime *Oppianorum* carmina demonstrant, nec testimonia desunt, ut Capitol. Anton. Pius c. 7, ubi ejus imperatoris *mensam per proprios servos, proprios aucupes, piscatores et venatores instructam* esse narrat. Et Manilius V, 174-196 venatores et piscatores, ibid. 364-388 aucupes et avium domitores descripsit. Itaque non mirum etiam a Nostro VI, 450-455 *piscatores, aucupes* et *mansuetarios* memorari. Posterius hominum genus quam vulgatum fuerit, vel elephantorum funambulorum, quorum supra mentio facta, disciplina doceat; nec alia de aliis animalibus desunt testimonia; ut Capitolini de *Vero* imperatore c. 5, eum convivis etiam *viva animalia* donasse, *vel cicurum vel ferarum avium, vel quadrupedum, quorum cibi appositi fuerint*. Leones et leopardi mansueti a *Go-*

diano tertio (vid. Capitol. c. 33) producuntur: de aliis bestiis cfr. Trebell. Poll. Gall. 8; Vopisc. Aurel. 33. Singulare hujusmodi facinus de *Firmo* refert Vopisc. c. 6, eum inter crocodilos, unctum crocodilorum adipibus, natasse — et sedentem ingentibus struthionibus vectum esse et quasi volitasse.

Multos etiam scriptorum Romanorum locos de *gari* atque *muriæ* paratione et usu VI, 463 sq. in memoriam revocat, quam eandem rem pluribus persecutus est Manil. V, 665 sqq. Tum inter vilissimos homines VI, 422 λοετροχόοι ὀχετηγοί memorantur, et apud Romanos constat jam antiquo tempore *aquariolos* in summo contemptu fuisse, quam ob causam *Commodus* omni vita hominum opinioni illudens, teste Lampridio c. 2, *aquam gessit, ut lenonum minister.*

Sed jam ad aliud hominum genus accedo, qui vel maxime Romam nos vocant, qui VI, 530 communi nomine νεκυοστόλοι audiunt, ibid. 496-98 in loculorum confectores, rogorum exstructores atque mortuorum planctores dividuntur. Habemus igitur omnem *libitinariorum* familiam ex pollinctoribus, vespillonibus, præficis constantem; neque dubito etiam illa mancipia innui, a quibus vilissima servorum et mendicorum cadavera sandapilis injecta in culinas quas dicebant pertrahebantur ibique plurima communi in rogo urebantur. Ex illo poetæ loco prodit, eum iis temporibus vixisse, quibus mortui non solum cremabantur, sed etiam humabantur, cujus duplicis sepulturæ promiscue usurpatæ certissima invenimus indicia apud *Appulejum*, qui Metam. IV, c. 18 (p. 277 sq.); VIII, c. 13 (p. 544); X, c. 12 (p. 699) et alibi capulorum facit mentionem, quum contra *Macrobii* ætate urendi corpora defunctorum usum nullum jam fuisse luculento ejus testimonio Sat. VII, 7 constet. Tum viros, *qui conducti mœrent in funere* (Horat. Art. poet. 431), diserte Noster memoravit. Postremo et VI, 531 et ibid. 409 homines memorantur custodiendi gratia in ipsis mortuorum monumentis habitantes. Quis non meminerit Trimalchionis *Petroniani*, qui c. 71 « ceterum erit mihi curæ, » inquit, « ut testamento caveam, ne mortuus injuriam accipiam: præponam enim unum ex libertis sepulcro meo, custodiæ causa, ne in monumentum meum populus cacatum currat. »

Sed jam ut ad aliam rem transeamus, *mulierum* mores et vita ita apud astrologum poetam introducuntur, ut mediis in imperatorum temporibus eum legentes spirare nobis videamur. Ita quam sæpe nuptiarum aut cum potentibus et opulentis mulieribus (II, 236 sqq., 278), aut cum vilibus et malis et pauperculis (II, 178 sqq.; 275 sq.; 428; III, 157; VI, 130, 143, 149) mentio injicitur; quam sæpe mulierum magnarum amores illegitimi memorantur (II, 230, 277 sq.); nec meretricum, aut etiam tribadum (III, 390) obliviscitur. Hos locos legens sponte similes Juvenalis, Martialis, aliorum locos memoria repetas. Prorsus etiam Romanorum mores redolent quæ de *patria* potestate hic illic narrantur, ut de liberis exponendis II, 155 sq.; VI, 52, 63, 67 sq., 88, de adoptione VI, 54 sqq., de liberis a proprio patre venditis ibid. 727. Hîc quidem non abs re fuerit notare, *Valentinianum* imperatorem lege cavisse, ut unusquisque sobolem suam nutriret, quam si exponendam putavisset, eum animadversioni, quæ constituta esset, subjectum iri. Nihil ejusmodi Nostri temporibus cautum fuisse patet. Contra ex loco supra laudato patet, jus vendendi liberos nequaquam imaginarium tantum fuisse ad emancipandos certa sub formula filios, quæ fuit post alios etiam Reinii opinio in libro, quem de *privato Romanorum jure* scripsit (Lips. 1836), p. 223. Imo maxime credibile est egenos patres eo, quod vere habebant, jure quum occasio dabatur usos esse, quod jus vel hodie in Christianis, quas jactitare solemus, civitatibus parentum sordidam avaritiam interdum sibi arrogare constat. Ita his ipsis diebus in ephemeridibus legere me memini, patrem quendam filiolam funambulo vendidisse dimidio pretio, quam quo simia emi soleat! Sed si verum est, quod apud Reinium adnotatum invenio, a *Diocletiano* illud jus vendendi sublatum esse, habemus aliud de ætate Nostri negativum indicium.

Verbo libet in *morbos* attendere, quorum Noster mentionem facit. Hi quoque ejusmodi sunt, quales sæpissime his temporibus memorantur: nominatim *febres* III, 30; insania et furores, hallucinationes, VI, 569, 603; tussis, III, 276; cæcitas aliæque oculorum labes, II, 354; VI, 550, 552; quæ quam frequentes fuerint apud Romanos, hodie non solum *omnibus lippis notum;* denique *sacer morbus* celeberrimus ille Romanorum comitiis, II, 499; VI, 555, 609. Memorabiles sunt duo loci, II, 289; VI, 42, ubi infantum materno in utero dissectio, quam medici *embryotomiam* appellant, innuitur. Tum III, 291, ubi de Saturno dicitur πιναρὴν λασίην τε βροτοῖς ἐπεθρέψατο χαίτην, haud scio an illa capillorum labes intelligenda sit, quam nostrates *plicam polonicam* appellare solent. Sed hæc peritioribus relinquo.

Magnum documentum, quibus temporibus poeta vixisse censendus sit, res sunt ad *religionem* spectantes. Nam et frequens est in mysteriis, or-

giis, arcanis libris, vatibus omnis generis, sacerdotibus, neocoris, fanaticis memorandis (vid. II, 197 sqq., 204 sqq., 225 sqq., 317; VI, 378, 438, 473 sqq., 493), quo etiam *Galli* pertinent VI, 299, 538 sqq., vel ex solo Appulejo satis illustrandi; et prorsus alienus est ab immiscendis aut memorandis Christianorum moribus et dogmatis. Nam quod Heynius, ut supra vidimus, II, 228 sq.

> δήμου θ' ἡγητῆρας, οἳ ἐν χείλεσσιν ἑοῖσιν
> φθέγξοντ' εἰν ἱεροῖσιν ἀκουόμενοι ὑπὸ λαῶν

ad Christianos retulit, nihil ego obstare video, quominus hoc quoque ad hierophantas referatur, qui μυστήρια διηγοῦνται τοῖς ἀμυήτοις. Jam si brevissime adumbremus Christianorum sub imperatoribus vexationes, notissima est *Neronis* contra eos crudelitas ex celeberrimo Taciti loco Annall. XV, 44; notissimæ sunt *Plinii* et *Trajani* de ea re epistolæ, unde simul quam ineptæ et obscuræ de eorum vita et præceptis opiniones pervulgatæ fuerint, cognoscimus; nec latet, *Domitiani* asperitate non solum Judæos sed etiam Christianos vexatos esse. Imperatores qui Trajanum sequebantur, raro tantum et ita Christianorum rationem habuerunt, ut satis appareat opinionem eorum de illis satis vagam fuisse. Ita *Marciam* Commodi concubinam Christianis favisse scimus; ita Septimius Severus (teste Æl. Spart. c. 17) *Judæos fieri sub gravi pœna vetuit, idem etiam de Christianis sanxit;* ita Heliogabalus præter ceteras religiones etiam *Christianam devotionem* ad Heliogabali culturam *transferendam* censebat (vid. Æl. Lamprid. c. 3). Primus *Alexander Severus* et majorem et benevolentiorem attentionem in Christianos impendisse videtur, si quidem ille non solum *Christianos esse passus est* (vid. Æl. Lamprid. c. 22); non solum iis ad templum ædificandum quam popinariis locum dari maluit (vid. id. c. 49); sed etiam Christum atque Abraham inter *animas sanctiores* in larario suo habuit (vid. id. c. 29), et *Christo templum facere eumque inter Deos recipere voluit, prohibitus ab iis, qui consulentes sacra repererant omnes Christianos futuros, si id optato evenisset* (vid. id. c. 43), et secutus Christianorum atque Judæorum *in prædicandis sacerdotibus, qui ordinandi* erant, morem, procuratorum suorum nomina proponebat, ut si quis quid haberet criminis, probaret manifestis rebus (vid. id. c. 45); et vero celeberrimum illud Christi: *quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris*, maxime dilectum et in Palatio et in publicis operibus præscribi jussit (vid. id. c. 51). Quid quod *Mammæa*, Alexandri mater, ex qua ille totus pendebat, eadem erat benevola erga Christianos curiositate, quippe quæ Antiochiam peragrans celeberrimum illum Origenem in conspectum suum et colloquium venire voluerit. Inde ex hoc maxime tempore Christiani apertius grassati in publicæ vitæ pulverem certamenque prodiisse videntur. Itaque *Alexandro* occiso cum ceteris, quibus ille faverat, *Maximini* crudelitatem experti, *Philippi* brevi gratia refecti, mox a *Decio* acerrime vexati et capitalibus pœnis affecti, neque *Valeriano* et *Aureliano* intacti, sub *Diocletiani* imperio primum florentes auctoritate et gratia, tum per *Maximiani* instinctum gravissima persecutione afflicti varias sortis vicissitudines pertulerunt, donec tandem *Constantinus* fundamenta jecit Christiani imperii a Juliano leviter tantum et obiter labefactata. Memorabile est ex his temporibus Aureliani imperatoris dictum in epistola quadam ad Senatum de libris Sibyllinis data, ex quo et Christianorum nascens auctoritas et vera imperatoris de eorum adversus gentiles religiones odio persuasio intelligi potest. *Miror vos*, inquit (teste Vopisco c. 20), *patres sancti tamdiu de aperiendis Sibyllinis dubitasse libris; perinde quasi in Christianorum ecclesia, non in templo Deorum omnium tractaretis*. Cfr. de prioribus vexationibus Lactant. De mort. persecutorum c. 2-6, cujus libri major pars a c. 7 usque ad finem de Diocletiano et Maximianis agit. Lineas ejus rei designavit Sulpic. Sev. Hist. sacr. II, c. 28-32, quamquam fabulosa interdum admiscuit.

Jam si ex iis, quæ hucusque allata sunt, aperte apparere nobis videbatur poetam sub *primis* imperatoribus certeque *ante Hadrianum* non vixisse, ex hoc, quod postremo loco disputatum est, haud improbabiliter quis concluserit eundem *post Alexandri Severi* tempora non esse deprimendum, quoniam tum aliquam eamque inimicam fecisse Christianorum mentionem credibile est, quemadmodum fecit imitator scriptor libri *quarti* v. 56-66, quem locum jam rectissime Tyrwhittus l. c. de Christianis intellexit. Jam vero permiro profecto casu, si quidem est casus, accidit quod in Vita ejusdem *Alexandri Severi* ab Ælio Lampridio conscripta plurima memorantur momenta egregie cum nostri poetæ rebus concinentia. Ita opificiorum illorum ætatis luxui servientium bona pars memoratur duobus locis, quibus duplex imperatoris in eos cura memoratur: c. 24 « *lenonum vectigal* et *meretricum* et exoletorum in sacrum ærarium inferri vetuit, sed sumptibus publicis ad instaurationem theatri, circi, amphitheatri et ærarii deputavit ... *braccariorum, linteonum, vitreariorum, pellionum, plaustrariorum, argentariorum, aurificum et ceterarum artium vectigal* pulcherrimum instituit, » et c. 33: « *corpora omnium*

constituit, vinariorum, lupanariorum, caligariorum, et omnino omnium artium. » Ipse imperator secundum c. 29 et *piscabatur* et *venabatur;* secundum c. 30 et *palæstræ*, et *cursui*, et *luctaminibus mollioribus operam dedit;* secundum c. 42 *piscatores, fullones et balneatores nonnisi servos suos habuit.* Quod ad *purpuram* attinet, satis est adscripsisse c. 40 : « purpuræ clarissimæ non ad usum suum, « sed ad matronarum, si quæ aut possent aut « vellent, certe ad vendendum, gravissimus exa- « ctor fuit : ita ut *Alexandrina purpura* hodieque « dicatur, quæ vulgo *Probiana* dicitur, idcirco « quod Aurelius Probus baphiis præpositus id « genus muricis reperisset. » De præceptoribus bonarum artium videsis c. 44, unde eum Antoninorum liberalitatem superasse jure concludas : « rhetoribus, grammaticis, medicis, haruspi- « cibus, *mathematicis, mechanicis*, architectis sa- « laria instituit et auditoria decrevit, et discipu- « los cum annonis pauperum filios, modo inge- « nuos, dari jussit. Etiam in provinciis oratoribus « forensibus multum detulit, plerisque etiam an- « nonas dedit, quos constitisset gratis agere. » *Mechanici* diserte memorantur Nostro VI, 401 :

ὄργανα δαιδάλλοντας ἰδ' αἰόλα μηχανόωντας,

et *mechanica opera Romæ plurima instituit* Alexander secundum c. 22. — Sunt etiam quædam, quæ nondum memoravimus. Poeta II, 305 *falsarios* memorat, et VI, 500 sqq. *fures* et *latrones* gravissimo cum cruciatu enectos. Jam mirum profecto, quod magna emphasi c. 28 de Alexandro narratur : « Severissimus judex contra *fures*, appel- « lans eosdem quotidianorum scelerum reos, et « damnans acerrime, ac solos hostes inimicosque « reipublicæ vocans. Eum notarium, qui *falsum* « causæ *brevem* in consilio imperatoris retulisset, « incisis digitorum nervis, ita ut nunquam posset « scribere, deportavit. » Porro apud Nostrum III, 127, Luna in constellatione quadam σώτειρα κευθομένοιο πλούτου appellatur. Jam cognoscas imperatoris liberalitatem, qua ejusmodi Hermæa demum utilia evadebant, c. 46 : « thesauros repertos iis, qui repererant, donavit. » — Possum plura afferre, ut, quæ c. 16 de *jurisperitis* afferuntur, quorum cum consilio constitutiones suas sacraverit, et quæ c. 29 de *amicis* sanctis et fidelibus, per quos et res bellicas et civiles tractaverit, et quæ c. 35 et 36 de *procuratoribus* et *rationalibus*, quos ille severissime et elegerit et observaverit, ut meminerimus locorum supra ex poeta de his hominibus allatorum; quod c. 24 *exoletorum*, quos ille vetiturus erat, c. 45 *eunuchorum*, quos a fumo vendendo prohibuit, mentio injicitur, quos Noster III, 395 sq. et 286 commemoravit; possum multis persequi *Mammææ* infaustam optimo juveni auctoritatem, muliebris potentiæ sæpius a Nostro celebratæ insigne exemplum; sed sufficit, ipsius attulisse imperatoris imaginem c. 27 his verbis delineatam : « Facundiæ fuit Græ- « cæ magis, quam Latinæ, nec versu invenustus, « et ad musicam pronus, *matheseos peritus : et ita* « *quidem, ut ex ejus jussu mathematici publice* « *proposuerint Romæ, ac sint professi, ut docerent.* « Haruspicinæ quoque peritissimus fuit. Ὀρνεο- « σκόπος magnus, ut et Vascones Hispanorum, et « Pannoniorum augures vicerit. Geometriam fe- « cit; pinxit mire; cantavit nobiliter : sed nun- « quam alio conscio, nisi pueris suis testibus. « Vitas Principum bonorum versibus scripsit. « Lyra, tibia, organo cecinit : tuba etiam, quod « quidem imperator nunquam ostendit. Palæstes « primus fuit, in armis magnus, adeo ut multa « bella et gloriose gesserit. » En virum omnibus iis donis large ornatum, quæ ex bonis constellationibus nasci Noster variis locis enumeravit, ut facile, quamcumque dotem Alexandro adscribit Romanus historicus, eam uno aut pluribus Græci mathematici versibus exprimere possis. Et habes rationem gravissimam, quæ auctorem ad conscribendum carmen astrologicum compellere poterat. Ne autem nimis mireris, quod Oppianorum satis recens exemplum dedignatus opus suum imperatori suæ artis perito patrono dedicare noluerit — quamquam ne opus quidem est ad ejusmodi mirationem respondere —, respondet tamen historicus c. 18, quam acerbe ille, si quis *blandius aliquid dixisset*, vel adulationis umbram represserit, accurate narrans.

At enim hoc ipsum, quod modo attulimus testimonium, contrarium esse videtur ipsis poetæ verbis, quibus ille ex Heynii sententia supra allata VI, 734 sqq. ad edicta imperatorum contra Mathematicos allusisse videbatur. Consulto hunc locum accuratius tractandum huc reservavi; nam, si ex eo quoque conjecturæ nostræ de tempore, quo carmen scriptum sit, aliquid adminiculi subjici potuerit, magis etiam a temeritatis crimine remotos nos fore speramus. Ac primum quidem vellem vir summus aut eorum aliquis, qui ejus sententiam repetiverunt, clarius indicasset, ad cujusnam imperatoris edictum poetam allusisse, h. e. cujusnam imperatoris temporibus vixisse poetam censeret. Nam de *genere* illo *hominum potentibus infido, sperantibus fallace* vere evenit, quod Tacitus jam prædixit Hist. I, 22, id in *civitate* Romana et *vetitum semper* et *retentum* iri. Quid quod, ut priora edicta taceam, de quibus

vid. Lipsii excursum G ad Annal. II, 32, post *Tiberii*, qui ipse teste eodem Annal. VI, 20, 21, scientissimus mathematicæ erat, Thrasyllo usus præceptore, et *Caligulæ* et *Vitellii* edicta (Annal. II, 32; Suet. Tib. 36; Annal. XII, 52; Histor. II, 62; Suet. Vitell. 14), his ipsis temporibus, quibus assignare alias ob causas studuimus poetam, et vel usque ad Christianorum imperatorum severitatem Mathematici non solum securi, sed etiam honore et præmio ornati in Italia artem professi, eamque vel imperatoribus egregie probasse videntur. Piget exscribere eos tantum locos, quibus ex stellarum in genitura positione mathematici de futuri imperatoris sorte vaticinati sunt : sed vid. Histor. Aug. Hadrian. 2. 16. Luc. Ver. 3. 4. Commod. 1. Sept. Sever. 2. 3. 4. 15. Pescenn. 9. Anton. Get. 2. 3. Diadum. 5. Alex. Sever. 5. 27, quem locum modo adscripsi, 62. Gordian. jun. 20. Consulto autem omisi hic eos locos, ubi Chaldæi sive Mathematici simpliciter nominantur, fortasse aliis ex rebus de futuro prædicentes, ut Ant. philos. 19. Pertin. 1. Did. Jul. 7. Sever. 10. Heliog. 9; aut ubi haruspices, vel Druides, vel sortes memorantur, quamquam etiam hi loci graves sunt superstitionis testes. Jam alienissima hæc tempora videantur a Mathematicorum expulsione aut artis proscriptione, qualem olim Tiberius et Nero meditati sunt. Accedit aliud : etenim si poetæ ejusmodi edictum timendum erat, cur timendum demum, postquam omnia, ut videtur, aut certe gravissima canendo persecutus est? Et audi, sis, ipsa ejus verba, quemadmodum in nupera editione leguntur; mirabilior etiam res tibi videbitur :

Αὐτὰρ ἐγὼ μάλα μὲν πυκιναῖς πραπίσιν δεδάηκα,
γαστέρος ἐκπροφέρωσ' ἃ μογοστόκοι Εἰλείθυαι·
ἀλλ' οὐκ ἀσφαλέως τις ἀείδοι τήνδε γ' ἀοιδήν·
μαντοσύνῃσι γὰρ ἂν τοίαις χόλος ἐκ βασιλήων
ἕσπεται, ὅν τε χρεὼ σοφὸν ἀνέρα δῆθ' ἀλεεῖναι·
τῷ δὴ τόνδε γε μῦθον ἐγὼν ἄρρητον ἐάσω.

Si quidem Principum ira infesta erat *omnibus* vaticinationibus super infantibus ex matris utero per Ilithyias prolatis, profecto omnis ars abjicienda erat. Quin patet hic non de universali contra omnes Mathematicos totamque eorum artem edicto, sed de singulari quadam quæstione sermonem esse. In codice autem legitur ἐκπροφέρωσι, quod mutando ex Dorvillii conjectura in ἐκπροφέρωσ' ἃ pristini editores, ut sæpius, vulnus panno obligare, quam curationi apertum tenere maluerunt. Jam, si meminerimus, extremum quod præcessit caput de *servitiis* genituræ constellatione prædictis agere, si reputaverimus, quam communis fuerit et aliena a regiæ stirpis nobilitate adipiscendi imperii spes; jam exinde probabile fit, de *futurorum regum* genitura locum consulto esse prætermissum, ut hujus fere sententiæ versus interierit :

αὐτὰρ ἐγὼ μάλα μὲν πυκιναῖς πραπίσιν δεδάηκα
σχήματα, τοῖσιν ἄνακτας ἰδὲ κρατεροὺς βασι-
γαστέρος ἐκπροφέρωσι μογοστόκοι Εἰλείθυιαι. [λῆας

Hanc conjecturam satis jam firmari possis ex locis supra de Principum genitura adscriptis. Sed insigni fortuna accidit, quod de *Septimio Severo* diserte ejusmodi accusatio memoratur apud Æl. Spartian. c. 4 : « In Sicilia, quasi *de imperio* vel vates vel Chaldæos consuluisset, reus factus apud præfectos prætorio, quibus audiendus datus fuerat, *jam Commodo in odium veniente*, absolutus est. » Nec ipse cujus rei ipse accusatus erat privatus, eam imperator aliis concessit, teste eodem c. 15 : « multos etiam, quasi Chaldæos aut vates « *de sua salute* consuluissent, interemit : præci- « pue suspectos *unumquemque idoneum imperio*, « quum ipse parvulos adhuc filios haberet, idque « dici ab his vel crederet, vel audiret, qui *sibi* « *augurabantur imperium*. » Jam intelliges, quid sit quod Pertinacis pater, quum puerulo nato Chaldæus futura ingentia prædixisset, *stipem se perdidisse* dixit, teste Capitol. c. 1; intelliges, quid sit quod Macrinus post similem de Diadumeno suo Mathematicorum prædictionem, *Antoninum* puerulum *imperatoris nomine* vocari timuit, *quod jam rumor de vi genituræ illius emanasset* : vid. Æl. Lamprid. Diad. c. 5. Jam quam justus fuerit metus nostri poetæ disserendi de regum genituris, probe intelligitur : quæ religio eo magis commendabilis erat, quod optimus ille Alexander et juvenis adhuc erat, et quantum scimus, prole carebat. Ceterum verbo monuisse sufficiat, jam primo imperatorum sæculo certe unam hujus scrutationis partem, quæ de fine aliisque sortibus Principis institueretur, vetitam et punitam esse: vid. Tac. Annal. III, 22; XII, 22, 52 : unde concludas, etiam *magorum sacra*, quæ ibid. VI, 29 Mamerco Scauro objectabantur, angustiore hoc sensu intelligenda esse.

Possem jam conjecturam de poetæ tempore aut satis jam stabilitam aut nunquam satis stabiliendam relinquere, nisi unus ex eo locus singulari præter consuetudinem vi et splendore ornatus paullisper etiam consistendum moneret. Dicit enim VI, 165 sqq., postquam constellationem accuratissime *quinque* qui præcesserunt versibus explicavit :

δὴ τότ' ἀπ' ὠδίνων ὁπόσοι φάος ἔδρακον ἠοῦς,
μοῖραν ἀνέπλησαν· πολυπενθέος Οἰδιπόδαο·

τοῖσι δ' ἄρα στυγεροὺς Ποιναὶ μέλπουσ' ὑμεναίους
νερτέριαι, χείρεσσιν ἀναψάμεναι πυρὶ πεύκας·
μητράσι γὰρ σφετέραις φιλοτήσιον ἐς λέχος ἦλθον.

Qui comparaverit solitam poetæ jejunitatem, etiam in ceteris incesti generibus servatam (v. 159, 170, 174 sq., 196, 204), in eam conjecturam facile inciderit, singulare aliquod illorum temporum facinus pluribus verbis a poeta celebratum esse. Et, ecce commode se offert *Caracalli* flagitium, qui, ut verbis utar Ælii Spartiani in *Severo* c. 21, « novercam, *matrem quin immo*, in cujus sinu Getam filium ejus occiderat, uxorem duxit. » Quam rem accurate idem enarrat in Vita ipsius *Caracalli* c. 10 : « Interest scire, quemad« modum novercam suam Juliam uxorem duxisse « dicatur. Quæ quum esset pulcherrima, et quasi « per negligentiam se maxima corporis parte nu« dasset, dixissetque Antoninus, Vellem, si lice« ret ; respondisse fertur : Si libet, licet. An ne« scis te imperatorem esse, et leges dare, non « accipere? Quo audito, *furor inconditus* ad effe« ctum criminis roboratus est, nuptiasque eas « celebravit, quas, si sciret se leges dare, vere « solus prohibere debuisset. *Matrem* enim (*non « alio dicenda erat nomine*) *duxit uxorem*; ad par« ricidium junxit *incestum;* siquidem eam matri« monio sociavit, cujus filium nuper occiderat. » Vides luculentius illud flagitium notari non potuisse : quam notam, qui hos scriptores Historiæ Augustæ noverit, ex ipsis æqualium auctorum commentariis haustam esse nihil dubitaverit, ut clarissime inde appareat, quam communis fuerit et diuturna hominum de istis nuptiis Œdipodioniis indignatio. Corollarii loco affero postremo *Heliogabali* insaniam, qui, teste Lamprid. c. 21, « leones et leopardos *exarmatos* in deliciis habe« bat, quos edoctos per *mansuetarios* subito ad se« cundam et tertiam mensam jubebat accumbe« re; » elephantorum etiam et camelorum quadrigis delectatus (cf. c. 23).

Ex his igitur, quæ hucusque disputata sunt, pro certo puto affirmandum esse hoc : poetam neque ante *Antoninos* neque post *Alexandrum Severum* vixisse, satis probabiliter vero concludi posse : eum ipso *Alexandro Severo* imperante carmen suum edidisse, quem ab anno 222 usque ad annum 235 regnasse constat.

Huic conjecturæ optime convenire poetæ sermonem atque versuum modulandorum proprietatem non opus est ut multis probetur. Nec enim quenquam exstiturum opinor, qui hinc petitis argumentis illam conjecturam labefactare aut conetur aut valeat. Tamen hujus quoque loci, qui est de dictione et versu poetæ, pauca delibanda sunt, quæ maxime pertinent ad demonstrandam etiam his in rebus trium librorum similitudinem. Observaverunt quædam novissimi editores in commentatione præmissa c. IV, p. XXIII-XXXI, sed ita, ut neque qua ratione singula elegerint satis appareat, et promiscue omnes sex libros pertractaverint.

Usus est omnino poeta sermone simplici, sicco, ne dicam jejuno, ita ut, quæ vellet, paucis iisque rem nude significantibus vocabulis plerumque expresserit. Verba ipsa magnam partem epicæ poeseos communia sunt, alia ex vulgari sermone aut ex artis terminis deprompta, quæ sunt fere ejusmodi, ut quid iis denotetur, epicis vocabulis non tam breviter et nude dici potuerit. Omnino, si a metro ipso recesseris, potius singulis, quæ poetica sunt, vocabulis, quam universo orationis colore a prosa differt. Sola, qua conspicuus est, ubertas in coacervandis similibus vocabulis continetur, quo clarius, quid quaque constellatione significetur, appareat. Perraro locos inseruit aliquo poetico ornatu instructos, quorum luculentissimum de similibus Œdipi nuptiis supra adscripsi. Etiam in verborum jungendorum et construendorum ratione simplicissimus est, ut paucissima tantum quæ notatu digna videantur, ex eo afferri possint. Ex variis membris orationis fere sola inveniuntur temporalia et conditionalia, quæ sane argumenti indole maxime requirebantur ; multo rarius per vocabula relativa, per particulas causales, consecutivas, consilium denotantes oratio continuatur. Jure igitur Bernhardyi dictum, quo ille Manethonianos libros siccos tabularum astrologicarum indices in versum redactos appellavit, etiam Nostrum in poetam referre possis. Verum tamen eam jejunitatem consulto a poeta adhibitam esse docent non solum pauci illi loci, quibus paullulum supra eam ascendit, sed maxime dicendi facilitas, cujus exempla iis versibus exhibuit, quibus ab aliis operis partibus ad alias transgreditur, quos locos supra accurate indicavi. Tum libri *secundi* initio, quo cum de aliis rebus cælestibus, tum de orbibus exposuit, haud infeliciter cum Arato certavit. Itaque consilium poetæ potius hoc fuisse videtur, ut versibus traderet materiam oblivioni admodum obnoxiam, quo facilius memoriæ mandaretur et mente teneretur, quam ut cælestium arcana poetici spiritus atque ornatus luminibus illustraret; consilium minime poeticum erat, sed ad usum spectabat; non delectare, sed tantum prodesse volebat hic poeta. Quam procul absit hæc carminis didactici forma ab altera, in qua Oppianus ὁ Ἁλιευτικός longe est princeps, indicasse sufficit. Hoc addo, jam

etiam accuratum illum semperque lectorum in animos revocatum ordinem, quem supra explanavi, ex eodem consilio fluxisse.

Est autem dictio in tribus his libris prorsus æquabilis et sui similis, ut plurima communia sint, pauciora, quæ uni alterive libro videantur peculiaria esse, et ejusdem omnia sint coloris atque indolis, et singularium locorum, in quibus inveniuntur, proprietate satis vindicentur. Itaque etiam ex dictione vel obiter legenti apparet hos tres libros ejusdem auctoris esse.

Sed, ne prorsus eum locum neglexisse videamur, singula quædam afferamus ad nostram sententiam confirmandam. Ac primum quidem enumerare placet vocabula aut prorsus singularia aut paullo rariora, quæ sive in duobus, sive in omnibus tribus libris inveniuntur. Sunt autem *nomina* hæc: ἀβροκόμος (Κυθέρη) II, 446; VI, 723. ἀγακλῆεις III, 324, 353; VI, 478. ἀνδροφονῆες II, 302; VI, 500. δυστεχνίην II, 80; III, 26; VI, 239, cui concinit δυσγαμίην, quod quater in secundo libro invenitur. θωή III, 162, 213; VI, 674, restitutum a me II, 312. βητάρμονας II, 335; VI, 507. αὐχμηρούς II, 169, 454; III, 57. ἀπρόκοπος II, 444; III, 23, 375. εἰκέλιος III, 237, cui concinit πανεικέλιος II, 494, unde illud etiam VI, 346 restitui. λιτός II, 488; III, 312 (invenitur etiam IV, 283 et Sibyll. orac. VII, 89) quod restitui VI, 299. His addo promiscue alia, quæ et ipsa non nimis frequentia epicis apud poetam inveniuntur: ἀστασίας III, 81; VI, 128. ἀσχολίη II, 244, 252; III, 188. βηχί III, 276; VI, 615. δρηστῆρας III, 210. εἱρκτῆσι III, 204. δώτειρα. δωτῆρες II, 447; III, 127; VI, 101. ἐκπτωσιν βίου II, 482; III, 216. ἐμπορίη III, 321; VI, 448, 486 (quod etiam IV, 88, 268 invenitur). ἰδμοσύνη III, 324; VI, 744. ἐς λίβα III, 18; VI, 381, 642. παιδείης II, 254, 432; III, 99; VI, 352. περάτης III, 176, 221; VI, 559 (περάτηθεν ibid. 60, 89). ῥητῆρας II, 259; VI, 350, 479. σπασμός II, 499; III, 55. ἐπὶ συνδέσμου II, 498; VI, 601. σύνευνος II, 279; III, 332; VI, 118, 213. συνοχή II, 282; III, 203; VI, 208, 605, 669. ἀλλοῖος, ubi alii ἄλλος suffecisset, III, 174; VI, 310 (etiam IV, 532), quod restitui II, 381. ἀναφανδά III, 331; VI, 189, 294. ἀρίγνωτος III, 108, 223, 320; VI, 77, 122. ἀστεμφής II, 19, 107, 470; III, 370. ἄτοχος II, 181; VI, 264, 285. εὐφεγγής II, 253; VI, 39, 505, 753. ἐχέφρων III, 343; VI, 261. ἠερόεντα III, 68; VI, 391. θαμινός II, 375; III, 268, 358; VI, 448, quod hinc restitui II, 297. οὐλοός II, 194, 292; VI, 464 (et sæpius ὀλοός). παμφεγγής III, 425; VI, 330, 567. κύπριν et λέχος παρέχουσα II, 179; VI, 585. πενθαλέοι τύμβοι III, 142; VI, 409. πιναρός II, 430; III, 153, 291; VI, 143. πυκινός II, 58, 479; III, 345; VI, 183, 732. Addo ejusdem generis verba quædam: ἀγινεῖ II, 62; VI, 633. ἀθερίζω II, 282; VI, 217. ἀλωόμενοι III, 122; VI, 445, 510 (etiam IV, 424). ἀμείβεται VI, 361 et ἀμοιβή II, 256. ἀμφέβαλε III, 88; VI, 591. ἀμφιέπω III, 189; VI, 429. ἀμφιπολεύω III, 36, 114; VI, 199, 273. δεσπόζω III, 413; VI, 172. διείργει II, 360; III, 59; et διέκρινε II, 400, 414. διόλεσσε-αν III, 10; VI, 179. ἐκέδασσεν II, 353; III, 21, 174; VI, 639. ἐπιβάλλει III, 246; VI, 573. ἔτλησαν III, 162, 337; VI, 208. θεσπίζω II, 208; III, 94; VI, 474. ἰνδάλλεσθαι III, 249, 407; VI, 331, 406. νωμᾶν ὄλβον etc., II, 154, 248, 371; III, 318, cui convenit χρεῶν νωμήτορας VI, 357. ὀπιπεύω II, 268; III, 89, 196; VI, 182, ubi omnino *tentandi* notionem habet, et ὀπιπευτήρ VI, 584. τίουσι II, 219; III, 185, 197, 311; VI, 145.

Sed hæc sufficiant. Jam aliquot vocabula et locutiones enumerare placet, quæ sæpius a Nostro frequentantur, quam ut singulos locos adscribere operæ pretium sit. Hic primum tenent locum ea vocabula, quæ ad artem explanandam omnino necessaria erant, ut planetarum nomina diversis modis variata, ex quibus unum adnotasse sufficiat, constanti usu Φαίνων de Saturno, Φαέθων de Jove, Πυρόεις de Marte, Στίλβων de Mercurio dici; tum nomina κέντρον, γενεή et γενέθλη, ὥρη, οἶκος, ὅροι et ὅρια, ἀντέλλω, δύνω et δύομαι, μέσος, μέσατος, μεσουρανέω, ὑπόγειος et ὑποχθόνιος, τρίγωνος et τετράγωνος, διάμετρος, ἀντιπέρηθεν, ξυνός, εὐεργέες, ἐσθλοδόται, οἶμος, συναφή et quæ his cognata aut derivata sunt; porro verba quædam de constellationum vi creberrime frequentata, ut τελέουσι, ἐκτελέουσι, τελέθουσι, ἐξετέλεσσαν, ἐπάγουσιν, ἔρδει, ῥέζει, ἔτευξαν, τεύχει, ἐτύχθη, ἴσχουσιν, κοσμεῖ, δρώῃ, λεύσσῃ, συνάπτῃ, ὤπασσε, δῶκε, (ἐπ)εμβεβαῶτες, ἐξανύοντες, et his similia; deinde nomina describendis hominum vel bonis vel malis destinata, qualia sunt, (ἐπι)ίστορες, εὐκλέες, εὐκτέανος, ἱμερόεις, κρυερός, μαλερός, μάχλος, παντοῖος, ἡγητῆρες, κτεάνων, κτῆσις, σίνος, μητιόωντες, ὑποπεπτηῶτες et sexcenta alia. Nam de tritissimis, quibus opes, fortuna, lites, mortes, servitutes, amores et amicitiæ atque alia hujus generis designantur, consulto taceo. Singularis tamen videtur usus duorum vocabulorum, hac ratione a ceteris epicis alienorum, πρῆξις, quod meræ pedestris orationis proprium sæpissime occurrit aut solum aut cum ἔργα aliisve hujus similibus nominibus conjunctum, cui respondet ἄπρηκτος III, 378 (et IV, 517), et πρηκτῆρες VI, 447; πρήκτορας II, 152, et βίοτος, quod haud raro *rem familiarem* denotat. Unum insuper addere placet, Nostrum sæpius στέρνοισιν

et alias ejus vocabuli formas posuisse, nunquam στῆθος. Rem similem notavi ad Quintum Sm. II, 254.

Jam ea vocabula recensere placet, quæ singulis libris propria sunt, ut etiam inde aliquid de diversis auctoribus concludi non posse appareat. Sunt autem in *secundo* libro : ἀπαγγελέες 223, de quo jam dictum. δέσις 472. πανθαρσεῖς 171. παντόλμους 469. προτίοπτοι 31 et ἀπροτίοπτοι 19. θηροκτόνου 98. μεγαθαρσέας 372. μεγακυδέας 150. πανέξοχοι 30. πλαστογράφους 305 (etiam IV, 75, 233). πληροσέληνον 490. φαρμακίης 310. — In *tertio* : ἀνωμαλίην 306 (quod etiam I, 216 occurrit, et cf. ib. 270). ἀπόκεντρος 269 (quod etiam vide V, 134). ἐκτόλμως 231. μεγατόλμους 49. ἐρικυδέας 32. ἐρίτιμοι 324. κακοεργέα 289 (invenitur etiam in *primo* et *quarto* libro). πολυκλινέες 332. βαθυκλήροισιν ἀρούραις 239. γραπτῶν 97, 161, 214, 323, 341. πλειώνων 419. λιποφεγγής 273, 275. ναυφθορίη 255. δυσάλυκτον 247. πασιφαής 346. πρωτοτόκους et πρωτοτρόφους 9. ὑφηγητῆρας 98. φαρμακόεν 71. φθορέας 195. φιλομάντιας 293. πυρίγληνον 182. — In *sexto* libro : ἀποκλινέος 62. ἀστεφέες 517. ἀτμενίης 59. ἀτροφίης 8 et ἀτροφεῖς 25. δωμήτορας 415. ἄντλοις 424. ὥρης ἄνθος 179. θολερῶς ibid. θαυματόεντα 402. πολύλλιτος 741. πολυχρήμονος 16 (etiam IV, 25, 102). σπαναδέλφους 332 (etiam IV, 390). συμμάρτυρος 393 et 441. καθυπέρτερος 604, quod restitui 687. ἐναλλάγδην 368, 467. ἐριφεγγέα 22. λυσσήρεις 560, 599. νυκτιφαής 708. ὁμογνήτοις 117. περιφεγγέα 57. πολυστεφέες 514. πουλυπόδη 748. ἀθρειομένου 60. ἑκοντήν 298.

Hæc omnia ita comparata sunt, ut ex iis singulos libros ab aliis auctoribus compositos esse justa ratione concludi nequeat, nisi quis putet hanc fuisse epicis Græcis legem, ut ne quis vocabulum quodpiam ausus sit usurpare, quod non omnibus libris aut rhapsodiis adaptare possit!

Adverbia notanda duco : ἄφνω III, 261; VI, 198, 540, 648, 719 paullo insolentius positum; δηθά et δηθάκι in tribus libris sæpius repetitum; πάλι et πάλιν, ἔμπαλι et ἔμπαλιν promiscue usurpatum; μάλα ad nauseam usque illatum; πάμπαν et πάγχυ pluries iteratum, pro quibus semel ἐπὶ πάγχυ VI, 288 (et cfr. ἐπὶ πλέον III, 169), bis ἐς πάμπαν III, 149; VI, 271 dixit; ἔξοχα etiam omnibus libris commune; denique μηδ' ὅσσον II, 159; VI, 66, 284, 715, et οὐδ' ὅσσον II, 303; III, 22, 371.

Jam ad *particulas* transimus, in quibus adhibendis nihil fere est quo poeta aut ab aliorum hujus temporis consuetudine, aut a se ipse recedat. Notanda tamen duxi ἀλλὰ γάρ VI, 222, 541 pæne eodem modo ut Latinorum *at enim* positum; γάρ et δέ post duo vocabula rejectum, de quibus locis mutandis non debebant cogitare novissimi editores p. XXVI, quamquam ex iis locis eximendus erat VI, 275, ubi γάρ prorsus inepte erat intrusum; porro cumulatas δέ τε, καὶ δέ, καί τε, ἠδὲ καί, μέν τε, similiaque, et quod insolentius etiam est, ἠέ τε. Contra ἐπεί τε II, 137, pro quo recentiores ἐπεί ῥα potius dicunt, bonæ Rigleri emendationi cedere debuit. Illud γε μέν, quod vel in Hesiodo obvium a recentioribus certatim arreptum olim Græcum esse negaverunt, II, 44; III, 308 legitur : vindicavi id et explanavi ad Quint. Sm. IV, 568. Contra γέ, in quo ponendo perquam cauti et parci fuerunt recentiores epici, plus semel expellendum fuit, ut III, 246; VI, 503, 575, 730. Recte habet σύ γε III, 415. ἄχρις θανάτοιό γ' VI, 547. Locos, ubi cum pronomine relativo connectendum est, consulto omisi. Ναὶ μὴν καί, quod nescio quo furore perciti ubique in καὶ μὴν καί detorserunt, II, 291; VI, 95, 160, 276, 558, 638, vindicavit jam Lehrs. Quæst. epp. p. 322.

Præpositionum laxior ille usus, quem recentiores sibi indulserunt, etiam apud Nostrum conspicuus est. Notandum videtur ἀπό quasi superflue additum in ὀρφανίην ἀπὸ πατρός III, 27, et VI, 248 χῆρον τεύχουσα δόμον ἀπὸ τέκνων, unde III, 166 κτεάνων τ' ἄπο et VI, 235 τεκέων ἄπο πάμπαν ἄμερσεν scribendum fuit pro novo verbo ἀπαμέρδω, quod ex h. l. notarunt editores novissimi p. XXVI; cui usui similem præpositionis ἐκ notavi ad Quint. Sm. XII, 127; item in his locutionibus δαίδαλά τ' ἐκτελέοντες ἀπὸ ἐλεφάντου VI, 421. μαντοσύνας ζαθέης φαίνοντας ἀπ' ὀμφῆς ib. 438. ἀπὸ χηροῦ-μορφὰς χαρασσομένους γραφίδεσσιν ib. 524, et cf. ibid. 493, 474; II, 355, 326, 318, 207, ubi ἄπο corrigendum fuit; et hinc II, 264 ἀπ' ἀνάκτων emendandum fuit, quum illi ἀπαγγελέες non *sub* imperatoribus, sed mandato *ab* iis accepto jus exercere dicendi essent. Simili modo præpositio ἐν fere inutiliter inserta videatur II, 63 οὐρανὸς ἐν στροφάλιγγι ἑλίσσων, 325 ἐν πετάλοις στεφανώματα ποικίλλοντας (et 324, ubi ἐν γραφίοις scripsi, pro quo VI, 525 simplex γραφίδεσσιν legitur), 334 μέλποντας ἐν αὐλοῖς, 361 ἐν μύθοισι φερίστους, III, 104 ἐν πραπίδεσσιν ἀρίστους, 209 ὀξεῖς ἐν νόῳ, ubi antiquos simplici dativo usos esse constat, VI, 543 ἐν σφετέροισιν ἐμοιρήσαντο δρόμοισιν, ubi simplex dativus sufficiebat. Hinc II, 228 recte habet ἐν χείλεσσιν ἑοῖσιν Φθέγξοντ', ubi Axtius εὖ tentabat. De præpositione ἐς, quomodo apud Manethonem, Quintum ceterosque hos poetas Nonno priores semper ante consonantem scribendum est (male enim titubatum ab editoribus p. XXXII), notandum III, 206 τάδ' ὄλεσσαν ἅπαντα Ἐς γῆρας, ubi

ἐν γήραι exspectes, et II, 403 ἐς νεότητα, ubi ἐν νεότητι. Præterea ἀμφίς rariore forma usus est VI, 658, 683, fortasse III, 188; et πρίν cum genitivo junxit II, 288. Adverbialiter πρὸς δ' ἔτι et πρὸς δὲ καί posuit, simplex πρὸς δέ etiam auctor libri *quarti*, unde II, 294 idem restituere ausus sum. Denique σύν τε VI, 466, 563 posuit, quod nuper etiam Quinto vindicatum est et legitur in Manethonianis quoque I, 107, 110; V, 63. Bis editores γέ invexerant.

Paucissima sunt, quæ in verborum jungendorum ratione notanda videantur, ut *genitivus* pretii μισθοῦ II, 179; VI, 490, 585; locutio tragici coloris ἀτέκνους κηδεστῶν III, 41 sq.; *accusativus* ad figuram etymologicam accedens λώβην τιν' ἀεικελίην ἀκάχησε γυναικός III, 60; accusativus aptus ex μίμνει VI, 80; insolenter positum adverbium sine participio ibid. 117 ὁμογνήτοις γενεῇ τ' ἄγχιστα συνεύνοις Ζεύγνυνται, ubi συνεύνοις cave jungas cum præcedentibus γενεῇ ἄγχιστα. Porro *attractio* pronominis relativi non nimis frequens apud epicos II, 174 οἷσί τ' ἐφορμήσωσιν ἀεὶ τέκμωρ ἐπάγοντες. II, 183 ἐπ' αἴσχεσιν, οἷς τελέουσιν. II, 307 κτεάνων πίστεις, ὧν πέρ τις ἔδωκεν —, ἠρνήσαντο. VI, 180 ἣν δ' Ἑρμῆς κέντροισιν ἐπείη, τοῖσιν ἔλεξα· et substantivi: II, 340 οἷσί τ' ἐπιθύνωσ' ἔργοις, πάντ' ἐκτελέουσιν. VI, 12 καὶ (ἀμφὶ) τέκνων γενεῆς, σινέεσσί τε τοῖσιν ἕκαστος-μεμόρηται. Denique *prolepsis* VI, 297 κέρσαντες γὰρ ἀχρεῖον ἑοῦ ἀπὸ σώματος αἰδῶ, et *zeugma* II, 371 φιλίην μεγάλων καὶ κέρδεα νωμᾶν.

Transeo ad membrorum orationis syntaxin, ex qua unum locum paucis attingere libet, qui quidem est de modis post particulas temporales et conditionales positis. Has enim conjunctiones pro argumenti indole necessario apud Nostrum regnare jam monitum est. Finalium conjunctionum ὡς, ὅπως, ἵνα, μή nunquam occurrunt, ὄφρα semel cum conjunctivo VI, 742. Consecutionem indicat ὡς (καί) cum infinitivo simplici II, 7; VI, 625; ὡς cum infinitivo et accusativo II, 295 (ὡς καὶ δ'), 416 (οὐχ ὡς); ὥστε cum infinitivo II, 5. Ἐπεί causale legitur II, 348, 501; III, 212, 361, 399, 137. — De ἥν cum optativo et de εἰ cum conjunctivo apud Manethonem, h. e. in omnibus sex libris, satis multa, nec tamen fructuosa monuerunt editores nuperrimi p. XXVII-XXIX, regulam quandam proponentes, ad quam ea insolentior struendi ratio admissa fuerit, qua regula nihil est vanius. Eam vero doctrinam absolvere non est hujus loci; itaque nonnullis in universum præmonitis rem in nostro poeta ad liquidum perducere conabor. Omnino hic de modorum apud Epicos Græcos usu et ratione locus tenebrosissimus est et salebrosissimus, neque dum quisquam peculiarem operam in eo illustrando posuit, quod sane fieri non potest nisi omnibus in quoque scriptore hujus generis locis collatis et examinatis. Itaque ego quidem jam per aliquot annos vastissimum ab Homero usque ad Nonnum ejusque sectatores comparaveram apparatum; plerosque etiam inde ab Apollonio jam eo nomine singulos pertractaveram, quum a. 1846 ad conventum philologorum Jenensem proficiscens, inepte illud: *omnia mea mecum* imitatus omnes schedulas ad eam rem pertinentes mecum traxi. Sed quid accidit? Revertenti mihi per viam ferreis laminis stratam inter Albipetram et Halas cista, cui cum aliis rebus illæ quoque tabulæ inclusæ erant, a fure sublata est, neque data opera recuperari potuit. Ita illæ quidem schedæ, quarum literatum pretium homo trium literarum vix divinaverit, jam dudum non dubito quin in fumum fimumve abierint; ego vero quum tam tædiosum laborem negotiis variis et diversis distentus de integro revolvere nec voluerim nec potuerim, veniam peto legentium, quod hîc quidem paucissimis tantum defungor iisque levissimis observationibus. Omnino autem Epici jam inde ab Alexandrinis tantum abest ut iis finibus se continuerint, qui ex nostrorum grammaticorum doctrina a ceteris scriptoribus observati sunt, ut liberius in hoc campo vagati fere singuli vel hic vel illic aliquam in modis ponendis proprietatem sibi adsumserint, quam tamen non tam tenebant data opera, sed potius sequebantur inscii. Ita tanta usque ad Nonni tempora varietas et vero turbatio exstitit, ut quum quemque poetam ejusque morem speculari et excutere debeas, perdifficile sit, ad parem similemve normam omnes revocare. Tandem *Nonnus* etiam hac in re signifer et dux novi epicæ poeseos artificii exstitit, ut quas ille sibi in Dionysiacis imposuerit leges, brevissime et certissime perscribere possis, quum in Paraphrasi per scribarum ignorantiam satis multa turbata sint. Apud poetas vero Nonnum prægressos omnino conjunctivus dominari videtur, ut fere ubique præferatur, ubi non aut metri aut alia quadam necessitate optativus postulatur. Contra optativi eas formas — maxime longiores illas in ειας, ειε, ειεν terminantes et εἴην respicio — quæ metro accommodatæ conjunctivis non poterant mutari, etiam ibi ponere non dubitaverunt, ubi ex legibus vulgo quæ feruntur, conjunctivus desiderari videtur. Itaque apud quosdam, si crassa Minerva utaris, possis eorum consuetudinem his verbis comprehendere, conjunctivum fere poni solere, ubi metri gratia possit, optativum, ubi debeat. Hinc factum ut nonnullæ optativi formæ pæne in oblivionem

abierint, ut inprimis in αις et αι terminantes, quæ jam ante Nonnum perraro tantum inveniuntur, quum earum locus a conjunctivis in ῃς et ῃ exeuntibus occupatus sit. Contra merum grammaticorum commentum est εἴῃς et εἴῃ tamquam conjunctivi forma, natum illud ex infelici regulas quæ feruntur tuendi studio. Eo studio etiam nostri editores interdum transversi acti sunt, ut VI, 110, 115, 121, 349, 604, 606, 661, quorum tribus postremis locis ne adnotaverunt quidem, apud Gronovium εἴῃ legi.

Jam, ut quæ nobis proposuimus, apud Nostrum persequamur, habet ille ἐπήν et quidem tantum cum conjunctivo: II, 213; III, 163, 211, 305; VI, 578; habet εὖτε cum conjunctivo II, 8; VI, 220, 529 (bis); habet etiam cum optativo ibid. 687, sed sacrosanctus est: καθυπέρτεροι εἶεν propter causam supra allatam, nisi forte iidem qui εἴῃς vel εἴῃ scribendo sapere sibi videntur, novum quoddam conjunctivi monstrum excogitaturi sunt. Εὖτ' ἄν, ut decet, cum conjunctivo tantum jungitur, et quidem sæpissime: refragantur duo loci III, 416, ubi εὕρῃς, et VI, 622, ubi ἕπηται ex 90, 141, 549 sine dubitatione scribendum est.— Ἦμος ἄν c. conj. VI, 666; ἦμος c. optativo ibid. 693, sed iterum tutus est, nam est necessarius: δρῴη. Sed ambiguus est locus ibid. 465 sq.

> ἦμος δ' Ἑρμείαο δόμοις καλὴ Κυθέρεια
> σύν τ' αὐτῷ Στίλβοντι φαείνητ' ἠδέ θ' δροισιν
> ἀλλήλων βεβαῶτες ἐναλλάγδην φορέοιντο,

ut quis haud inepte aut φαείνοιτ' aut φορέωνται scribendum censeat. Sed mutandi conatum a se defendunt formæ ipsæ, quarum φαείνηται etiam v. 623, φορέοιντο III, 267; VI, 147 — hîc quidem adeo post ἦν — legitur. Magna vis est in formis verborum et terminationibus versuum, ad quas poeta hujusmodi se assuefecerit. — Ἄχρι κεν II, 167; μέχρι VI, 94, μέχρι κε ibid. 81, μέχρις ἄν κε ibid. 5, 45 (ubi Gronovius μέχρις καί præbet) cum conjunctivo. — Ὁπότε cum *conjunctivo* sæpe legitur, ὅτε VI, 363. Ὁππότε 698 sqq. habes sequente ιέπῃ, δρῷτο, ἴοι; mutatio facilis est, nec tamen am ausus sum, quia hæ optativorum terminaiones alibi poetæ familiares sunt. Etiam ὅτε-ἔοι VI, 644 consulto reliqui. Ὅτ' ἄν et ὁπότ' ἄν, ut as est, conjunctivum ubique habent. Duorum ocorum qui refragabantur, unus VI, 270 etiam liam ob causam emendandus erat, in altero bid. 707 et 708 ἕποιτο et συνάπτοι poetæ exciderunt, quia 706 metri gratia ἐπείῃ scripserat, quod . l. apud Gronovium ἐπείῃ male legitur.

Venimus ad εἰ et ἦν. Et hoc quidem quum sæpissime, qui ei convenit, conjunctivo jungatur, duous locis optativum adsciscebat, quorum priore III, 124 ex VI, 244, 293, 472, 477, 648, 689 εἰ pro ἦν scribendum; altero VI, 216 πέλῃ pro πέλοι corrigendum est. Tertius enim ibid. 429 jam rectius, quod ad conjunctivi literam attinet, apud Gronovium legebatur. Contra εἰ promiscue cum optativo et conjunctivo posuit, frequentius quidem cum illo, qui, ut constat, conjunctioni proprius est, ita tamen, ut alter modus sæculi delicium fines illius jam penitus ingressus sit, quos ei Nonnus fixos erat positurus. In ejusmodi titubatione, in qua magnopere fallaris rationem aut regulam investigando, solummodo codices sequendi sunt. Quod feci. Duo tamen observare placet. Inter locos, quibus εἰ conjunctivum habet, leguntur quinque, quibus metro is exigebatur: III, 158 δύνῃσι. ibid. 329 συνίῃσιν. VI, 512 φαίνηται ἀεθλητῆρας. ibid. 611 βάλῃσιν. ibid. 651 δεκατεύωσ' ἀστέρες. Tum duo sunt, III, 300, ubi post τετύχοιεν legitur νεμεσσήσῃ, ibid. 327, ubi ἀθρήσῃ. Cur? Ut evitentur formæ supra jam notatæ νεμεσσῆσαι, ἀθρῆσαι, quarum fuga jam diu ante Nonnum luculenta est. Et in Manethonianis frustra ejusmodi quid quæsiveris. Sed hæc satis sunto.

Jam si ad verborum *formas* et res *orthographicas* accedimus, optime suam provinciam administraverunt nuperi editores: quod quam amplam contineat accuratæ diligentiæ laudem, patebit vel obiter inspicienti Gronoviani exemplaris Augiacas vere cloacas. Itaque in plerisque quidem eorum opera uti satis erat; restant tamen vel sic quædam notanda. In universum etiam his in rebus magnopere erraret qui apud poetas Nonni novatore ingenio priores unam eandemque normam investigare atque vindicare conaretur: hîc quoque singuli licentiæ suæ indulgere quam communibus legibus sese subjicere maluerunt. Quid quod, si hoc vel voluissent, ne potuissent id quidem, quum facile demonstrari queat ne communes quidem de istis rebus fuisse leges. Nam neque Homerica carmina, perennis ille omnium fons, vulgo ita circumferebantur, ut sibi in his minutiis constarent, et in tanta epicæ poeseos inde a primis illorum sectatoribus varietate formarum dissimilium et repugnantium auctores aderant, quos hi recentiores sequerentur, neque ab iis reconditos grammaticorum commentarios volutatos et excussos esse credibile est. Omnino non tam doctrinæ umbraticæ præcepta, sed exempli celebrati cujusdam auctoritas in ejusmodi rebus ad æquabilem rationem mediocria imitatorum ingenia rapere solet. Id vero exemplum etiam in his literarum apicibus propositum est a Nonno, cujus Dionysiaca gratulandum nobis est quod tam bene servata ad nos pervenerunt. Ante eum

alia aliis placuisse, eosdemque sibi minime constitisse, sed interdum, metri plerumque commoditate invitatos, epicas et vulgares formas promiscue admisisse videmus. Recte igitur fecerunt editores, quod hanc inæqualitatem, remotis tamen, quæ vitiosa esse gravibus rationibus demonstrari poterant, poetæ reliquerunt. In paucis tamen dissentiendum mihi fuit. Ita αὕτως restitui ex codicis auctoritate II, 61, 213; III, 190; VI, 25; pro quo αὔτως intulerant; ἄρσεν reposui III, 389 ex tanta aliorum locorum multitudine; ἥσσονα III, 281 ex II, 421, 435; III, 124; ubique ex codicis auctoritate δυόμενος et similia restitui, quibus editores literam ν ex activo δύνω importune intruserant: cf. Jacobs. ad Anthol. Pal. III, p. 354. Λεύσσειν et νίσσομαι ubique duplici sibila instruxi; denique ex codicis auctoritate, ubi non γείνομαι *nascendi* significatione legebatur, γίνομαι sine litera γ scripsi, quæ forma etiam Quinti carminibus restituenda multo ante Nonnum invaluisse videtur; contra unico quo legitur loco II, 198 γιγνώσκοντας eadem litera privare non sum ausus, quæ defendi videbatur temporibus derivatis ἔγνων, ἔγνωκα, etc. Unum mirum est, editores in dissert. p. XXIX subita ira in vulgares verbi εἰμί formas exarsisse, adeoque satis magnum locorum, in quibus illæ inveniuntur, numerum conjecturis prorsus inutilibus tentasse, immemores tamen ejus loci, qui unus emendandus fuit, VI, 697. Si hoc modo ad puriorem normam revocare volebant non librarios, sed ipsum poetam, debebant etiam *crases* removere a meliorum epicorum consuetudine alienas: χἀκείνων II, 271; III, 414. χἶσα VI, 145. χἠμετέρης ibid. 739, et χἤν, quod sæpius legitur. Βοώτου ego quoque reliqui II, 68, sed prudenter editores ib. 23 Βορέω scripsere, quum Βορέαο legatur ibid. 118, 124. Contractionis exemplis, quæ editores p. XXX sq. attulerunt, hæc addo: διδοῦσι; ἰχθῦς II, 140; κρίσεις II, 315; λέχους VI, 134 et τέγους ibid. 143; μέλη II, 389; μοιρῶν III, 419; VI, 504; ὀξεῖς; πτώσεις III, 130; παρακοίτις III, 150; et possent alia addi. Sed μάντεις VI, 473 mutandum fuisse jam editores indicarunt; βρέφη VI, 41 justum est, sed II, 288 sequente vocali in βρέφε' mutandum erat. Mirum ταῖσιν VI, 304 fefellisse editorum diligentiam. Aliis ex formis adnotare placet αὐξομένη II, 442, quum alibi epicum ἀέξω habeat; αὖθις a Wernickio olim recte defensum; βαρδύτεροι II, 407; βεβῶτα et γεγῶτα etc.; δεδαῆσθαι; δμφάδας; θεῆς, quod consulto retinui; ἱρήν; μητρῷον et πατρῷον. — Restant quædam, de quibus singulatim dicendum. Primum quidem Ἑρμείης, de qua forma subtimide sententiam dixere editores p. XXX, etiam II, 253; VI, 349 reddendum fuit ex tot locorum, quos adscribere tædet, consensu. Contra Τιτάν, Τιτῆνος etc. flexisse videtur, fortasse ad similitudinem vocabuli ἀήρ, ἠέρος: hinc VI, 200, 511 mutandum fuit. — Tum variat Noster in contrahendis verborum έω formis. Habes δινεῦνται II, 28 et δινεύμενος II, 21, 35; ὀτλεῦσι VI, 729; ὀτλεῦντες ibid. 412; habes sæpius μογεῦσι, μογεῦντες et μογεῦντας; contra habes νοοῦντας II, 479 et τελοῦσι, τελοῦντες, τελοῦντας, τελούσας persæpe, unde τελεῦσι VI, 599 mutandum fuit. Regula hæc fuisse videtur, ut verborum έω formas tum tantum contraxerit in εῦ, si etiam in εύω terminarent, id quod constat de δινέω-εύω, et ὀτλέω-εύω, nec μογεύω videtur exemplo carere, quamquam hoc tempore non succurrit. Contra quis tandem aut νοεύω aut τελεύω dixit? Hinc φράζου defenditur III, 415, σκέπτευ conjectura illatum (Gr. σκέπτευ' quasi a σκεπτεύω) II, 94 expulsum est; sed etiam φρονεῦντας II, 161 non erat tolerandum. Etiam VI, 498 ex θρηνητάς æque facile θρηνοῦντας atque θρηνεῦντας effici poterat. Contra III, 105 γηθεῦντας propius quam alterum ad γηθεύοντας, quod apud Gronovium legitur, accedere videbatur. Sed vide de his virum summum Lobeckium in Ῥηματικῷ p. 200.

De orthographicis minutiis singulatim monere supervacaneum, in quibus ubique et codicis et optimorum in his rebus auctorum rationem habui, ex quibus nominasse sufficit Bekkerum Homeri nuperrimum editorem.

Jam si ad *numeros* poetæ accedimus, brevi esse mihi licet, quum plurima accurate collegerint et dijudicaverint nuperi editores p. X-XXIII. In eo tamen iis adsentiri non possum, quod illi abusi Hermannianis quibusdam præceptis hîc quoque futiles conjecturas procudere, quam poetæ aut imperitiam aut negligentiam notare maluerunt. Huc refero ea tentamina, quibus cæsuram trochaicam sobrie proscriptam ab Hermanno ex his libris exterminare voluerunt. At in his cauta circumspectione opus est. Ita III, 39, 42; VI, 128, 330 interpunctione cavetur, ne ea cæsura in aures cadat; II, 173 ἔργα τελοῦντας, VI, 600 ὦκα θέουσα Σελήνη ad similitudinem Homerici illius ὀψὲ δύοντα Βοώτην efficta sunt, quod vel Nonnianus *Musæus* v. 213 admisit, male mutatus a Passovio.

Magis etiam mirum est editorum de correptione Attica judicium. Postquam enim ipsi p. XVI longum esse dixerunt omnia ejus rei exempla ex Manethonianis recensere, et propter eam ipsam causam tantum ex 340 uniuscujusque libri versibus ea attulerunt, quamquam ex Nicandro, Quinto, et Orphicis p. XIX sq. alia exempla allata erant, tamen in illis describendis subita, ut

dicam, mutandi prurigo eos invasit, ita ut hîc quoque p. xvi-xix ingentem conjecturarum effuderint numerum, quas singulas refutare inutile est, quum ne una quidem ex iis admittenda sit. Dicunt quidem p. xix, se partem earum conjecturarum non propterea proposuisse, quod censerent eas in contextum recipiendas, « sed ut ostenderent, quam facile fieri potuerit, ut *scribæ* id genus vitiorum carminibus inferrent ». At vero hoc est ludere, non exercere criticam, quem lusum tum tantum probarem, si eo ostendere voluissent, quam facile fieri potuisset, ut *poeta* ipse id genus vitiorum *vitaret*. Unde multo pronius erat ad concludendum, Atticam correptionem his poetis ita in deliciis fuisse, ut, ubicumque optio data sit, eam potius *quæsiverint*, quam *evitarint*.

Possemus hîc finire, quum etiam ejus hiatus, quem vulgo in disceptationem vocare solent, exempla p. xiv-xvi accurate collecta et disputata sint; duobus locis relictis, uno III, 277, qui facilis erat emendatu, altero II, 439 ῥέζει ἐν primo pede, quem ut ib. 349 αὐτοῦ, ὡς, 364 φθείρει Ἠελίοιο tolerandum existimo. Sed dubitationem hîc nuper movit vir summæ auctoritatis Lehrsius, cujus in his rebus subtilem et diligentem ἀκρίβειαν admirari facilius est quam æmulari, in *Quæst. Epicc.* p. 278-81. Etenim ex ejus hiatus, qui fit vocali longa in arsi posita, ratione et multitudine demonstratum ivit, etiam hos tres libros singulos singulis deberi auctoribus. Ut verum fatear, si quis alius hanc solam ob causam auctorem, quem unum esse tam multis validisque argumentis demonstravimus, discerpere conaretur, exspectarem, donec alia etiam afferret. Sed Lehrsii tantum apud me valet auctoritas, ut hanc quæstionem de integro repetendam censeam, ne quod ille dixit neglexisse videar. Optimum autem videtur, omnia ex his tribus libris hiatus exempla, quæ in nostra editione leguntur, juxta ponere, ordine vocalium disposita.

Ex Libro Secundo :	*Tertio :*	*Sexto :*
		45 Σεληναίη ἀφίκηται.
η sequente α vacat	206 χαχῇ ἄλληκτα.	217 γυνὴ ἀθερίζει.
	405 γενέθλῃ ἄφεσις.	220 Σεληναίῃ ἀλόχοις.
» — ε 74 μοίρῃ ἔνι.	75 ᾗ ἐνὶ πάτρῃ.	606 Μήνῃ ἐπιμάρτυρος.
142 γενέθλῃ, ἐπεί.		
» — ο 217 ἐῇ ὀπί.	269 κρατῇ, ὀλοός.	vacat.
» — υ 483 ἀποχαζομένη Ὑπερίονος.	vacat	561 Μήνη ὑπέρ.
		698 Σεληναίη ὑπόγειον.
		729 χαχῇ ὑπό.
» — ω vacat.	vacat.	556 δύνῃ, ὥρην.

His addi placet exempla hujus vocalis per perticulam ἢ facta

Ex Libro Secundo :	*Tertio :*	*Sexto :*
	424 ἢ αὖ.	
430 ἢ ἔτι		55 ἢ ἑτέρῳ.
		90 ἢ ἑτέροισιν.
	58 ἢ ἕνα.	
	222 ἢ ὁ μέν.	
	235 ἢ ὅτε.	316 ἢ ὁπότ'.
	286 ἢ ὅγε.	319 ἢ ὅσσοισι.
	258 ἢ ὑπό.	
ω sequente ἀ : 303 χρυερῷ ἀλέγοντες	vacat.	249 Ἠελίῳ ἅμ
	»	643 ἄφνω ἀπενόσφισαν.
» — ε	vacat.	35 ὡρονόμῳ ἐπιτέλλῃ.
vacat.		111 ᾧ ἔνι.
		151 χαλεπῷ ἐν.
		176 δυτικῷ ἔνι.
		224 τρέψω ἑτέρην.
		302 ζῴῳ ἐν.
		537 αἰπυτάτῳ ἐφέπωνται.
» — ι vacat.	vacat.	250 ζῴῳ ἴσχουσι.
αι — α vacat.	331 γίγνονται, ἀναφανδά.	261 καὶ ἀπό.
		266 φαίνηται, αὐτός.
ει — οι : 415 μινύθει οἶκον	vacat.	vacat.
οι — αι vacat.	308 ἀμειβόμενοι, αἰεί.	vacat.
» — ε vacat.	406 ἠοῖ ἔνι.	vacat.
» — ο vacat.	vacat.	422 λοετροχόοι, ὀχετηγοί.
ου — α vacat, nisi	145 ἀνερχομένου Ἄρεος.	297 ἑοῦ ἀπό.
344 βιότου ἅμα ex mea conjectura.		528 μεσουρανίου ἀπό.
	342 βιότου ἀνέφηνεν.	558 ἀνερχομένου ἅμα.

Ex Libro Secundo :	*Tertio :*	*Sexto :*
ου sequente ε : 186 μάχλου ἕνεκεν. 209 βιότου ἑτέροις.	vacat.	86 ὁμοῦ ἑτέρῳ. 562 τελλομένου ἕτερον. 713 δερκομένου ἑτέροιο.
» — ο : 345. θανάτου ὀλέσει	vacat.	vacat.
» — υ vacat.	vacat.	32 τηλοῦ Ὑπερίονος. 60 ἀθρειομένου ὑπέρ. 657 μέσου Ὑπερίονος.
» — η vacat.	vacat.	156 ὑποχθονίου ἤ.

Habes igitur hiatus in 502 versibus libri secundi *decem* **vel** *undecim*, in 428 libri tertii *quindecim*, quorum tamen sex ad particulam ἤ pertinent, in 754 libri sexti *triginta quinque*. Primo aspectu, si *numeres* tantum hiatus, ita sane abundare videatur liber sextus, ut, præsertim in libris jam quasi ad separandum propinatis, sane facile persuaderi tibi patiaris eos hiatus non ab eodem sparsos esse, qui eorum in secundo libro tam parcus fuerit. Sed si diligenter hos hiatus intuitus fueris, primum videbis, eandem esse plurium libri sexti atque pauciorum libri secundi et tertii rationem, neque aut illos insolentiores aut hos cautiores esse. Ita, ut unum exemplum addam, qui libro secundo ἢ ἔτι scripsit, idem ceteros ejusdem particulæ hiatus in tertio et sexto libro admittere non dubitaverit; qui χρυερῷ ἀλέγοντες dicere sustinuit, nullam causam video ex qua unum ejusdem diphthongi hiatum in sexto libro extimescere potuerit. Sed omnino omnes hi hiatus per se nihil habent offensionis; quos ut frequentiores in libro ultimo admitteret, eo adactus est poeta, quod eo libro constellationes et multo plures et multo cumulatiores nullo certo ordine exposuit, qua ipsa re inscienti et invito majorem hiatuum numerum subnasci necesse erat. Inter secundum autem et tertium librum aliquod esse hiatuum discrimen ne Lehrsio quidem concedere possum, nisi quis contendat, in pari versuum numero etiam parem hiatuum numerum inesse debere. Tum vero haud scio cur quis solis hiatibus confisus librorum compagibus parcere velit, nec potius ad eorum numerum singulas versuum centurias singulis auctoribus adscribere conetur? Tum enim quid obstat quin libri sexti v. 321—527, in quo *unus* tantum invenitur hiatus (v. 422) facile vel excusandus vel emendandus, ab alio dicas auctore conscriptos quam qui reliquam ejus libri partem scripsit hiatibus scatentem?

Sed aliud obiter memoravit vir doctissimus argumentum p. 281, versus *spondiacos*, quorum *decem* tantum teneat liber *tertius*, *triginta quattuor* liber secundus. Equidem, ut verum fatear, in illo tantum *octo*, in hoc *triginta* inveni, ex quo unus v. 468 emendandus fuit. Sed ex his, ut a libro secundo faciam initium, *septemdecim* in primis 140 versibus leguntur, quibus generalem de cœlestibus introductionem contineri vidimus, qua introductione maximam spondeorum terminantium partem ad aliorum exemplum poetarum necessario desideratam esse enumeratio simplex probat. Sunt enim hi : ἐστήρικται 3; 40; 109. αὐγάζεσθαι 5. παμφαίνοντα 54; 74; 132. ἐζώσαντο 55. ἑστηῶτες 58. χαρασσόμενον Κριοῖο 84. Ὠρίωνος 86; 126. δινεύοντα 92. Τοξευτῆρος 100; 139. διαπειραίνονται 106. Κενταύροιο 123. Jam ceteros *tredecim* addo : ὑποπεπτηῶτας 162; 168; 209; 408. τολμήεντας 171. αἰσχύνουσιν 188. θεσπίζοντας 208. ἰθύνοντες 265. ποικίλλοντας 293; 325. ἠρνήσαντο 308. δαιδάλλοντας 320. κωτίλλοντας 330. His compone *octo* libri tertii : τιμήεντας 35. ἀνθρώποισιν 44. τέξησεν 78. ἀντέλλησιν 106. ἰνδάλλονται 249. ἐκτήσαντο 322. ὑποπεπτηῶτας 377. ἱμείροντας 379, et videbis unam esse eandemque spondeorum rationem. Addo ex libro *sexto* exempla numero viginti et unum : μοχθίζουσιν 17. κεκληγυίης 50. ἑστηώτων 82. οἰωνοῖσιν 98. ἀκτίνεσσιν 105. φιλωθεῖσαι 183. μεσουρανίῳ δεικήλῳ 237. εὐνηθεῖσαι 310. δεικήλοιο 315. αἰγλήεντα 387. ἀθρήσειεν 395. ἰνδάλλωνται 406. μοχθίζοντες 411. ὀρνίθεσσιν 443. θεσπίζοντες 474. φοιβάζοντας 493. ἠμάλδυνεν 564. ἐπτοίηθεν 603. Εἰλείθυιαι 733; 741. διετεκμήραντο 750. Jam patet, ut II, 468 μεγαληνορίαις χαίροντας, etiam VI, 59 αἶν' ὄτλησαν mutandum fuisse. Ceterum qui vel obiter hæc percurrerit, etiam versuum spondiacorum eandem esse tribus his libris rationem fateatur necesse est. Verbum non amplius addo, sperans fore ut jam carminis ex his libris compositi integritas atque sinceritas satis firmata et contra varias dubitationum incursiones munita videatur.

Restat ut singulos locos, in quibus a novissimis editoribus recedendum fuit, indicem, et, ubi opus videtur, quam brevissime dijudicem. Ex literis, quibus usus sum, G notat textum Gronovianum, H librum Halensem, J apographum Hamburgense in Joanneo servatum, M codicem Mediceum, ubi ille, quod raro factum est, diversam a G tenere dicitur scripturam; A Axtium, R Riglerum, *ed.* textum editionis ab ambobus pa-

ratæ, *edd.*, ubi G reddunt, D Dorvillium ad Charitonem. Omnes locos, de quibus aut jam dictum est aut in quibus tantum orthographica mutata sunt, omisi; contra sæpius conjecturarum, quas rejeci, mentionem feci, ne quis eas tamquam nova inventa meis opponat.

LIBER SECUNDUS.

2. διηνεχέως τε GH, διηνεχὲς ὥστε J; διηνεχέως γε ed., fulcro male apposito. Præstat quod A conjecit διηνεχέως φορέονται, sed propter v. 21 διηνεχὲς ὦχα prætuli.

10. ἀπλανέων ἐνὶ χώρην, τῇ δὲ GH, χώρῃ J; ἀπλανέων χώρῃ, τῇ δὴ ed., pro quo A etiam ἀπλανέων ἐνὶ χώρῃ, ὅπῃ conjecit. Sed stellæ ipsæ *fixæ* suo in loco, non *fixarum* in loco constitutæ dici debebant. Quare ἀπλανέ' ἐν χώρῃ, τῇ δὴ scripsi.

13. ἄλλως δὴ edd. — πεφορημένα* πέρθης (* suprascr. κεύθει) GH, κεύθει J; κεῖται conj. Holst.; πεφορημέν' ὕπερθεν ed.; præterea A ὑπὲρ γῆς, R δέρκῃ conj., neutrum probabiliter. Etiam initio neque ἄλλως, neque δή probari potest. Quare αὕτως δὲ scripsi : cf. 61. Nisi hîc lacuna subest ita fere explenda :

ἄλλα δ' ὅσ' [οὐρανὸς ἐντὸς ἀπείριτα] κεύθει ὕπερθεν
[ἄστρα πολὺ] πλέονα σποράδην πεφορημένα κεῖται.

14. οἱ διαγαυότατοι G, οἱ διαγαν. H, οἳ δὴ ἀγαυοτάτου ed., neutrum bene. Multo melius Lehrs. in præf. ad Oppian. Didot. p. v, cæsuræ invisus, αἰὲν ἀγαυότατοι conjecit. Sed scripserat οἷοι ἀγαυότατοι, magis etiam præ ceteris stellis planetas suos ornaturus, quos per totum carmen persequi volebat. Cf. v. 130 et 481.

15 sq. κατὰ κόσμον, Ἀδίκηλ' GH; ἠδίκηλ' D 651, inepte; κατὰ κόσμου Δεικήλων ed., genitivo posteriore suspecto. Melius aliquando editores conjecerunt κατὰ κόσμον Ἂν δείκηλ', sed præpositio decurtata sine exemplo est apud Nostrum. Quare κατὰ κόσμον Καὶ δείκηλ' scripsi : vid. ad Quint. Sm. II, 181.

28. οὖς edd.; correxi. Valet hîc quoque ea lex, quam breviter Lehrs. Quæstt. epp. p. 280 *) his verbis comprehendit : « Magna lex est in hiatu epico, quod in aliis licet, non statim licere in iis, quorum duplex in promtu forma est. »

34. τε edd., nos δέ. Pejus etiam vulgatâ editores p. xxxix ἀλλήλοισι conjecerunt.

36. Alius Βορήιον ἄνδρες elegantius scripsisset. Etiam hac in sede spondei evitantur positione, quæ unius vocabuli exitu alteriusque initio conjunetur, effecti.

37. τροπὰς θέρεος G, τροπαὶ H, et 38 γείνονται μεσάτοι τε GH, γίνονται J. τροπαί εἰσι θέρεος et δινεῖται, μέσατός τε D 645, τροπαὶ αὖ θέρεος et γίγνονται μέσατός τε ed.; τροπικοὶ et καὶ μετὰ τόνδε τροπαὶ aliæ sunt conjecturæ Axtii. In omnibus brevitas suspecta est, in pluribus τροπαί, hîc quidem pro τροπικὸς κύκλος dictum. Itaque duce codicis lectione lacunæ signa posui. Facile hoc modo rem explanare poterat ceteris convenienter :

τὸν δὲ μέτα τροπικὸς θέρεος πυριλαμπέος ὥρης
γίνεται, [ἑξείης δέ, δι' οὗ κύκλου αἰθέρος οἶμοι]
τείνονται μεσάτοιο, δι' οὗ θοὸν ἅρμα τιταίνων —

40. χειμερίης τε GH, χειμερινῆς τε ροπῆς J, χειμερίης γε ed., ut solent editores ista particula abuti; pejus etiam, scilicet correptioni Atticæ infesti, præf. p. XVIII χειμερίη κύκλου τροπὴ conjecerunt. Scripserat χειμερίοιο, liberiore masculini usu, de quo cf. 76 αὐχένιον χαίτην.

46. οἷον GH. αἶαν ed. e conj. D 645. Sed Ὁρίζων h. l. pro nomine proprio est nec potest cum accusativo construi, et illud αἶαν nimis nude positum esse vel v. 112, quem D adduxit, probare poterat. Alia est A conjectura ἔστιν, verbo otioso. Ego et αἰὲν et οὔνομ' ex v. 36 ἐπίκλησιν καλέουσιν conjeci, haud paullo melius. Prætuli, quo nomen *aptum* esse indicatur, ὀρθόν, quod imitator IV, 10 fortasse respexit ὀρθὰ τεκμαιρομένοισι scribendo.

57. ὧν περ edd., qui genitivus nudus ab Epicorum consuetudine alienus. Ei consuluit D 646 scribens ὧν πέρι, sed tum exspectaremus, de his septem circulis et eorum positione fusius jam explicatum esse, quæ doctrina demum v. 64 sqq. exponitur, ita ut hîc tantum addatur eos oculis cerni non posse. Itaque scripsi ὥσπερ, quia idem scilicet difficile tironum memoriæ sæpius in antecedentibus (32, 33, 50) inculcavit.

70. δ' ὑπὸ edd., θ' ὕπο nos.

74. ὀγδοάτης μοίρης ἐνὶ GH, ὀγδοάτῃ μοίρῃ ἔνι ed. Prætuli alteram A conjecturam ὀγδοάτης μοίρης ἔπι, quamquam non hiatus causa.

79. Χειρός ed. litera majuscula, retento ex G commate post βορείου, quasi sidus quoddam singulare intelligeretur. Eo transversus actus ex Manil. I, 591 (al. 608) de eodem circulo scribente : *extremamque secans Hydram mediumque sub armis Centaurum*, repositurus eram Φηρός τ' ἀγκῶνα βόρειον. Sed commode admonuit Arat. 484 sq. Ἀνδρομέδης δὲ μέσην ἀγκῶνος ὕπερθεν Δεξιτερὴν ἐπέχει, versus exitum cum sequentis initio connectendum esse. Dextram enim partem ab astronomis borealem, sinistram australem dici constat.

80. Comma, quod nos post Ἀνδρομέδης posuimus, in edd. post χερός erat. Sed vid. Arat. 483 :

λαιὴ δὲ κνήμη καὶ ἀριστερὸς ὦμος ἐπ' αὐτῷ Περσέος.

82. σὺν καὶ H edd. Riglerus aliquando αὐταῖς conjecit, justo majorem vim in manuum commemoratione positurus. Prælaturus eram σὺν ἑαῖς, ut Geminorum manus opponerentur manibus Andromedæ et Persei; et cf. VI, 522, 540, ubi item, ut infra 103, possessivo pronomine facile carere possemus. Sed hîc quoque Arati vestigia legisse videtur, ex cujus ἀμφότεραι κεφαλαὶ Διδύμων v. 481 meum feci : δύο σύν.

90. διατρίβοντ' edd. Vertit G *atterentem*, significatione alias non obvia. Poterat διατμήγοντ', sed scripsit, opinor, quod propius ad vulgatam accedit, διακρίνοντ', *separantem*.

94. σκέπτευ' ἔκπερ GH, σκέπτευ ὑπὲρ ed. e conjectura D 254, qui etiam σκέπτου et σκεπτέ' (i. e. σκεπτέα — sic!) proponit. Equidem σκέπτεο πὰρ prætuli : cf. 84, 120. — γυῖα edd.; prætuli ambiguitatis vitandæ causa γοῦνα; vid. Arat. 502 : τέμνει καὶ πόδας Ὑδροχόου καὶ Κήτεος οὐρήν. Et cf. infra II, 119, 127.

100. στέρνον μέγα GH, στέρνον μέτα ed.; βίην, στέρνον μέγα conj. D 646 ex v. 139, appositionis usu insolito; βιοῦ νεῦρον μέγα vel βιοῦ κυρτώματα Axt., utrumque improbabiliter, posterius magis etiam priore. Scripsi στέρνων μέτα : cf. VI, 195, 567 et supra, quem modo tractavimus, locum v. 82.

104. ἀκροτόμοισι edd.; ἀκροτάτῃσι scripsi e conj. D 652, qui tamen masculinum præferebat. Rigl. ἀκροπόλοισι conjecit, quod ex Il. E, 523, et Od. T, 205, firmari posset; conjici etiam poterat ἀκροκόμοισι vel ἀκρολόφοισι, sed Dorvillianum et simplicissimum fuit, et nostro usitatum (67, 70, 88), et Homerico Il. N, 12, Ξ, 157 proximum.

107. ἑστᾶσι ἀ. τε καὶ G, ἑστᾶσιν H, ἑστᾶσ' etc. ed. Sed ἀστεμφεῖς ἑστᾶσι καὶ scripsi cum Jacobsio ad Anthol. Pal. p. 114.

116. βαιὸς edd.; βαιῇ, quod commendatur v. 41, e conj. Axtii scripsi.

121. τόξου edd., hiatu apud Nostrum insolito, quare τόξων scripsi. Paullo operosius editores præf. p. XIV τόξου τ' ἄγχιστα tentaverunt. Animi causa noto Gronovium deceptum forma Αἰητοῦ, quam etiam Arat. 522 habet, vertisse : *Ætan inter!* Manil. l. c. 684 : *tangit olorem-aquilamque supinam.*

122. κέντρον θηρὸς φονιοῖό τε μέσσον GH, κ. θ. φονιοῖό γε μ. ed. etiam pejus. Nec præstat quod A proponit : κέντρον τ' ἀκρότατον θ. φ. γε μ. Patet, neque κέντρον ad arcum referri, nec Scorpioni solum μέσσον relinqui, nec ἀκρότατον et μέσσον ita, ut utrumque ad κέντρον referatur, jungi posse. Ne multa : scripsit ἀκρ. νεῦρον, θ. φονίοιό τε κέντρον. Ubi primum substantivum aut corruptum erat aut extrusum, pronissimum erat stupori scribæ intrudere μέσσον et ex versu antecedente et ex multis poetæ locis, ubi (alio sane sensu, sed quid hoc ad istum hominem?) κέντρον hoc epitheto signatur. Cf. 99.

123. καὶ δὲ et ἄστρον edd. Utrumque emendavi ἠδὲ et ἄκρον scribendo.

127. ἐπὶ edd., ἔπι nos.

128. δεξιτερὴν edd., δεξιτεροῦ nos ex emend. D 646.

134. ἐνὶ edd., ἐν nos.

137. ἐπεί τ' ἐτάνυσσ' edd., ἐπεὶ τετάνυνθ' nos e conj. R.

142. ἀρείους edd., ἀρείω nos concinnitatis gratia.

146. φέρτεροι MJ ed., πολυφέρτεροι H, φέρτερον G, quod restituimus.

148. κλυτοφεγγοῖς ed. errore, quod correctum in præf. p. XXXIX.

156. ἐκθεμένους edd., quod vertit G : *aut exponere suos liberos attulit*, male quod juncturam verborum attinet, melius tamen quam D, qui 267 (non 156) σφετέροις conjectando passive illud participium intelligi voluit. Id quidem dativo efferendum erat. Quod vero AR uncis hunc et antecedentem versum incluserunt, de ea re ad v. 164 dicetur. Hîc quidem per se nihil habent offensionis hi versus, quibus novum constellationis beneficium additur probe conveniens ei, quo *alienas* divitias gubernare hominibus tunc natis portenditur.

161. ἀμφί θ' ed. e conj. Hermann. Orph. p. 749, quam puto inscienti excidisse viro, quem constat his studiis primum facem accendisse. — ἐν πελάεσσι GH, ἐκπεράαν τι ed. ex infelici A conj., cui si quid simile inferendum esset, ἐκτελέσαι τι, quod quis ex v. 163 stabiliri queat, scribendum foret. D 646 et ἐν πελάτῃσι et ἐν πέλας οὖσι conjecit, hoc paullo melius. Adduxit etiam imitatoris versum IV, 526:

οἰκείων ἔργων ἐπιλήσμονας, οὐχὶ θυραίων,

quamquam ibi potius peregrina popularibus, non propria alienis opponuntur. Scripsi ὧν πέλας ὦσι.

164. Pro hoc uno versu G repetit v. 155 sq. paucis mutatis :

πολλάκι δ' ἀλλοτρίων παίδων πατέρας καλέεσθαι
δῶκεν, ἢ ἐκθεμένους ἢ καὶ σφετέρους ἀπέδωκεν.

Retinuerunt AR, scribentes παῖδας ex illo loco pro ἢ καὶ, quod sane ferri nequit. Sed versus priore loco recte legi supra observatum; post tam breve autem intervallum repeti duos versus sine exemplo apud Nostrum est; neque hoc beneficium constellationis iniquitati convenit. Itaque illas

mihi videntur pro genuino, qui et multum similitudinis cum illis habebat et necessarius erat ad illud ἀποκρύπτει κλέος ἐσθλόν, quod per se obscurum est. Jam enim omnia bene procedunt :

ὅσσα δέ τ' ἐκτελέουσιν, ἀποκρύπτει κλέος ἐσθλὸν [καν.
πολλάκις ἀλλοτρίων, οἳ καί σφισιν αἴσχε' ἔδω·

Sunt homines subtimidi, sibi parum confidentes, qui etiamsi quando aliquid laudabile fecerunt, ab aliis audacioribus et impudentioribus, qui eorum merita obscurant, justa laude fraudantur. Talia vel his ipsis diebus multa fieri vidimus.

172. δ' ἔτι ἀργαλέους G, δέ τι ἀ. H, δ' ἔτοι ἀ. J; δέ τοι ἀ. ed. ex R conjectura, qua melius Hermann. Orph. p. 749 δὲ καὶ emendaverat. Sed ipsum adjectivum male quadrat. Scribendum fuit δ' ἔτι θαρσαλέους, repetitione apud Nostrum familiari.

177. ἐπιὼν GH, γ' ἐπιὼν ed.; melius in præf. p. XII προσιὼν tentatur. Prætuli παρεὼν aliis ex locis, supra v. 157 et VI, 641.

182. ἑὰς edd., ἑαῖς nos. Alia res est infra 272.

186. οὐ μάλα γαυρουμένους GH, οὐ μάλ' ἀγαυομένους ed., οὐ μάλ' ἀγαλλομένους D 496, utrumque contra sensum. Varia tentari possunt, ut φειδομένους, (μεγάλ') αἰδομένους, alia. Sed prætuli κηδομένους secundum VI, 218 οὐδὲν ὀπιζομένη λεχέων, quod ipsum verbum nimis recedere videbatur.

193. καὶ λαλ. ἧμ. φίλ. ἢ edd., sed particulæ locum mutare debebant; cf. etiam III, 287 : γλώσσης βλάβος ἔρδει, Καὶ λαλιῆς ἐπέδησ'.

195. κρυπταδίους edd., sed dicendum erat eos *clam* perniciosa excogitare, ut infra 292 οὐλοὰ μηδομένους στέρνων ἔντοσθεν. Quare κρυπταδίως dedi.

205. ἐσθλῶν edd., ἐσθλοὺς scripsi e conj. R.

207. ἀπὸ edd., ἄπο nos. Vid. supra.

213. αὔτως H ed., αὕτως G, quod restitui.

216 sq. ἀρηρότας κατὰ GH, ἀρ. ἢ κατὰ ed. e conj. D 553. Sequens versus sine lacunæ signis in edd. Varia tentarunt viri docti. G vertit; « homines occidentes *suo conspectu et secantes*. » D l. c. homines intelligit *sua quoque voce doctos*, i. e. qui non *magistri voce*, sed *sua* quasi, omnia didicerunt. Melius A conj. οἳ κ. μ. 'Α. κλίνουσιν ἑῇ ὀπὶ καὶ μεμαῶτας, et tum pro ἑῇ ὀπὶ etiam ὑπ' ἄορι, sed tamen parum probabiliter. Audacius Lehrs. Quæstt. Ep. p. 280 hiatui etiam infestus οἳ κ. μ. 'Α. κτείνουσιν ἀγηνορίην δεδαῶτας. Mihi quidem vix dubium est quin οἳ recte sit inventum, cetera autem satis integra sint lucem habitura eo versu, qui temporis injuria periit. Eum hoc fere modo scriptum fuisse suspicor :

— — οἳ κατὰ μῶλον
ἀνθρώπους κτείνοντας ἑῇ ὀπὶ καὶ μεμαῶτας,
[ἢ χρεώ, ἔνθα καὶ ἔνθ' ἰθυνέμεν εὖ δεδάασιν.]

222. παντοίους GH, παντοίων ed. ex Holstenii c.; παντοῖον mutata interpunctione nos prætulimus. Varia ὄλβου genera sequentibus recensentur.

225. σηκῶν μακάρων ἱερούς (ἱερούς G) τε edd. R ἱερῶν τε aut ἱερούς τε πρ. τιμ. κυδαλίμους τ' ἠδ' scribendum conjecit, quorum illud sine dubio præstat; cf. 317 θεῆς ἱεροῖο προφήτορες, unde profecit imitator IV, 428 τεμενῶν τε προφήτορας. Sed prætuli propter genitivos cumulatos μακάρων ἱερεῖς σηκῶν τε προέδρους : cf. VI, 437 σηκῶν θ' ἁγίων ἱερῆας, unde ille IV, 430 σηκῶν τε νεωκορίῃσι μέλοντας. — ἐξαίτους edd.; ἐξαίτοις scripsi ex III, 354.

230. Addidi τ' post ζευγνυμένους. Locum bene illustrat, quod raro accidit, G, cujus notam appono : « Præclara sacerdotis Ægyptii nequitia, cujus sententiam ita reddidi latine, ut exprimat eos qui, dum placent uxoribus, per eas efficere conantur, ut maritis quoque probentur. Artificium nec Græcis nec Romanis ignotum. » Cf. Sall. Cat. 24 extr.

234. μίτραις edd.; correxi ex III, 37.

235. τοῖς H edd., τοὺς scripsi e conj. A.

237 sq. ὤπασεν ἐκ θαλάμου. δῶκεν δὲ λέκτρα γυναικῶν Εὐόλβων, ἐν ἑῇσι τ' ἐνὶ πολέεσσιν ἀρίστους G, sed θαλάμους MH, εὐθαλάμους J; πτόλεσσιν H, πτολεσσιν J; ὤ. εὐθαλάμων. δ. δέ τε λ. γ. εὐ. ἰδ' ἑῇσιν ἐνὶ πτολίεσσιν ἄριστοι AR, repetitione nuptiarum prorsus intolerabili. Neque eam tollit nec quidquam boni infert quod conj. D 333 : ἐπέεσσιν ἐνὶ πτολέεσσιν. Alterum etiam est R commentum, ut ἀρίστους colo postposito retineatur, et tum κτ. δ' scribatur. Locus aut dittographia corruptus est, ut ex duplici scriptura καὶ λέκτρα γυναικῶν Εὐόλβων, θαλάμους τ' ἐν ἑαῖς πολίεσσιν ἀρίστους et θαλάμους τε γυναικῶν Ὤπασεν εὐόλβων ἐν ἑαῖς πολίεσσιν ἀρίστων commixta duo versus effecti sint, aut, quod apud Nostrum præferendum duxi, omnia vitæ bona claris verbis ex fausto matrimonio derivabantur. Id vero vix aliter, si quam proxime accedimus ad codicis scripturam, exponi poterat quam ita :

ἠδὲ γάμους δῶκεν φιλίους, καὶ λέκτρα γυναικῶν
ὤπασεν εὐθαλάμων, λέκτροις δέ τε δῶκε γυναικῶν
εὐόλβων ἐν ἑῇσιν ἐμὲν πολίεσσιν ἀρίστοις,
κτήματά θ' ἕξουσιν κλεινὸν βίοτόν τε καὶ οἴκους.

Matrimonia memorantur primum uxorum amore et virtutibus, tum divitiis, quibus maritum ornant, felicia. Ἕξουσιν ut ἀρίστοις dativus est pendens a δῶκε.

240. τ' edd., δ' nos : novum enim memoratur commodum.

250. τ' edd., δ' nos eadem causa. — ἐν δ' ἑτάροισιν edd., quod falsum esse sensit A conjiciens ἐν δ' ἑτέροισιν. Utrumque ineptum. Scripsit ἐν δ' ἄρα

τοῖσιν, ut III, 319 κεκλομένους τ' ἐπὶ τοῖσιν, i. e. ἔργοις.

256. δίφρ' G, διφρεζομ. H; δίφρῳ ed. e conj. D 646. Sed illud revocant præf. p. XL, opinor, ob correptionem Atticam. Et quin defendi possit δίφρ' pro δίφρα (citant Callim. Dian. 135) non dubito, sed propter ipsam illam correptionem, et propter III, 99 τραπέζης ἀργυραμοιβοῦ Εἶσεν ὕπερ, alterum prætuli. Cf. etiam VI, 361 : ἑζομένους, ὅθι τ' αἰὲν ἀμείβεται ἀργύρου αἰγλή.

258. μετέχουσιν edd., μέγ' ἔχουσιν nos.

264. ὑπ' edd., ἀπ' nos. Vid. supra.

265. κεῖνο GH, κείνας ed. e conj. D 234; prætuli κείνοις, *illis* principibus, h. e. illorum loco judicantes.

269-72 quo ordine vulgo legantur, in textu indicavi. Quia latebat verus ordo, AR 269 τελοῦντες, 270 νυμφεύονται e conj. scripsere, nec tamen 271 habet quo apte referatur. Et νυμφεύονται de viris non recte dictum esse arguit imitatoris νυμφευθεῖσα IV, 394. Itaque ordine mutato versuum codicis scripturas revocavi. Jam κἀκείνων ad ἑταίρους spectare patet. Item patet duplex describi mœchorum genus, quorum alteri clandestino adulterio contenti sunt — 267 sq. — alteri amatarum maritis suisque uxoribus trucidatis aperta vi in matrimonia grassantur.

272. χερσὶν ὀλέκουσιν GH, χείρεσσ' ὀλέκουσιν ed. e conj. D 647. Melius etiam nostrum ὀλέκουσι χέρεσσιν. De eo substantivo fere inutiliter adjecto cf. VI, 168.

274. τε ante καί addidimus e corr. AR in præf. p. XIV.

277 sq. συνεύνοισιν GH, συνευνῶσιν ed. e conj. G. — φιλότητος Αἰὲν κλεπτομένης edd., quod explicari deberet pro genitivo qualitatis ad Latinorum usum assumpto, cujus genitivi alterum exemplum III, 113 invenire sibi quis videatur. Sed multo probabilius, facili emendatione φιλότητας κλεπτομέναις scribendum esse. Adverbii forma αἰεί omnino hîc ponenda erat. Cf. III, 333 φιλότηθ' ἑτέροις ὀρέγουσαι.

279. τοὺσ ἴους G, τοὺς ἴουσ' M, τοὺς τίουσ' HJ, τοι τίουσ' ed.; τοὺς τίουσ' etiam conj. D 647; ἑοὺς τίουσ' Jacobs. ad Anth. Pal. p. 480; τὰς ἰδίας οὐδὲν φιλ. A, κουριδίας οὐδὲν φιλ. R, male; nam hic versus ad uxores πολυμνήστους pertinet. Itaque, ut diserte indicentur, ταὶ τίουσ' scripsi, verbo per usum Nostri commendato : vid. III, 185, 197, 311; VI, 145. Aliter etiam τοὺς ἰδίους αἶδ' αὖ φ. scribi posset.

281 sq. edd.

> σὺν σφετέραις ἀλόχοις, καὶ αὐτῶν εἵνεκα δηθὰ
> ἐν συνοχῇσι γένοντο, καὶ ἀλλήλους ἀθέριξαν.

Sed in marg. v. 282 teste G : γρ. καὶ ἀπλήτοις ὀχέεσσι, teste H : ἀλλήλοις ἀχέεσσι; ἀλόχοισι correxerunt AR in præf. p. XIV. Sed præterea hîc aliquid intercidisse et varia codicis lectio monet et perversa sententiarum connexio, quam optime perspexeris comparata emendatione, qua ego hos versus ita restituo :

> τῷ δὴ καὶ κρίσιας καὶ νείκεα πολλάκις ἔσχον
> σὺν σφετέραις ἀλόχοισι καὶ ἀλλήλους ἀθέριξαν
> [αἰὲν ἀτασθαλίῃσι], καὶ αὐτῶν εἵνεκα δηθὰ
> ἐν συνοχῇσι γένοντο καὶ ἀπλήτοις ἀχέεσσι.

283. ἔδωκαν H edd., quod male ingeniosus Latinorum *dandi pœnas* locutione defenderit. Recte A conj. ἔνειχαν, quod recepi. Cf. VI, 208 δασμὸν ἔτλησαν.

286-90. Versus ita et hoc ordine in G leguntur:

> πάγχυ δ' ἄρ' ἐς φιλότητα λύπην τοκετῶν τ' ἐποχήν τε
> ὀχλήσει, καὶ δηθὰ λυγρῇ περὶ γαστρὶ μογήσει,
> ἤτοι πρὶν γονίμης ὥρης βρέφη ὠμοτοκοῦσαν,
> ἠὲ νεκρῶν περὶ γαστρὶ μέλη τέμνουσ' ἀπὸ τέκνων·
> τὰς δ' ἄλλας ἀνδράσιν ἴσαις κάμνουσαν ἀνίαις.

Versu 286 φιλότητ' ἀλύκην τοκετῶν ed.; ego pro vocabulo, cujus Noster ignarus est, prætuli φιλότητα δύην, quod conj. D 417. — 287 ὀτλήσει ed. — 288 ὠμοτοκοῦσιν ed. e conj. D ibid. — 289 ἀπὸ ed. e conj. D ibid. — 290 ἀνδρεσσιν ἴσας κάμνουσιν ἀνίας ed., cui contrarium ταῖς ἄλλαις ἄνδρεσσιν ἴσαις κ. ἀνίαις conj. D ibid. — Hæc fere omnia bona, sed præterea 289 περὶ γαστρὶ mutandum fuit in ἐν γαστρὶ, ut embryotomia recte et diserte indicaretur. Quod vero majus, versuum ordo mutandus erat, ut v. 290 præponeretur, particulâ τε arctissime ad antecedentia annexus, quo versu viraginum omnis cum viris similitudo comprehenderetur, antequam singulatim femineæ earum calamitates explicarentur. Tum et hîc κάμνουσαν retinendum et v. 288 ὠμοτοκοῦσα e conj. G scribendum erat.

294. τοῖσι GH, ᾗσι ed. e conj. A, quod non sufficere videtur. Scripsi πρὸς δέ, quo magis malitiæ novum incrementum efferretur : cf. IV, 645.

297. κρίσιας εἰδίας GH, κρ. ἰδίας J, κλήσιας ἀϊδίους ed. e conj. D 647; utroque vocabulo a consuetudine Nostri alieno, quorum unum idem expellit altera conj. ἀϊδίους κρίσιας. Sed scribendum erat ex III, 268 καὶ κρίσιας θαμινάς.

300. παίδων τε καθηγητῆρες GH, π. γε καθηγητῆρες ed. solito fulcro, sed R etiam μάλα θηρητῆρες, A κυνηγητῆρες vel καταισχυντῆρες conj. Sed et hæc substantiva a stilo Nostri aliena videntur, quamquam novi quæsitum acumen V, 290 οὐ μόνον ζώων θηρήτορες, ἀλλὰ γυναικῶν, neque omnino hîc tam subito et abrupte mascula Venus illata videtur. Hinc scripsi τῶνδ' ἡγητῆρες : vid. infra v. 336 : παιδευτὰς δ' ἄλλων τοίων ἔργων ἀνέφηνεν. Pro-

pius accederet ad vulgatam, sed non esset, opinor, epici sermonis : τάδε γ' ἡγητῆρες vel τάδ' ὑφηγητῆρες.

303. ὅσσον βιότῳ edd.; notat sane βιότῳ *in vita*, ut VI, 229 : sed tamen hîc propter χρυερῷ aut θυμῷ aut simile quid requiritur. Quare scripsi, quod proxime accedebat, ὅσσον τι νόῳ.

308. λάθρη edd., λάθρῃ nos.

309. πολλὰ edd., παῦρα ego scripsi, lacunæ signis ante versum positis. Sensus est, sæpius eos hominibus, qui rei angustiis premantur, paucas pecunias daturos esse, pro quibus magnum ab illis fœnus exigant. Sunt homines, quos imitator IV, 135, 330 χρεάρπαγας nominavit. Ita ceteris non egemus virorum doctorum commentis.

311. ἀνδράσιν GH, εἰδόσιν ed., ad sensum recte, sed poni debebat ἴδρισιν, vocabulum Nostro usitatum. D 647 ἀνδράσιν ἶφι μαχαίρης conjiciebat.

312. λάθραις H edd.; λαιδραῖς vel λάβροις conj. editores, sed patet substantivum deesse, non adjectivum : quod sensit Letronnius, ad marginem κερτομίῃσι adscribens. Sed vix dubito quin θωαῖς scripserit, qua voce rariore et alibi usus est : III, 162, 213; VI, 674.

314. μεγάλου edd., μεγάλων nos. Non *magnas* mulierum opes, sed *magnarum* mulierum opes administrari ab his hominibus dicendum erat. Vide modo sequentia.

316. ἐπὶ edd., ἔπι nos.

318. τιμαῖσιν G, sed τ' ἱμάϊσιν M, τ' ἱμαῖσιν H; τιμῆσιν ed., pro quo, quod aperte vitiosum, R τιμῆντες, ἀπ' αὐτοῦ vel τιμῆσι καὶ αὐτοὶ conjecit. Proximum est τιμὰς ἴδ' ἀπ' αὐτοῦ, pro qua præpositione prorsus ex poetæ more posita miror ὑπ' vel ἐπ' A desiderasse.

323 sq. Hos duos versus transposui. Causa perspicua, ut encausto pingendi ars a sequentibus melius separetur. Tum etiam v. 323 verba transposui; legebatur in edd. μορφὰς θηρῶν πάντων (παντότε καὶ J). — 324 γραφαῖς GH, γραπτοῖς ed. e conj. D 647; sed scribendum fuit γραφίοις vel γραφίσιν, quo intelliguntur *cestra* sive *vericula* (uti nunc scribit Sillig. in novissima libri XXXV Plinii editione, quæ prodiit Dresdæ 1848) apud Plin. N. H. XXXV, c. 11. sect. 41. § 149, quibus ceræ tabulis ligneis inurebantur. Ἄνθεσι κηροῦ designantur ipsi colores cerei. Cf. locum consimilem VI, 524 sq.

εὐτήκτου τ' ἀπὸ κηροῦ ἐϋξεσταῖς σανίδεσσιν
μορφὰς μιμηλῆσι χαρασσομένους γραφίδεσσιν,

ubi cave εὐτήκτου ἀπὸ κηροῦ jungas ita cum σανίδεσσιν, ut cereas tabulas intelligas. — Ad v. sequentem illustrandum optime facit *Manil.* V, 262 :

Aut varios nectet flores sertisque locabit.

331. ἠδ' ἄρ' edd., ἢ γὰρ nos : universo genere indicato jam singulæ species hominum musicorum indicantur. Etiam τ' post μούσης addidimus.

333. μολπῆς εὐρύθμου εὕρετο GH, μολπαῖς εὐρύθμοις εὔφρονας ed.; μολπῆς εὐρύθμου εὑρετὰς vel ἴδριας D 647, quorum prius ipse reprobat 680; μολπῆς εὐρύθμου εἰδότας conj. A. Et possunt varia excogitari, ut ἵστορας, πρήκτορας. Sed proxime accedit τεύκτορας, quod habet imitator IV, 422. Intelliguntur autem qui modos musicos inveniunt et præscribunt, quos hodie *compositeurs* appellant.

334. οἱ δὲ GH, οὓς δὲ ed., ἠὲ nos.

344. μέγα edd. Poterat quidem defendi ὄλβος βιότου, sed mire dictum erat ὄλβῳ κῦδος ὀπάζει. Quare pro μέγα scripsi ἅμα : cf. III, 213 θωήν θ' ἅμα νείκεσι πολλοῖς. Poterat etiam ὄλβοισιν ὁμοῦ vel ὄλβον καὶ ὁμοῦ μέγα scribi, sed illud ut simplicius prætuli.

360. αὖ edd., αὖτ' nos. Notavit etiam Lehrs. Quæstt. Epp. p. 280.

364. ἠελίου τε GH, Ἠελίου γε ed., Ἠελίοιο nos e conj. R.

365. τε δάμασσεν edd., εδάμασσεν J, τ' ἐδάμασσεν nos e conj. Holstenii.

371. μεγάλων φιλίην edd., φιλίην μεγάλων HJ et nos.

381. ἀλλήλοις καί τ' edd., ἀλλοίοις κακά τ' nos; jam A conjecit ἀλλήλοισι κάκ', sed pronomen reciprocum majoris etiam erat offensionis. Ἀλλοῖος, ut fere idem sit atque ἄλλος, etiam III, 174; VI, 310, 322 invenitur.

384. ἄλλοτέ τ' ἄλλῃ edd., ἄλλοτ' ἔτ' ἄλλης H, sed in marg. ἄλλοτέ τ' ἄλλης. ἄλλοτέ τ' ἄλλῃ J; ἄλλοτε δ' ἄλλῃ nos, oppositionis gratia, quia jam noxiam ejus constellationis vim est explicaturus.

390. ἤν τ' G, ἤν γ' ed.; particulam delevimus.

391. ὡσαύτως edd., ὣς δ' αὔτως ex II, 213; III, 190; VI, 25, 237, 272, 318 scripsimus.

394. οὐ γὰρ edd., sed contrarium dicendum erat : hinc οἱ δ' ἄρ' scripsi.

401. χώροις θ' GH, quod restituendum erat; vid. supra, ubi de argumento diximus. Male ed. χῶροί θ'. (χώνοισθ' J.)

404. ἂν edd., quod aperte falsum; ἐν nos; alius ἄρ' fortasse prætulisset, sed ὡς ἄρ' apud Nostrum præterea non invenitur.

405. ἐπ' ἀντολίης μὲν ἐόντες εἰς νεότητα GH, ἐπ' ἀντολίαις μὲν ἐόντες, ἐῇ νεότητι ed., et A præterea conj. ἐπ' ἀντολίην μὲν ἰόντες, ἑὴν νεότητα aut ἐπ' ἀντολίαις μὲν ἐόντες, ἐῇ νεότητι; nos prætulimus : ἰόντες, ἅτ' ἐς νεότητα propter oppositum v. 407 ἑσπερίοισι — προϊοῦσι χρόνοισιν. Et ἅτ' jam invenerat D 334. Ἐπὶ cum genitivo similiter positum vid. 74

μοίρης ἔπι-παμφαίνων. 498 ἐπὶ συνδέσμου βαίνῃ. III, 90 ἐφ' ὥρης-ἀντέλλων.

406. κρατεροί περ ἐόντες edd., particula suspecta, quæ ex VI, 485 defendi nequit. Recte jam D l. c. παρεόντες, quod multi loci commendant.

407. ἑσπέριοι δὲ βραδιότεροι GHJ, ἑσπέριοι δὴ βαρδύτεροι ed., particula intolerabili, pro qua paullo melius A δέ τε conj. Sed offendebat etiam χρόνοισιν nude positum. Hinc ἑσπερίοισι δὲ βαρδύτεροι scripsi. Forma comparativi etiam Theocr. XXIX, 30 invenitur.

408. δειλοὶ δ' edd., δείελοι nos, ex optima D 334 emendatione : cf. 110 ἠώην οἶμον καὶ δείελον.

411. τελέθει ξυνὼν GH, sed ξυνῶν M, τελέθει ξυνεὼν ed., sed genitivos qui sequuntur non intelligo. Patet scribendum fuisse: πλήθει ξυνῶν; cf. VI, 660 ὄλβου καὶ κτεάνων οἶκον πλήθοντα, et III, 42 καί τ' ἐσθλὰ κακοῖσιν ἔμιξεν.

415. αὐτῶν τε edd., αὐτῶν δὲ nos.

420-425. Hi versus ordine perverso, quem numeris adscriptis indicavi, in edd. legebantur, et præterea cum his mendis : 422 ἀμείνων GH, ἀμείνον' ed. e conj. D 694. ἑσπερίησί τε δεινὸς GH, ἑσπερίοισι J, ἑ. τε δεινά ed. — 425 ὀλοώτερος edd. — 421 ἧσσον GH, ἥσσων ed. e conj. A. Longum est explicare, quæ in his offensui sunt. Unum affero, quod vulgari ordine *vespertinus* Jupiter bis, Mars vero omnino non memoratur. Hæc res monstrare debebat, quomodo locus constituendus esset. Nec puto quemquam de his dubitaturum :

πολλάκι καὶ ξείνης γαίης ἔπι πήματ' ἔδωκεν,
ἠῷος μὲν μείον', ἐφ' ἑσπερίῃσι δὲ δεινά.
  Ἄρης δ' Ἠελίῳ συνιὼν πατράσιν μὲν ἀνίας,
γεινομένοις δ' αὐτοῖς θόρυβον καὶ πήματ' ἔδωκεν·
τοὺς δ' ἄρα καὶ πάτρης γλυκερῆς θῆκεν μετανάστας·
ἠματίῃ γενέθλῃ δ' ὀλοώτατος ἔπλετο πάντων,
ἥσσων δ' ἑσπέριος γεγαὼς ἀδρανέστερα ῥέζει.

Eadem duorum versuum terminatio πήματ' ἔδωκεν confusionem procreavit. Cf. II, 143; III, 305 de μείονα, III, 281 de ἥσσων, et vid. omnino III, 123 sq. νυκτὸς μὲν ἀρίστη ἐτύχθη, Ἤματι δ' αὖθ' ἥσσων.

428. δούλαις ἢ πενιχραῖς καὶ GH, δούλῃσι πενιχραῖς ἢ καὶ ed. e conj. D 315. Sed egenas esse servas supervacaneum erat dicere, quoniam servis omnino nihil erat proprii. Itaque prætuli tripartitam malarum uxorum divisionem : πενιχραῖς ἢ δούλαις ἢ καί.

433-35 hoc modo apud G leguntur :

ἑζομένους ποίησε βίους μάλα παναγήτους,
ἀνέρας ἀφνειούς, μάλα δὲ δμωάσιν ἀνάσσων,
πρῆξιν δ' ἥσσονα δῶκε καὶ ἐμ πρήξισιν ὑπ' ἄλλοις.

sed 434 δ' ἠώαισιν M, δ' ἠώαισσιν (sic, sed αι lineola transfixum) H, ἠωέσσιν J. Longum est hîc editorum commenta memorare, quorum nihil probandum est. Patet hîc quoque plura intercidisse, quæ hoc fere modo olim integre lecta fuisse facile omnibus persuadeam :

ἑζομένους δ' ὤπασσε βίους [τέχνας τε βαναύσους;
ἀνδράσι τειρομένοις,] μάλα δ' ἠῴῃσιν ἀνάσσων,
ἀνέρας ἀφνειοὺς ποίησε πόλει παναγήτους   νων]
[χρήμασι καὶ τέχνῃσιν, ἐν ἑσπερίῃσι δὲ βαι-
πρῆξίν θ' ἥσσονα δῶκ', ἐν πρήξεσί τ' ἔμμεν ὑπ' ἄλλοις.

Ad ultimum versum cf. II, 162, 209. III, 328. VI, 427 sq., de supplemento primi versus III, 62. VI, 527.

438. δὲ σὺν αὐτοῖσιν GH, δ' οἷον τοῖσιν ed. e conj. R, pro qua A tentat δ' ὡς αὐτοῖσιν. Ego scripsi δ' ἃ σὺν αὐτοῖσιν. Vid. ad v. 440.

440. θνητοῖσιν μογερὸν βίοτον H edd., quod reliquerunt editores mutato v. 438. Sed quum falso indicetur argumenti, quod sequitur, summa — neque enim semper et ubique perniciosa est Luna —, R conj. μογεροῖς. Melius, opinor, supra codicis scriptura præter unam literam restituta hîc θνητοῖς ἐν μογερῷ βιότῳ scripsimus. Vid. III, 420 ὅσσους Μοῖρ' ἐπέδησε βροτῶν μογεροῦ βιότοιο. — δὴ νῦν ed. e conj. nescio quam ob causam.

448. θεμέθλων edd., quod quis defendat ex IV, 130, νηῶν τε θεμέθλοις. Sed mirum ni usitatum scripserit μελάθρων, quod etiam imitator simili loco IV, 361, δεσποτίδες μεγάλων τε βίων μελάθρων τε φανοῦνται, habet. Cf. VI, 415 ἐχυρῶν δωμήτορας οἴκων, et infra III, 239.

451. ἔμφρονας ed., sed εὔφρονας revocatur p. XL.

455. ἐπ' ἔργοισιν ἑοῖς GH, ἔργοισιν ἑοῖς ed., ἀγροῖσιν ἑοῖς D 648. Quamquam defendi potest pronomen, tamen, quod tam facile erat et multo significantius, ἔργοις κενεοῖς restitui.

456. δύναντ' GH, γε δύνανθ' ed. fulcro illo rursus illato; ἐδύνανθ' jam recte D 648.

468. μεγαληγορίαις χαίροντας edd., sed μεγαληνορίαισι MH, μεγαληνορίαισιν J. Et clausula spondiaca suspecta — vid. supra —, et quod nil nisi mala portendit Lunæ cum Marte conjunctio. Hinc μεγαληγορίῃσι χανόντας scripsi, haud veritus ne quis aoristi participio offendatur.

483. εὐθὺ edd., εὐθὺς M. Sed ex v. 474 εἶτα scribendum fuit.

487. βιότῳ edd.; βιότους ex v. 433 et concinnitatis causa scripsi. Dativus ex βίῳ sequentis versus ortus.

489. γενέθλαις edd., γενέθλης nos, uti jam Holsten. in marg. conjecit. Et haud scio an etiam προτέρην scripserit.

492. ἤτοι συντροχάουσ', ἐπεὶ GH, ἤ τοι συντροχάουσα, πρὸς ed., haud scio quam ob causam. Sed initio ἢ καὶ scribendum fuit e consuetudine Nostri.

493. πρώτως et πλήρης GH, πρώτας et πλήρεις nos. Et illud jam invenerant editores.

501. πλήρει ἐπὶ κύκλῳ GH, κύκλῳ ἐπὶ πλήρει ed., sed πλήρει ἐπεὶ κύκλῳ, quod ego reposui, ipsi editores jam proposuerunt præf. p. XII et XLI.

LIBER TERTIUS.

Argumentum : ἐν ἄλλῳ τινὶ τῶν edd., quod insolenter explicandum esset: *in alio quocumque.* Hinc dedi ἐν παντὶ τῶν ἄλλων. — τὸ τ. ἀ. ἀποτέλεσμα... ἀπαλλάκτως εὑρίσκομεν ὄντα G, πότε τ. ἀ. ἀποτελέσματα ἀ. εὑρ. ὄ. emend. AR, sed melius τὸ τ. ἀ. ἀποτέλεσμα ἀπαραλλάκτως εὑρισκόμενον, quod recepi. — Ἄρεως καὶ Σελήνης edd., contra veritatem. Scripsi Ἡλίου καὶ Σελήνης.

33. πατρῇσιν ὑπὸ GH, πάτρῃσιν ὑπὸ ed. e corr. D 649, qui etiam nescio cur πραπίδεσσιν ἔπι conj. Sed scribendum fuisse πάτρῃσί τ' ἐνὶ miror neminem vidisse : vid. 74, 109, 225. VI, 365.

36. ταῦτα edd., ταὐτὰ nos, quia non sequitur καί.

42. κηδεστὰς edd., κηδεστῶν nos, ex emend. D 315 et 649.

48. Lacunæ signa ego ante hunc versum posui, qui nude, uti legebatur, omni sensu caret. Neque enim, quid sibi velit ἐσχατίῃ γενέθλῃ, tum perspicitur, et propter antecedentia potius ἀμέρδει quis quam ὀπάζει exspectaverit. Male A ex II, 425, ut videtur, cujus loci plane alia est ratio, ἠματίῃ tentavit. Non dubito quin plures versus interciderint, quibus aliud ejus constellationis testimonium demonstraverat, quo apparente prioribus liberis omnibus absumptis aut perditis *ultimæ* tantum *proli vita et honor portenderetur.* Illud ἐσχατίῃ γενέθλῃ fortasse respexit imitator IV, 459, κούρῃ-τεχθήσεται ἐσχατόωσα.

50. Fortasse quis præferat θαρσαλέους τ' ἔρδει.

55. αἰεὶ δῶκεν edd., αἰὲν ἔδωκεν nos.

57. τε edd., δὲ nos.

58. πάτρ' ἐνὶμ G, πάτρ' ἐνὶ H, πατρὶ ἐν ed., hiatu apud Nostrum intolerabili, περ ἐνὶ nos e conj. A : cf. VI, 485 ἀλίπλαγκτόν περ ἔθηκεν. Præterea et R conj. πατρὸς ἐν, et tentari posset παῖδ' ἐν. Sed utrumque illi posthabuimus.

60. γυναῖκας edd., γυναικὸς nos. Sermo enim, ut ex omnibus patet, de dedecore viro a mulieris arte illato.

65. καὶ θηκτὸν edd., εὐθηκτον nos, quia hoc versu habitus σωματοφυλάκων describitur. Tum vix temperare mihi potui, quin pro ἐὸν scriberem ἀεί.

70. βίῃ edd., φιλῆς nos, quia hæc appositio contra Epicorum usum est. Poteram etiam βίῃ κρυερῷ τε σιδήρῳ vel βίῃ κρυεροῖο σιδήρου, sed illud et propius erat, et commendabatur simili versus modulatione II, 193 ἢ λαλιῆς ἤμερσε φιλῆς. Nulla autem in eo offensio, quod præcessit φιλίης versu antecedente.

77. ταῖς δ' αὖτ' ἀλόχοις edd., τοῖς δ' αὖτ' ἀλόχων conj. AR, quam perfecimus scribendo ἐσθλῶν; neque enim *bonæ* cum uxoribus nuptiæ, sed *cum bonis* uxoribus nuptiæ dicendæ erant : cf. ad v. 178.

80. ἵδρυσε, τῶν καὶ G, ἵδρυσεν H, ἵδρυσ' ἐξ ὧν ed., pro quo A etiam ἵδρυσεν καὶ tentavit. Illud commendari videatur II, 242 sq.

> ἠδὲ καὶ ἄνδρας ἔτευξε γυναικείοισιν ἐπ' ἔργοις,
> ἐξ ὧν χρήματα πολλὰ καὶ εὐφροσύνην πόρεν ἐσθλήν.

Sed ex eo ipso loco patet, Nostrum merarum repetitionum non esse amantem. Hinc propius ad vulgatam ἵδρυσ', ᾧ καὶ scripsimus. — ἐπὶ edd., prorsus inepte; ἰδὲ nos.

81. ἐὼν GH, ἑῶν ed., quod non placet, etsi novi illud Quinti νηΐδας οἷο γάμοιο et alia. Videtur ἐὼν ab homine inconsiderato additum, quum genuinum excidisset, id vero ἀεὶ fuisse : vid. II, 480. III, 72, 105. VI, 114.

82. καὶ δὲ edd., καί τε H, ἠδὲ nos. — μέντοι G, μέν τοι H, μέν τε nos ex constante scriptoris usu, qui μέντοι ignorat : vid. II, 64, 150, 412. III, 61. VI, 63.

99. ἀργυραμοιβοὺς edd., quasi uni mensæ, de qua hîc sermo, etiam ad aliud munus imponi potuerint. Scribendum fuit ἀργυραμοιβοῦ : vid. supra II, 256. VI, 361.

102. σοφίην edd., σοφίης nos ex II, 296. VI, 452. — τε edd., δὲ nos, ut jam voluit Holsten.

113. ἐνὶ πάτρῃ edd., quod hîc quidem mire languet. Neque, unde apti sint genitivi, tum intelligi potest; nisi hîc quoque, ut II, 278, ad genitivos qualitatis confugias. Quod quum parum credibile sit, ἐνὶ πάτρῃ hîc quidem ex v. 109 irrepsisse credo, extruso genuino vocabulo. Id vero vix aliud esse poterat, quam ἐπινοίῃ. Usus est eo imitator IV, 262; ipse poeta autem simillime πραπίδων μανίην VI, 557, et πραπίδων νόον ibid. 564 dixit.

124. ἦν edd., εἰ nos : vid. supra. — μὲν edd., μιν H, quod recepi fuitque recipiendum, nisi velles post v. 125 quædam excidisse de noxiis stellis, quemadmodum utræque statim v. 126 et 128 opponuntur.

130. ἀφῆκεν edd., ἐφῆκεν nos.

132. Post hunc versum hujuscemodi verba excidisse :

> ἀστέρες ὅσσα τελοῦσι, τάδ' αὐτίκα νῦν καταλέξω,

constans poetæ usus evincit. Vid. supra, ubi argumentum enarravi.

147. Post Παφίης inserui δ'.

161. παλαιῶν edd., ματαίων conj. A, non male. Sed μάλ' αἰνῶν magis videbatur ex poetæ consuetudine dictum esse.

169. ἐπὶ πλέον G, quod restitui; ἐπιπλέον ed., non monito lectore.

172. ἀστέργους G, sed « literam γ in verbo ἀστέργουσι alio prorsus et peregrino charactere expressam in Ms. notabam. « GRON. ἃ στέρξωσι H et in marg. : « ἀστέρξουσ' Mscr., » ἃ στέρξουσι J. Hinc ἃ στέρξουσ' scripsi, ἃ στέργουσ' ed., e conj. D 225.

178. μεγάλοις ἀλόχων edd., μεγάλαις ἀλόχοις conj. R : ita enim voluise videtur, quum in nota μεγάλοις scribatur. Et videtur sane commendari infra VI, 130 sq. :

> ἤτοι ἐπ' οὐτιδαναῖς ἢ ἀνάξια μαχλοσύνῃσιν
> ἔργα μετερχομέναις ζυγίοις ἡρμόσσατο λέκτροις.

Hîc tamen propter apertam sequentis versus oppositionem, quo de illegitimorum amorum bona fortuna agitur, ad normam v. 77, de quo supra dictum, scripsi μεγάλων ἀλόχων.

180. τοχέων ἄμετρον GH, τοχέων δέ τ' ἄμετρον ed., sed præf. p. XI τοχέων δ' ἔκμετρον conjecerunt. D 615 ἀμέτρητον conj., sed addit : « sed quomodo ἰδίη, si τοχέων? sensus requirit τοχέων ἀπάνευθεν ἔδωκεν : *nempe per nuptias adquirunt magnas opes a patrimonio sejunctas.* » Hic sensus, per se quidem optimus, emendationi non inest, sed potius tale quid requirit : ἰδίην τ' ἀλόχων τ' ἀμέτρητον. Sed dicendum erat propriam possessionem hereditate a parentibus traditam esse, ut supra v. 22 κλήρου παρὰ πατρός dictum erat. Hinc scripsi τοχέων ἀπ' ἄμετρον, non sollicitus de trochaica cæsura.

185. τ' ἄλοχοι τίουσ' ἅμ' ἀκοίτας GH, γ' ἄλοχοι τίουσ' ὁμοχοίτους ed., illud ex sua, hoc ex D 335 emendatione. Scribendum erat τ' ἄλοχοι τίουσί τ' ἀκοίτας.

188. τ' edd., δ' nos. Post hunc versum lacunæ signa posui, quia nullis machinis sequens ἀμφιέποντας huic versui adnecti potest. Facile autem quædam intercidere potuisse loci similes monstrant : II, 152-154, 247-249. III, 317 sq.

193. Hunc versum huc ex II, 255 intrusum arbitror.

197 sqq. καὶ δ' αὐτοὺς GH, καὶ δ' αὐτὰς ed. e conj. D 650. — 198. χορεσσάμεναι G, χορεσσάμενοι H ed. e conj. ejusd. l. c. — 199 ἄλλους GH., ἄλλας ed. e conj. ejusd. l. c. Sed si ita genera permutantur, valde dura est v. 200 subjecti mutatio : πολλάκι δ' αὐτοχερὶ σφετέρων ποσίων ἐδάμησαν. Itaque satius duxi femininis ubique restitutis v. 197 αἱ δ' scribere. Addit, ne mulieres quidem perductas corruptoribus suis fidem servare, sed et ipsas adulteria circumspicere.

216. Post hunc versus plures intercidisse jam supra monui.

225. ἢ edd., ἠὲ nos ex 298.

226. ἑῶσιν edd., ἕωσιν AR corr. in præf. p. XLI, sed scribendum erat ἔχωσιν.

235. ὅτε edd., ὅγε nos e conj. R : vid. infra 286; VI, 605.

236. ἢ ἄγαν αὖξιν G, ἢ ἄγαν αὐξεῖν MHJ, ἠέ γ' ἄναξιν ed. e conj. D. 335, contra Nostri usum, qui ἠέ τ' ἄναξιν scripsisset. Ego tamen ἢ καὶ ἄναξιν prætuli.

239. θαλάμοις, λήιοισι (non θαλάμου, ut notant AR) G, θαλάμοις, ληΐοισι ed. D 342 varia tentat : νειοῖσι pro λήιοισι, tum θαλεροῖς λήιοισι vel χθαμαλοῖς, denique *thalamos* non proprio sensu accipiendos putat, sed de *matrimoniis.* Et poterat etiam εὐχαλάμοις λήιοισι conjici. Hæc omnia vana : scripsit μελάθροις λήιοις τε, conjuncturus domorum possessionem cum agris et gregibus : cf. ad II. 448.

240. Comma in edd. post λείαις positum ante ἀγέλαις fixi. Post communem notionem singulorum enumeratio sequitur.

246. δεινὰς ἄτασγ' G, δεινὰς ἄτας γ' ed., δεινάς τ' ἄτας nos.

248. δ' εἰ κέντροισιν ἐπεμβεβαῶτες ὁρῷντο edd., nisi quod ed. ὁρῷντο. Lectio absurda e Gronovii nota emendari poterat : « In marg. γρ. δ' εἴγε σὺν ἠελίῳ ἐπεμ. » Inde aut scribendum δ' εἴ γε σὺν Ἠελίῳ βεβαῶτες aut δ' εἴ γε σὺν Ἠελίῳ κέντροισιν, ita ut ἐμβεβαῶτες ex aliis locis explicandi gratia additum sit. Posterius præferendum videatur ob III, 47 ἔξοχα δ' εἴ γε σὺν Ἠελίῳ τόδε κέντρον ὁδεύοι. Sed hîc quidem de centris non est sermo, et prius diserte nota marginali innui videtur.

253. δ' interserui. Sed haud scio an scribendum sit εἰ μή τις δ'.

255-57 hoc ordine in G leguntur :

> ἤτοι ναυφθορίῃ γὰρ ἢ ἐν πελάγεσσιν ἐόντες
> κύμασιν ἐρρέσθησαν, ἢ ἐν πολέμῳ κρυόεντι,
> ἢ ποταμῷ στυγερῷ ζωῆς χάριν αἰνὰ μογεῦντες.

In his nihil mutarunt AR, nisi quod ex emend. D 648 ἐρραίσθησαν dederunt. Sed R aliquid turbatum esse perspiciens totum locum ita constituit :

> ἤτοι ναυφθορίῃ γὰρ ἢ ἐν πελάγεσσιν ἐόντες
> κύμασιν ἐρραίσθησαν, ἢ ἐν ποταμῷ κρυόεντι,
> ἢ πολέμῳ στυγερῷ ζωῆς χάριν αἰνὰ μογεῦντες
> 259 πέρνανται σφιγχθέντες ἀεικελίοις ὑπὸ δεσμοῖς,
> 258 ἢ ὑπὸ ληϊστῆρσιν ἢ ἐν χάρμῃ δορίληπτοι.

In his plura displicent : et quod, quum de violenta morte sermo sit, tantum de captivitate, non de

nece bellica memoratur; et quod pugnæ mentio interjectis latronibus dispescitur; neque ποταμῷ κρυόεντι magnopere arridet. Hinc locus potius ita constituendus erat :

ἤτοι ναυφθορίῃ γάρ, ἢ ἐν πελάγεσσιν ἐόντες,
ἢ ποταμῷ στυγερῷ, ζωῆς χάριν αἰνὰ μογεῦντες
κύμασιν ἐρραίσθησαν, ἢ ἐν πολέμῳ κρυόεντι

* * * * * *

Ζωῆς χάριν αἰνὰ μογεῦντες melius convenit iis, qui, ut imitatoris verbis utar IV, 399 sqq., πολλάκι ναυφθορίῃσιν Χείματος ὀρνυμένου βίοτον λείψουσι δι' ἅλμης, Νηχόμενοι Μοίραις βαιὸν χρόνον ἐν πελάγεσσιν, quam iis qui fortiter pugnantes occumbunt. Et quam multus est Quintus in describendo operoso Ajacis minoris obitu! Interitus autem in bellis non dubito quin pluribus fuerit expositus in tanta totius loci garrulitate.

261. ἢ ὅτ' edd., ἢ πότ' nos, ἠέ τ' conj. A. — ἠπείροισιν edd., ἠερίοισιν nos, quamquam etiam alia scribi potuerunt ut ἠλιβάτοισιν.

264. ἠδὲ καὶ ἡμερίῃ GH, ἠδὲ καὶ ἡμερίῃ ed. e conj. D 649 : *etiam hæc in die fiunt*, quod non minus falsum quam quod in marg. H adscriptum : *diurna nativitas*, hoc enim ἡματίῃ dicendum erat, ut II, 425. Sed hîc omnino de hoc discrimine non agitur. Scribendum fuit ὡς δὲ καὶ ἡμερίοις : vid. de illo III, 226. VI, 480, 556, 572, de hoc II, 7, et I, 167.

269-271, ita in G leguntur :

ἣν δ' ἀγαθὸς κέντροιο κρατῇ, ὀλοὸς δ' ἀπόκεντρος,
πρηΰτέρας δὲ τρίγωνοι ἀεὶ τελέουσιν ἀνίας
σχήματι συμφώνῳ, καμάτων τ' ἀπέλυσαν ἀπ' αἰνῶν.

Sed ad v. 270 « in ora MS. notatur hunc postponendum sequenti versui. » GRON. Et in H postpositus est versui 271 et in marg. hæc annotata : « Hi duo versus transpositi in apographo. » Hinc mireris, editores γε ante τρίγωνοι pro δὲ intrudere quam codicis notam in re aperta sequi maluisse. Præterea τ' importunum post καμάτων tollendum erat.

272. ὑποδερχόμενοι edd., ἐπιδερχόμενος nos, duplici mendo expulso : vid. VI, 66, 103, 137, et IV, 373.

276. ψυγμῷ edd., ψυχμῷ nos ex II, 443.

277. ἢ edd., ἠδ' nos.

281. ἧττον edd., ἧττον' H, ἧσσον' nos.

283. ἐνὶ edd., ἐν nos.

312. γὰρ edd., falso; neque enim causa, sed potius consequens antecedentis membri adnectitur. Hinc scripsi δ' ἄρα. — αὗται edd., αὐταὶ nos; nisi forte ἄνδρας scripsit.

328. πρήξεσι δ' edd., πρήξεσιν nos ex emend. AR in præf. p. XLII.

334. καὶ τ' G, καί τ' ed., καὶ δ' nos.

338. κακὴ πόλιν ἔδραμεν αἰνὴ GH, κατὰ πτόλιν ἔδραμεν αἰνή ed., κακὴ περιδέδρομεν αἰεί nos ex II, 298 φήμη δὲ κακὴ περιδέδρομεν αὐτούς. Etiam alia tentari poterant, veluti περιδέδρομε πάντῃ vel πόλιν ἔδραμεν αὐτῶν, quamquam πόλιν non puto sanum esse.

339 sq. ἢ κατὰ χώρης, τὴν δ' αὐτὴν G, ἢ κατὰ χώρης, τὴν δ' αὐτὴν ed., disjectis, quæ conjungenda erant. Hinc scripsi ἢ κατὰ χώρην τὴν αὐτήν : cf. II, 431 κατ' ἀταρπόν, 394 sq. κατὰ κύκλον, et similia alia. — Initio Ἑρμῇ ex GH revocavi, pro quo Ἑρμῆς ed., sine causa.

351. μολπαῖς τ' G, μολπῇσιν ed., μολπῇσί τ' nos ex emend. D 314, qui tamen μολπαῖσί τ' scripserat. Quare et qualis lacuna post hunc versum sit, supra dictum. Poteris animo hîc repetere v. 334 :

εἴκελα καὶ δ' ἄλλαις ἐπιμαρτυρίαις τελέουσιν.

356. παλαισμοσύνῃσιν edd., παλαισμοσύνῃσί τ' nos e conj. AR.

357. πυγμαχίῃσι μεγασθενέες edd., πυγμαχίῃσί τ' ἀγασθενέες nos, quod prætulimus alteri, in quod quis incidat, πυγμαχίῃ τε μεγασθενέες.

360. Post hunc versum lacunam esse, jam supra dixi. Nam et σχῆμα deest quo συνόντες sunt, et quid tribus his figuris portendant, prorsus omissum, ad quod referatur v. 361 ἔξοχα δ' αὖτε τρίγωνοι.

363. εἰ δὲ κενῶς G, εἰ δ' εκεν ὡς J, εἰ δέ κεν ὡς H ed., paullo melius. Sed patet scribendum fuisse εἰ δὲ καὶ οἷς. — φανείειν G, φανείεν M, φανεῖεν HJ ed., φανείῃ nos : vid. 383.

364. φέρτερόν edd., φέρτατόν nos.

374. ἐξανύοντ' edd., ἐξανύονται nos. — μενοινή GH, μενοινή ed., μενοίνων nos, et ita etiam *Letronnius* conjecit.

377. δειλοὶ et ὑποπεπτηῶτες ed. propter sequentia. Sed ne sic quidem hæc bene cohærent. Patet versum excidisse, et accusativos restituendos esse.

378. ἐνὶ edd., ἔνι nos e corr. AR in præf. p. XLII.

383. ἐνὶ edd., ἐπὶ nos. Scripsisset enim ἐν.

384. ἠδ' G, ἦδ' H ed., ἢ δ' nos.

386. ὁππότε GH, ὁππότ' ἂν ed. e corr. Herm. Orph. 750, ὁππότε δ' nos.

392. θηλυτέροις δ' ὅποτ' G, sed δοτ' M et δ' ὅτ' H, δ' ὅτ' J. Hinc θηλυτέροισι δ' ὅτ', non θηλυτέροις δ' ὁπότ' scribendum erat.

400. δήσατ' edd., inepte; *adstrinxit* vertit G. Scripsi μήσατ'.

410. ἐκτὸς Φαέθων ἀποκλινθῇ edd., δεκτὸς φαέων ἀ. H, et in marg. « i. e. τῶν φαέων τὸ τῆς αἱρέσεως. » Vulgatam falsam esse facile patuisset loci argumentum accuratius examinanti : dicendum enim

erat, si et Sol et Luna extra centra essent, unde tum vitæ initium computandum esset. Ne quis autem Lunam versu sequenti emendando ἡ δ' ἄρ' — νίσσηται προθέουσα inferendam ratus, Φαέθων de Sole intelligat, tenendum eo nomine apud hunc poetam semper *Jovem* planetam, nunquam *Solem* dici. Itaque scripsi ἐκτὸς δύο φῶτ' ἀποκλινθῇ (vid. 376, 383, 398; VI, 649); pro quo si etiam ἐκτὸς δύο φάεα κλινθῇ (vid. 364; VI, 720) scriptum fuit, intelligitur, quomodo ex φ^{ωτ'}άεα oriri potuerit Φαέθων, quo admisso δύο expelli debebat.

411. ἧτ' ἂν ἐπὶ μοίρεσσι G, ἥτ' ἂν H, ἡ δ' ἂν ἐπὶ μοίρῃσι ed., hoc e corr. Herm. Orph. 716. Ut hæc antecedentibus aptarentur, ἠδ' ἄρ' ἐπὶ μοίρῃσι scribendum erat; et ἄρ' jam conj. A.

416. εὕροις edd., εὕρῃς nos : vid. supra.

418. κείνου τε περιμοιβαῖσι δάσασθαι G, κείνους τε περὶ μοιραῖσι δ. H, κείνου τε περὶ μοίρῃσι δ. ed. e conj. Herm. Orph. 716; κείνους τέ περ ἠμοιβαῖσι D 651 barbare. Sed ne δάσασθαι quidem sensum præbet. Patet ejusdem vocabuli terminationes hîc et sequente versu commixtas esse; ibi enim importune legitur μοιρῶν τε. Hîc vero scribendum : κείνων τε περὶ μοιρῶν δεδάασθαι, h. e. *et de illorum signorum partibus observare debes*, i. e. observare, quibus in partibus singula nativitatis signa oriantur. Multus est de his partibus signorum Manilius.

419. μοιρῶν τε edd., inepte. Nam quæ partes intelligantur? Scripsi μοίρῃσι, h. e. ex partibus, in quibus signa apparent, de vitæ annorum numero conjecturam facere possis.

424. αὐτοίγε G, αὐτοί γε ed., inepte : neque enim radii ipsis stellis, sed συναντόμενοι figuris supra memoratis (τετράγωνος et κατταντιπέρην) opponuntur. Hinc αὖ τοίγε distinxi.

LIBER SEXTUS.

4. καίπερ θανάτῳ θυμὸν edd., mira mortis commemoratione, ad quam defendendam male adhibeas Flav. Vopisc. Florian. 3 : « hæc — credidi prælibanda — ne fatali necessitate absumptus Probo indicto deperirem; » et Prob. 1, « si vita suppetet, omnes, qui supersunt... dicturus; » et si qui sunt similes loci. Certe πέλας ὄντα seu tale quid pro μογέοντα scribendum fuit. Hinc emendavi ordine etiam verborum mutato : θυμὸν καίπερ χαμάτῳ μογέοντα. Intelligit laborem siderum cognoscendorum arduum, de quo sæpius admonuit Manilius.

25. καὶ ὅσσοις γιγνομένοισιν G (non ὅσοις, ut notant AR); καὶ ὁπόσσοις γιγνομένοισιν ed., ὅσοις ἔπι γεινομένοισιν nos.

32. ἐπέχων edd., ἀπέχων nos : abstinet procul ortum a Sole.

41. θρεφθέντ' GH, sed « MS θαιφθέντ', quibus superscr. ῥεφθέντ'. » GRON. θρυφθέντ' ed.; ῥαχθέντ' conj. D 413, ῥαισθέντ' id. 649. Mirum neminem vidisse, nihil aliud in cod. scriptura latere nisi θλιφθέντ', quo verbo etiam III, 263; VI, 612 utitur.

45. ἂν addidi.

49. ὄλοντο edd., quod non intelligo. Nam infantes, qui primis in partus doloribus moriuntur, profecto non moriuntur prope pedes matris. Nec dubitari potest, quin quæ 51-59 de expositi infantis sorte demonstrantur, ad eundem de quo hic sermo est pertineant. Jam patet eum, quum exponatur, non potuisse in ipso partu mortuum esse. Hinc ὄλισθον pro ὄλοντο scripsi.

58. ὀπαὶ GH, ἀπαὶ ed., ἀπὸ nos.

59. ἐνούλησεν GH, αἴν' ὄτλησεν ed., quod jam propter spondiacam clausulam suspectum; αἰνὰ ἔτλησεν D 672 vitioso hiatu, qui facile vitari poterat αἴν' ἀνέτλησαν scribendo.

68. δουλοσύνῃ-ὀϊζυρῇ G, οἰζυρῆς H. Restitui genitivos oriundos ex Od. X, 423, ubi Bekkerus demum δουλοσύνην scripsit, vereor ne ex sola conjectura. Certe neque ex Harlejano neque ex Vindobonensibus Alteri quidquam adnotatum video.

69. ἔοι G, quod restitui; ἔῃ ed. e conj. Holstenii.

80. βρέφος εἰς τόσσον G, quod restitui, nisi quod ἐς, ut et habent HJ, correxi; τόσσον βρέφος εἰς ed. e conj. D 672.

90. ὁ δ' G, ὅδ' H ed., ὅγ' nos : cf. 173.

98. τέ μιν edd. H, τ' ἔμεν nos e conj. A. Alius hîc quoque versum intercidisse suspicetur hoc fere modo supplendum :

> ῥίπτουσ' ἐς βαθὺ χῦμα [πολυφλοίσβοιο θαλάσσης
> ἢ κατὰ κρημνοῦ] χύρμα βορήν τ' ἔμεν οἰωνοῖσιν.

99. γένονται G, γίνονται H, τοκέεσσιν ἔσονται ed.; sed γένοντο, quod tam familiare nostro est, restituendum fuisse patet.

106. φαινόντων edd., βαινόντων nos e conj. A. — ἢ ὅτε τοῖσιν GH, sed ἢ ὁτεοῖσιν M; ἠέ τε τοῖσιν ed. e conj. R, ἠέ θ' ἑοῖσιν nos : cf. v. 181.

113. ἧεις G, ἥεις H, ἠΐες ed. e conj. D 678 (non 684), ἧεισ' nos, quod etiam AR in præf. p. XXVI et XLV commendant.

120. ἐξανύωσιν GH, ἐξανύῃσιν ed.; nos illud restituimus, lacunæ signis post versum positis. In ea lacuna sermo erat de *Sole* et *Luna*, qui v. 12? indicantur. Cf. IV, 414 sqq.

122. Etiam post hunc versum lacuna est, ut hians sententia et omissum Lunæ nomen satis indicant : cf. VI, 40, 78, 495.

130. ἢ GH, quod revocavi : οὐτιδαναί enim sunt genere ignobiles (cf. 178); καὶ ed.

137. αὕτη edd., αὔτη J, αὐτὴ H et nos, et ita etiam voluerunt AR in præf. p. XLVI.

153. Post hunc v. lacunam esse recte vidit A : « Nos aliquid, quod apodosin contineret, post hunc versum excidisse sentimus. Cf. VI, 258 et 678. »

167. τοῖσιν γὰρ edd., τοῖσι δ' ἄρα nos, quoniam hîc quoque non causa, sed consequens antecedentium indicatur.

172. ἤτοι κατὰ κέντρον ῞ὔης (sic) G, ὑὴς H, ἤ που κατὰ κ. ἴησιν ed.; ἤτοι κατὰ κ. ὑπείῃ conj. D 676, ἦχοι κατὰ κέντρον ὑπ' αἴης R, ἦχοι Παφίης κατὰ κέντρον Letronn. Hæc omnia tentata sunt nulla sequentium habita ratione, quæ aperte ostendunt scripsisse poetam ἤτοι κατὰ κέντρον ἐφ' ὥρης : cf. infra 380, 480.

175. πατέρων, σφετέροις τε τοκεῦσιν G, π., σ. τ. τέκεσσιν ed. e conj. D 676, quod falsum esse ipse intellexit, quoniam tum παρθενίης ζώνην λύσαντο nullo modo dici potuit. Neque vero de *avis* cogitandum, quos inferre volebat idem pro σφετέροις scribendo κείνων vel πατέρων. Non dubito, quin duobus verbis transpositis scribendum sit : κασιγνήτοις σφετέροις πατέρων τε τέκεσσιν. Illi fratres sunt ὁμογάστριοι, hi patris filii alio ex toro nati. Cf. 196, πατέρων δλοῇσιν Παλλακίσιν συνέμιξ' ἢ μητρυιῇσιν ἔῃσιν, et 204, αὐτοκασιγνήτων σφετέρων συνέασιν ὁμεύνοις.

180. ὑπείῃ GH, ὑπείῃ ed., de qua re supra dictum. Sed emendandum erat ἐπείῃ : vid. VI, 115, 410, 535, 706.

182. κρυπταδίοις edd., κρυπταδίως nos e conj. A. Alius scripsisset κρυπταδίοις δολεροῖσί τ'; sed Noster non amat epitheta ornantia per copulas jungere.

192. Hujus versus conjunctio per particulam γάρ confecta demonstrat hujuscemodi versum ante e..m excidisse :

ἢ μάλα γεινομένοις ταραχὰς ὤπασσ' ἐπὶ λέκτροις.

Vid. supra III, 96 sq.

ἐν δὲ μεσουρανίῳ θνητοῖς ἔργ' ὤπασε κέντρῳ·
ἤτοι γὰρ σοφίης βίοτον καλάμοιό τε γραπτῶν etc.

200. Τίτην G, Τιτὴν ed., Τιτὰν nos : vid. supra.

204. συνέουσιν edd., συνέασιν nos, ut indicarunt AR in præf. p. XLVI.

205. δ' interserui.

208. γένοντο, ἴδ' GH, γένοντ', ἠδ' ed., γένονθ', οἱ δ' nos ex emend. Herm. Orph. p. 750.

209. αὐτοὶ δ' αὖ edd., quod aperte falsum est, quum nihil novi adjiciatur, sed, quæ jam dicta sunt, accuratius explicentur. Quare αὐτοί τε scripsi; de productione vid. Herm. Orph. p. 710 sq.

211. αὐτὸν conj. D 676 sq., quia sane ὡς non potest cum nominativo et infinitivo construi. Sed nec tam abrupta ex plurali in singularem transitio probari potest. A λωβήτορά γ' αὐτὸν conj., et particula importune adjecta, et pronomine non illuc, quo debet, relato. Vid. ad sq. v.

212. δέχνυσθαι ξυνίῃ στονάχῃ G, στοναχῇ H, δ. ξενίης στοναχῇ ed., quod æque non intelligo atque δ. ξυνῇ στοναχῇ propositum a D 677. Scribendum fuit δέχνυνται ξενίῃ σκότίης, quorum duo priora idem l. c. jam dubitanter invenit. Postremum jam Homerico commendatur σκότιον δέ ἑ γείνατο μήτηρ Il. Z, 24; et cf. IV, 57 ἀνὴρ ὀρφνήεις. Theocr. XXVII, 66, ἀνίστατο φώριος εὐνά.

214. ζῴων ἐνὶ μήνην GH, ζώων J, ζώῳ ἐνὶ Μήνης ed. e conj. R. Sed vice versa ζώοιν ἐνὶ Μήνην scribendum fuisse monstrant v. 216, 220. Ἄμφω hîc pro genitivo, ut δύω 82, refertur ad utrumque conjugem.

216. πέλοι edd., πέλει J, πέλῃ nos. — ἀνδρὸς G, ἀνδρί ed., non monito lectore, sed rectissime.

219. ταῦτα edd., ταὐτὰ hîc quoque nos.

220. ἀλόχῳ ἐνὶ edd., ἀλόχοις ἐν nos, illud propter ἀνδρῶν versu sequenti.

223. σχήματα edd., σήματα nos ex emend. D 677.

232 sq. κατόπισθ' ἐπιόντες Δῶχαν καὶ edd., particula καὶ alieno loco posita. Itaque scripsi καὶ ὄπισθ' ἐ. δ. ἀεί.

251. λάβονται H edd., λάβοντο nos e corr. AR in præf. p. XLVI.

253. ἄλλοι δ' ἐν ζώοις δισσοὶ edd. δισσοῖς H, bene : cf. 256 et supra 233. Sed præterea quales stellæ ad hoc beneficium requirerentur, dicendum erat, et junctura amborum membrorum restituenda. Id feci scribendo καλοί, ἴδ' ἐν ζώοις δισσοῖς.

255. παῖδες edd., παιδὸς nos : cf. infra 336 sq.

261. τὸ δὴ λίπον ὦκα edd., sed τὰ δηλιπονωκα M, τὰ δ. λ. ὦ. H, ταδηλιπόνωκα J, unde pluralem pronominis restituendum fuisse, etiam multitudine eorum quæ prætermisit commendabilem, quis non videt?

270. ἠ-δρώῃ GH, εἰ-δρῴη ed., sed concinnitatis gratia emendavi ἠ-δρώσης.

275. οἱ γάρ του G, οἱ γάρ που H, sed cum nota « γάρ του MS » ; οἱ γάρ τοι ed. Falsum esse patet; sed vario modo emendari potest, aut οἱ δ' ἄρα τοι, aut οἵγ' ἄνδρες, aut οἱ πάντως, sed prætuli οἱ μάλα τοι propter usum particulæ Nostro familiarem.

288. ἠέ γ' edd., ἤτοι nos.

295. δ' ἄρα πως ἄστρων κατ' ἀπείριτον edd., sine omni sensu. Scripsi δ' ἀγαθῶν ἄστρων παναπόστροφον, quod aliis locis hujus libri (127, 406, 650, 651)

ita firmatur, ut non opus sit pluribus probare.

299. αὐτοὶ edd., sed inepta est inter pudenda abjecta et ipsos homines mendicantes oppositio, quam nec Quinto I, 744 adhibito defendas. Quare λιτοὶ scripsi, quam vocem et ipse habet II, 488; III, 312, et imitator IV, 283.

304. παῖσιν edd.; correxi.

305. ἐπὶ edd., περὶ nos, ex constanti usu.

312. ἀφ' edd., ἐφ' nos.

315. τ' ego addidi. Nisi potius ὁππότε δ' οὖν ὥρης etc.

321. ἀρ G, ἄρ ed., ἄρα nos.

327. Post hunc versum sine dubio lacuna est, qua de Sole et Luna sermo erat. Nunc demum intelliges, quid sibi velit v. 328 ὃς μὲν γὰρ φαίνει πατρὸς γόνον, ἡ δ' ἄρα μητρός. Jam in H ad marg. adnotatum erat : « deesse videtur aliquis versus. » Quod judicium recte probavit R, dum A scribendo ὃς μὲν δ' ἂρ medicinam quærit, illati solœcismi securus.

329. μήδ' ἤν τινι G, μηδήν H, μηδ' ἄν τινι ed.; μὴ σύν τινι conj. R, μηδ' οὖν τινι A; sed scribendum erat μὴ δή τινι. — συνάπτοι G, quod restitui; συνάπτῃ ed., non monito lectore.

346. ἠείχελα G, « superscr. ἠΐκελα » GRON. ἢ ἴχελα J, ἢ ἴκελα H ed., quod ferri nequit. Poeta εἰκέλια scripserat, formam etiam alibi obviam : II, 494. III, 237.

350. σοφίης G, σοφίης ed., σοφίῃ nos. Nisi σοφίαις dederat.

355. Post hunc v. lacuna. Neque δύνοντι per se dicitur (cf. III, 18. VI, 26), sed additur κέντρῳ, et deest etiam verbum finitum.

359. καὶ δ' ἄρα κ'ἦν G, κ'ἐν H, καὶ δ' ἄρα καὶ ed.; pro quo etiam ἐν δ' ἄρα καὶ conjiciunt. Ego prætuli καὶ δὲ καὶ ἐν. — στερεοῖσιν ed., στερεοῖσι δ' nos ex emend. D 293.

362. ἐνυγροῖσι G (non ἐνύγροισι, ut AR notant et scripserunt), ἐν ὑγροῖσι H et ita D 339, quod recipiendum erat.

380. δύναντι edd., δύνοντι nos.

389. σήμασιν edd., sed σήματος MHJ, σχήμασιν conj. D 677. Ἀμοιβαίοιο σήματος χαράκται intelligendi sunt monetæ cusores. Alius κέρματος prætulerit, sed pecuniam commercio ex aliis in alias manus transeuntem per adjectivum ἀμοιβαίοιο satis clare designari arbitror. — γε edd., κε nos.

400. δρῶντο GH, δρῶνται J ed., δρῷτο scripsi propter ῥέζει v. 403.

401. ἄλλα τε H edd., αἰόλα nos e conj. R, qui etiam ἄλλα τε hîc servatis v. sequente πολλά τε tentat. Sed cf. II, 320. VI, 522.

420. ἠέ τ' edd., ἠδέ τ' nos.

426. κείνην GH, κοινὴν ed., sed hoc, opinor, ξυνὴν dixisset. Scripsit κείνων, hoc sensu : « si *Jupiter* testis fuerit, dum illi, i. e. *Mars* et *Saturnus*, viam quadrupedum signorum persequuntur. »

427. Post Κύπρις propter productionem γ' addiderunt AR, quod sæpius jam explosimus. Illa productio habet aliquid fulcri ex interpunctione; potest vero etiam varie emendari, ut aut ἠὲ Κύπρις σφετέροις (vid. II, 219), aut ἢ Κύπρις, οἵγ' ἑτέροις, aut ἢ Κυθέρη, ἑτέροις scribatur. In re tam incerta vulgatam retinui.

429. κλείνωσ' GH, κλίνουσ' ed., errore ut puto.

430. ἀστέρες ἄλλον ὅρος G, ἀ. ἄλλου ὅ. HJ, ἀστέρος ἄλλου ὅ. ed. sine sensu, ἀστέρες ἄλλοι, ὅταν D 679, quam ultimam vocem in memoranda conjectura prætermiserunt AR. Scribendum : ἀστέρες, ἀλλ' ἐν ὅροις : illæ stellæ sunt Mars et Saturnus, et in finibus Saturni huic congredi dicitur Luna.

433. θ' ὑφανόωντας GH, quod restitui patrono Lobeckio Rhemat. p. 155, τ' εὖ ὑφόωντας ed. e conj. A, ἐξυφόωντας D 533.

434. περόνησιν edd., βελόνῃσιν scripsi ex emend. Lobeckii Phryn. p. 90. Acubus, non fibulis laceræ vestes sarciuntur.

444. ὑπ' edd., ἐπ' nos. Vid. D 607-609 de his artificiis exponentem. Multus est etiam Manilius de his, ex quo locos quosdam adscripsisse lubet, nostris simillimos : V, 445, *viduata volant pennis et in aere ludunt;* ibid. 439, *corpora, quæ valido saliunt excussa peteuro;* ibid. 654, *cœli meditatus iter;* ibid. 653, *certa per extensos ponet vestigia funes.*

445. Hunc versum, quum inprimis propter illud πείρασι γαίης multo melius convenire videretur *mangonibus* — hi enim sunt παίδων πρηκτῆρες, ut recte interpretatur D 679 — quam *funambulis*, post v. 447 poni jussi.

458. καθορώῃ edd., καθορῴη nos.

459. μυσεραῖς edd., μυσαραῖς nos e corr. D. 659; et voluerunt jam AR in præf. p. XLVII.

470. ἐνθέντες H edd., ἀρθέντες nos ex emend. D 679 : cf. II, 479 αἰὲν ὑπὲρ θνητοὺς πυκιναῖς πραπίδεσσι νοοῦντας.

473. μάντεις edd., μάντιες nos, et voluerunt AR præf. p. XLVII. — τ' post ἀστρονόμοι addidi.

474. τ' post θυέων addidi : duplex innuitur vatum genus, extispicum, et qui ex aliis sacrificii signis, ut flamma et igne, vaticinantur.

476 sq. ἔμπαλι δ' Ἑρμοῦ κεῖνοι γ' ἀλλήλων GH. ὃς πάλι δ' Ἑ., κεῖνοί τ' ἀλλήλους ed., prius et postremum ex emend. D 679; facilius etiam, opinor, scripsimus : ἔμπαλι δ' Ἑ. κεῖνος, ἴδ' ἀλλήλους.

484. βροτοῦ edd., βροτῷ nos.

485. ἐφέσπηται, πολύπλαγκτόν G, ἐφέπηται π. HJ, ἐφέπῃ πουλύπλαγκτόν ed. e conj. D 672, forma hic

quidem suspecta. Itaque ἐφέπηται, ἀλίπλαγκτόν prætuli.

499. κατ' αὐτὸν GH, καθ' αὑτοῦ ed. e conj. D 642, pronominis forma Nostro inaudita; κατ' αὐτὸ nos.

501. ὀλοῇσιν ἐπακταῖς G, ὀ. ἐπ' ἀκταῖς H ed. Piratas sine dubio intelligit; sed cur nautis hi in litoribus tantum, non in mari insidientur? Scripsi ὀλοαῖς ὑπ' ἰωκαῖς.

503. πρίν γε edd., πρίν τε nos.

506. ἠὲ ῥυθμοῖο H edd., εὐρύθμοιο nos e conj. A.

507. ἄνδρας ἐόντας edd., ἴδριας ὄντας nos : cf. II, 335. IV, 186.

508. θῆκαν, ἢ GH, θῆκαν, καὶ ed., θήκαντ', ἢ nos e conj. D 680. — λάλους edd., λάλοις nos.

538. ἀγείρονται edd., ἀγείροντες nos : vid. 299, 656, ne Nostrum a constanti usu defecisse putes. Et si medium recte haberet, etiam insolentiorem ferre deberemus accusativum πόλιας πλάζονται.

543. ἐν στέρνοισιν edd., quod quamquam propter τέχνας defendi potest, tamen vix sanum est. A αἰθερίοισιν vel ἀενάοισιν, R οὐρανίοισιν conj., et possunt alia tentari. Sed simplicissimum est ἐν σφετέροισιν : cf. 226 ἀλημοσύνῃσιν ἑῇσιν, et de præpositione ἐν jam supra dictum.

544. δ' ἤπειτα edd., δὴ ἔπειτα conj. AR in præf. p. XLVII; nos δ' ἄρ' ἔπειτα prætulimus.

554. Ἑρμῆν edd., Ἑρμῆς nos.

560. παραβλῆτας edd., παραπλῆγας nos ex emend. Lobeckii Parall. gr. Gr. p. 237.

563. σύν τε GH, quod restitui; σύν γε ed.

568. Errore ἐν ante κέντρῳ legitur in ed.

575. τε GH, quod restitui; γε ed. — φάει edd., φανῇ nos.

577. ὄστεα δὴ νώτοις σφετέροις φορέουσιν ἐπ' ὤμοις GH, ὤμοις J, ὀστέα δὴ νώτου σ. φ. ἐ. ὤ. ed., sensu perquam gibboso, ut ita dicam, quem tamen jam intulerat D 681 δὴ νώτων vel δὴ 'ν νώτοις (i. e. δὴ ἐν ν.!) conjiciendo. Multo melius Weigel. in Add. ad Schneideri Lexic. p. 69 δινωτοῖς conjecit. Nec tamen ossa illa placent curvis humeris imposita. Fateor plura tentari posse, ut ὕβεα vel ὕψεα vel ὄχθους δινωτοῖς etc. Sed satius duxi hîc quoque Homerum sequi, a quo Thersiten similiter describi patet : τὼ δέ οἱ ὤμω Κυρτὼ ἐπὶ στῆθος συνοχωκότε. Hinc scripsi ὀξέα δινωτοὺς στέρνοις φορέουσιν ἐπ' ὤμους, i. e. *humeros gestant acute in pectora curvatos.*

580. ἀποτμήγουσιν GH, ἀποτμήγουσ' ἴδ' ed., ἀποτμήγοντες nos, ut hæc cum sqq. et verbo finito γείνονται in unam descriptionem jungantur.

582. γείνονται GH, quod restitui; γίγνονται AR, ad quod scribendum adacti erant verbo finito ἀποτμήγουσιν supra intruso.

584. ἔτευξαν edd., ἔτευξεν nos.

592. ἀεὶ edd., ἄδεν nos, quoniam verbum desiderari videbatur. Sed haud scio an post κύπρις addendum sit ἐν.

598 sq. ἢ ἐξ ὑγρῶν H edd. Hos duos versus nullis machinis ad priora adnecti posse patet. Hinc AR utrumque uncis incluserunt. Hoc vero et facile nec probabile, quum et omnino hos libros interpolationibus prorsus vacuos viderimus, nec ulla, ob quam hîc peculiaris res interjecta sit, causa excogitari possit. Hinc puto aliam hîc memoratam fuisse constellationem, quam deprehendisse mihi videor v. 600, quem quidem his præmisi. Cf. quæ ad eum notavi. Sed quid discriminis sit inter ὑγρῶν νούσων et καθύγρων, nemo facile dixerit, et mendum subesse clamabat apostrophus ἢ 'ξ. Quare ἢ ξηρῶν scripsi. Haud scio an hæc clades V, 191 memoretur : φρυγομένων σαρκῶν ὑποτήκεται αἴθινος ἀνήρ. Sæpius autem νούσων καθύγρων mentio injicitur : II, 346, et pluribus I, 155-157. — 599 τελεῦσι edd., τελοῦσι nos.

600. τε edd., δὲ nos. Hunc versum cum sequentibus jungi non posse, abruptum demonstrat orationis filum, et particulæ quæ sequuntur ἢν δ'. Hinc v. ante 598 posui, interjectis tamen signis, unum versum periisse.

617. αὐτοῖς G, sed σὺν τοῖς MH ed., σύν τοῖς J; αὐτῷ conj. Letronn., sed scribendum erat σὺν τῷ.

621. βροτοῖς edd., βροτῷ nos : cf. 676.

622. ἕποιτο edd., ἕπηται nos.

630. νόσους edd., νόσων nos.

647. τετράγωνος G, τετράγωνοι H ed., τετραγώνου em. Letronn., quod recepi.

665. ἦν G, ἢν H, αὖ ed., ἂν nos, quod etiam commendant AR in præf. p. XLVIII.

670. γ' edd., κ' nos.

675. καλῇ G, βάλλῃ H ed., quæ est mera conjectura. Multo probabilius, præsertim in tanta loci brevitate, hîc quoque versum excidisse.

676. κατὰ H edd., quod ferri nequit; μάλα nos e conj. A.

678. ἄσπετά γ' edd., et particula suspecta, nec quo ἄσπετα referatur, perspicitur. Hinc ἄσπετος scripsi, referendum ad ὄλβος.

684. ἧεις G, sed ἧείς M, ἧεισ' H, quod recepi; ἧΐες ed. Cf. ad v. 112.

685. τῶς GH, τώς ed., πῶς nos e conj. A : cf. v. 307.

687. ἢ edd., καὶ nos e conj. A. — καθύπερθε βέοιεν G, sed καθυπερτερέοιεν M, καθυπέρτερ' ἔοιεν HJ, καθύπερτερέοιεν (sic!) ed. e sententia D 335 et 681; καθυπέρτεροι εἶεν nos ex 604.

694. γεγαῶτες ἑοῖς ἴκουσιν GH, γ. ἑ. εἴκουσιν ed., quod si verum esset, ex III, 382 explicari debe-

ret de servis, qui *cedant*, h. e. *obediant* dominis. Sed et verbum de uxoribus l. c. rite dictum non recte de servis dicatur, et omnino mira foret constellatio, servis obedientiam portendens. Hinc scripsi γεγαῶτας ἑοῖς ἰσοῦσιν, quod verbum etiam supra v. 56 certissima emendatione pro ἶσον, quod est in G, ab AR positum legitur. Æque bonum esset sed longius a codicis scriptura remotum : γεγαῶτες ἴσοι τελέθουσιν, vel ἑοῖς ἴσοι εἰσίν.

697. ἔσται edd., ἔσεται nos.

702. πέλοι edd., πέλει nos e conj. Holstenii.

707. αὐτ' ἐν κέντρῳ Κρόνος GH, αὖ Κρόνος ἐν κέντρῳ ed., αὖτε Κρόνος κέντρῳ nos ex emend. D 681.

709. ὑπ' edd., ἐπ' nos.

723. αὐλέσαντος G, « superscript. αὔλυσαντος » GRON. αὖ λύσαντος H, αὖ λεύσαντος J, et ita in M scriptum esse testatur margo H; αὖ λύσαντος ed.; αὖ λεύσσοντος nos.

730. ὅσσα γε edd., ὁππόσα nos.

733. ἐκπροφέρωσι G, quod restitui, lacunæ signis appositis; ἐκπροφέρωσ' ἃ ed. e conj. D 340. De hoc l. supra dictum.

735. μαντοσύνη γὰρ τοιῆς ἂν GH, μαντοσύνῃσι γὰρ ἂν τοίαις ed. e conj. R; μαντοσύνῃ τοίῃ γὰρ ἂν vel γὰρ ἂν τοίῃ D 682 conj., μαντοσύναις τοίῃσι γὰρ ἂν A. Omnes, quod mireris, ineptum ἂν relinquunt. Patet μαντοσύνῃ γὰρ τοίῃ ἀεὶ scribendum esse.

736. τήν δ' G, τήνδ' H, τήν τ' D l. c., i. e. μαντοσύνην; δῆθ' ed. e conj. A. Scripsi τῇδ', *hac ratione*, i. e. tacendo.

737. ἄγων G, ἐγὼν H ed., et ita conj. D l. c., qui etiam ἑκὼν proposuit. Scriptum erat ἔχων : quum *habeat* materiam, consulto omittit.

747. καὶ ὥρῃ edd., καθ' ὥρης nos : cf. 716.

753. αἰγιόχοιο edd., αἰγιόχου τε nos e conj. AR.

LIBER QUARTUS.

Transimus jam ad *alterum carmen*, quod contineri dixi *libro quarto*. Eum ab uno eoque recentiore homine compositum esse certissimo indicio est universa dictio, quæ ubique æquabilis est et sui similis. Gaudet enim verborum plurium atque variorum, sæpius idem repetentium cumulatione, quæ haud raro in inanem strepitum abit; sæpe, inprimis in describendis, quæ per constellationes portenduntur, artibus, synonyma et epitheta sine copulatione juxta ponuntur per unum pluresve versus, ut in memoriam revocent Orphicos hymnos, numina ingenti nominum et incondita multitudine invocantes. Huc maxime pertinent vocabula alibi aut nusquam aut rarissime reperta; « nam », ut verbis utar editorum præf. p. XXIV, « in uno libro quarto nova vocabula multo plura, quam in ceteris libris cunctis « continentur. » Ea hic sub uno obtutu ponere placet, literarum ordine servato : ἀγαλμοτυπεῖς 569. ἀγυρτῆρας 221. ἀεικώμους 301. ἀθεσμοφάγος 564. αἰγλάζοντας 264. αἰγλοβολήσῃ 188. αἰθερολαμπῆ 29. αἰθερονωμῶν 25. αἰθροβολήσῃ 224. αἰθροδόνητον 298. αἰθροπλανής 586. αἰθροτόκου 339. αἰθωπά 166. αἰπυπλανής 249. αἰσχεοκερδεῖς 314. αἰσχεόμυθος 57. αἰσχεορήμονας 445. αἰσχεόφημοι 592, quibus locis omnibus αἰσχρεο-in edd. legitur, quod mutare volebant AR in αἰσχριο-, recte mutavit in αἰσχεο- *Rost* in Lexici sui fasc. I (et unico!) p. 111. αἰσχρογέλωτας 283. αἰσχροδιδάκται 307. ἀκροβολῶσιν 354. ἀκροπολεύῃ 79. ἀκτινηβολίας ter. ἀλλοτυπώτων 75. ἀλλόφρων 563. ἁμαρησκαπτῆρας 252. ἀματροχίῃ 108. ἀμβλυόεσσαν 156. ἀμελάθρους 113. ἀμφιθοάζῃ 84. ἀμφοδικῶν 252. ἀναστροφίῃ 312. ἀνδρόστροφα 358. ἀντλούμενος 92. ἀντώπια 336. ἀξιόμορφοι 513. ἀξιοπιστοσύνῃ 505. ἀπόλιστα 282. ἀποπλάστορας 343. ἀποφθεγκτήρια 550. ἀπόφωλα 316. ἀρδευταί 258. ἀριστοπονῆες 512. ἀρσενομίκται 590. ἀσπορίῃ 585. ἀτέκμονας 584. ἀτίθηνον 368. ἀτράπεζος 563. ἀφθιτομίσους 234. ἀχθήμονας 501. βαθυχρήμων ter. βαρυδάμονος 318. βιοτέρμονος 77. βιοτοσκόπον 572. βλαβεραυγής bis. βολαυγῆ 431. βροτοκλώστειρα 11. βυρσοτόμους 320. γαλλομανεῖς 221. γνάπτορας 422. γονοπώτας 311. δεροεργίας 320. δεσπόσμασι 38. διαβλήτορας 236. διαποιμαίνοντες 419. διευθυντῆρας 106. διθυντῆρας 40. διμορφώτοισι 452. δινήματι 553. διπολήιδι 376. διωνυμίῃ ibid. δολοεργός ter. δοξοφόροι 514. δυσπονίης 260. δωδεκατημορίων et -ίοισι sæpius. ἐγρεσιοίκους 325. εἰαρόεντος 275. εἰκονομόρφους 343. εἰλαπινουργούς 301. ἐκθεσίην 381, 596, quod etiam 368 restituendum fuit. ἑλικάστερον 224. ἐμβασικοίτους 247. ἐμπεδολώβας 196. ἐνσινέας 113 (etiam II, 445). ἐντρυφέας 85. ἐπανοίκτορας 483. ἐπιθύμιος 565. ἐπίφοιτος bis. ἐργολάβους 330. ἑταιροτρόφους 313. εὐξοάνους 569. εὐξυλοεργούς 324. εὐτοίχων bis. ζωδιακήν 168. ζωφορίην 510. ἡγεμονηΐδας 98. ἡμισύδουλοι 600. θεατρομανοῦντας 277. θεολωβήτας 234. θεομήστορα 7. θεωροσύνην 460. θηλυλάλους 322. θηλυμανοῦντας 164. θηροβόρου 614. θηροδιδασκαλίης 245. θρασυγλωσσίας 184. θρασύθυμα 529. θρηνήτορας 190. ἱερολήπτους 227. Ἰνδογενοῦς 149. ἰξοβόλους 243. ἰχθυοθηρευτάς 243. ἰχνοβλαβέας 500. κακκανέης 324. καθαρτῆρας bis. κακοεργής bis. κακομήτορες 307. καλαμογραφίης 72. καλοβάμονας 287. κανονίσματα 191. κανονισμῶν bis. καρποσπόροι 256. κατάδειπνα 200. κατονειδιστῆρας 235. κεραμουργούς 291. κερατώπιδος 91. κηδέστορες 514. κηραγγέας 342. κλαυστῆρας 192. κλεπτήρ bis. κλυτοτέρμονος 28. κολοσσοπόνους 570.

χρατοπλαγεῖς 284. χτεανισμῶν 41. χυδοσχόπον 35. Κυθερηιάς 359. χυνηγητῆρας 337. χωμάστορας 493. λαμπραυγέτις bis. λεχανοσχοπίῃ 213. λιθογλυφίῃσι 130. λιπόπαιδα 585. λογιστονόμοισιν 160. λοξεύματα 479. λυσσομανούντων 216. ματευτάς 268. μεθυχάρμονας 300. μελουργούς 185. μελπήτορας 183. μεμαχλευμένον 315. μεροποσπόρον 577. μεσοδερχέα 583. μεταβλήμασι 522. μετεωροσύνης 436. μιμήτορας 75. μιμοβίους 280. μογοστοκίῃ 412. μοιχευτά 350. μοιχοσύνην 394. μυθεύματα 447. μυριόδοξα 175. μυσαρωπά 316. μωλυτά 254. μωρολόγους 446. μωρόφρονας 283. ναβλιστοχτυπέας 185. ναυπηγέσι 323. ναυσιβάτας 397. νεχροδερχῆ 555. νεχρονώμας 192. νεχυισμός 213. νεολαμπέα 510. νεομορφοτύπωτοι 305. νερτερόμορφα 555. νήχτορας 397. νοσόθυμον 540. νουσομελεῖς 476. νυχτοπλανέας 484. ὀθνιοτύμβους 281. οἰχτροχελεύθους 222. οἰχτρομελάθρους 33. οἰωνοσχοπιχούς 212. ὀλβήεντα 100. ὀλβομέλαθροι 504. ὀλβονομοῦντες 581. ὁλχαδοχρίστας 342. ὀνθολόγοι 259. ὀργανοπήχτορας 439. ὀργιάδεσσιν 63. ὀργιόω bis. παιδοσύνῃσιν 378. παμβλαβέας bis. παμπαθέας 311. παμψέχτους 316. παμψέχτωρ 58. πελεχήτορας 324. περισσομελής 464. πετευριστῆρας 278. πιστόφρονες 580. πλαστοχόμαι 304. ποθήτορας 120. πολυάστερος 26. πολυπλαγκτοσύνης 222. πολυπρήχτορας 160. πολυχρήμων bis. πονοπαίχτορας 276. πορνοσύνης 314. προσμάρτυρος 176. προφητάζοντα 217. προφήτορας bis. πρωτάρχας 399. πυριμάρμαρος bis. πυρσοβολοῦσα 214. ῥαιστοτύποις 124. σεληφόρος 333. σελασμός sæpius. σελάσματα 601. σεληνάζοντα (sic!) 81, 217. σεληνιόωντα 546. σηπεύοντας 269. σχεπτήρια 165. σχληρώδεος 325. σχολιωπά 78. σχολοπηίδα 198. σορόεργα 191. συναλώμενος 290. σφονδυλόεντα 51. σωματοφορβούς et – φρουρητῆρας 232. ταμιεύτορες 580. ταριχευτῆρας 267. τεχνοσπόρον 597 (etiam VI, 540). τερμοδρομούσης 520. τεύχτορας 422. τοξελχεῖς et τροφοποιούς 244. ὑβριγέλωτας bis. ὑδρέας 251. ὑλογράφους 342. ὑπερορμαίνων 131. ὑπνοφανεῖς 364. φαινώπιδα 177. φαρμαχτός bis. φεγγοβολέω sæpius. φθινοχώλους 500. φοιβητοῖς 550. φορτοστόλος 134. φρουρητῆρα 47. φυγαρσενίης 64. φυτοσπορίας 433. χερνήτορας 114. χιλιάδας 66. χρεάρπαγας 330. χρυσοστέπτορας 39. χωλόποδας 118. ψευδοχατηγορίαι 332. ψευστῆρας 119. ψηφάων 448. His addo septem adverbia in — δόν desinentia : ἀγεληδόν 424. ἀλυσηδόν 486, βασανηδόν 197, βομβηδόν 449, χαματηδόν 622, ῥομβηδόν 108, στεφανηδόν 429, στοιχηδόν 621.

Hæc quidem tam larga seges satis est ad probandam ejusdem auctoris manum, siquidem alia non obstant graviora argumenta. Ea autem neque protulit adhuc quisquam neque proferre poterit. Imo etiam versuum pangendorum ratio, accedens illa jam ad Nonni severam puritatem, unum prodit eumque satis elegantem et sollertem poetam. Eum vero post auctorem trium librorum, de quibus modo diximus, vixisse, cum verborum formandorum ratio prodit recentioribus temporibus propria, tum aperta demonstrat imitatio, qua ille fere in singulis quas enumerat constellationibus earumque efficaciis illius præcepta expressit sive potius circumscripsit. Consistit enim ea imitatio non in verbis locutionibusque illinc depromptis et simpliciter repetitis, sed in rebus et materia inde excerptis, quæ in sermonem novitium hujus et sesquipedalia verba transmittuntur. Itaque ubique jejunas simplicesque vetustioris poetæ sententias exornatas, ne dicam oneratas invenias illa dictionis abundantia, prorsus eodem modo, ut Nonnum ubique Homerica quasi in suum sanguinem et corpus transfundere videmus, easdem res verbis prorsus aliis et ambagibus dicendi latissime enarrantem.

Hinc, quum maxima hujus carminis pars enumerandis in *artibus* et *moribus* hominum versetur, fere nihil invenimus, quod non in antiquioris poetæ libris, inprimis in ultimo, commemoratum sit; ita ut quæcumque de illis rebus ad imperatorum tempora optime referendis supra diximus, eadem etiam hîc de quarto libro dici possint. Et singulos quidem locos deinde omnes componemus. Duo tamen sunt, unde haud prorsus improbabiliter de ætate hujus conjecturam capere liceat : primum infesta Christianorum mentio, injecta 561 sqq.

ἔσται μισέλλην γενέθλῃ, τιμήν τε θεοῖσιν
οὐχὶ νέμων, ἄνομός τε φρεσίν, πλήθοντι λογισμῷ
ἀλλόφρων, δύσμιχτος, ἀμετροεπής, ἀτράπεζος,
αὐτόνομος, χαχόθυμος, ἀθεσμοφάγος, δολοεργός,
ὀθνείων χτεάνων ἐπιθύμιος, ὃν διὰ παντὸς
δῆμοι μισήσουσι δι' ἀφροσύνην ἀλόγιστον.

De hoc loco jam bene admonuit Tyrwhitt. præf. ad Lith. p. LXI sq. illud, quasi *Hellenas odissent et deos contemnerent*, nullis aliis nisi Christianis exprobratum esse. Scriptum autem hoc esse aliquo tempore, quo hominum ira et odium adversus Christianos palam eruperat, satis probabile est. Jam si imperatores ab Alexandro Severo ad Constantinum usque regnantes perlustramus, uti supra jam factum est, videmus eos tantum non omnes Christianis inimicos : cf. Sulpic. Sever. Hist. sacr. II, 32 : « Sexta deinde Severo imperante Christianorum vexatio fuit. Quo tempore « Leonidas, Origenis pater, sacrum in martyrio « sanguinem fudit. Interjectis deinde annis VIII « et XXX, pax Christianis fuit : nisi quod medio « tempore Maximinus nonnullarum ecclesiarum « clericos vexavit. Mox Decio imperante jam tum « septima persecutione sævitum in Christianos.

« Inde Valerianus octavus sanctorum hostis fuit. « Post eum interjectis annis fere quinquaginta, « Diocletiano et Maximiniano imperantibus, « acerbissima persecutio exorta, quæ per x con- « tinuos annos plebem Dei depopulata est, » etc. Et consentit Lactant. De mort. persecut. c. 4 de Decio, c. 5 de Valeriano, c. 6 Aurelianum addit, tum de Diocletiano et Maximiano utroque longissimam exhibet narrationem a c. 7 fere usque ad finem. Potest igitur verisimile videri, sub uno horum imperatorum vixisse hujus libri auctorem. Sed ut verum fatear, videtur mihi tum potius *principum*, quam *civitatum* iram memoraturus fuisse. Contra et harum mentio, et epitheta Christianis attributa potius Juliani tempora redolere videntur, quem constat abfuisse quidem ipsum a violentis adversus Christianos legibus cruentisque edictis, verum et scriptis suis eorum doctrinam et mores irrisisse et vulgi odio contra impios deorumque contemptores, quales habebantur et dicebantur Christiani, in cædes et incendia erumpenti satis indulgentem judicem se præstitisse, cujus rei unum exemplum memorasse sufficiat illam terribilem Alexandrinorum seditionem, qua permulti Christiani cujusque ætatis et sexus crudelissime trucidati feruntur.

Accedit aliud momentum. In hoc quidem libro nihil invenimus de persecutionibus adversus astrologos et mathematicos exercitis; quales non solum libri ultimi fine, sed etiam II, 201 a vetustiore poeta innuuntur; quin 212 sq. etiam genera enumerat illi non dicta : ὑδρομάντιας, — οἷς λεκανοσκοπίη πιστεύεται ἢ νεκυϊσμός. Jam imperatores qui Alexandrum Severum secuti sunt, plus minusve scimus etiam his hominibus adversarios exstitisse; quid quod Constantinus supplicio capitis, ut alios, ita etiam Chaldæos et Magos feriri jussit; contra unus Julianus quum religionem paganam mysteriorum, oraculorum atque omni secretorum cultuum et superstitionum auxilio optime fulciri posse putabat, etiam mathematicorum studia insigni favore resuscitavit. Cujus conatus testimonium unum sufficit adscribere locum ex Mamertini Gratiar. act. ad Jul. c. 23 : « Tu philosophiam « paullo ante suspectam, ac nedum spoliatam « honoribus, sed accusatam ac ream, non modo « judicio liberasti, sed amictam purpura, auro « gemmisque redimitam, in regali solio collo- « casti. *Suspicere jam in cœlum licet et securis con-* « *templari astra luminibus*, qui paullo ante, peco- « rum atque quadrupedum animantium ritu, in « humum visus trepidos figebamus. Quis enim « spectare auderet ortum sideris, quis occasum? « ne agricolæ quidem, quorum opera ad motum « signorum cœlestium temperanda sunt, tempe- « statum præsagia rimabantur. Ipsi nautæ, qui « nocturnos cursus ad astra moderantur, stella- « rum nominibus abstinebant. Prorsus terra ma- « rique non ratione cœlesti, sed casu ac temere, « vivebatur. » Vides, non minori fuisse Juliani imperium atque Alexandri Severi invitamento, si quis de rebus astrologicis scribere averet.

Sed utut est, id quidem extra dubitationem positum videtur, his studiis atque poematis terminum positum fuisse crudelissima illa persecutione, qua Valens de insidiis sibi structis sollicitus, quæ quidem excitatæ dicebantur eo, quod nonnulli de *nomine imperaturi post Valentem* secretis artibus consuluisse arguebantur, magnam noxiorum innoxiorum multitudinem afflixit. Operæ pretium est de ea re legere Ammian. Marcell. XXIX, 1-2, vividissimis coloribus omnia depingentem. Tum enim, quum vel « incantamenta anilia » inter libros reorum aut deprehensa aut a delatoribus immixta satis essent ad crudelissimas pœnas exercendas, tantus omnes invasit terror, ut « metu similium libraria omnia exurerent. » Post illum annum igitur aut Nostrum aut alium scripsisse vix credibile est, nisi aliunde ejus ætatis vestigium probabile detegatur, quale in Lithicorum scriptore feliciter reperit Tyrwhitti sagacitas in præf. p. LVI sq.

Jam vero, postquam et unum esse libri quarti auctorem et eo, qui tres priores libros scripsit, recentiorem vidimus, antequam ad singula transeuntes et imitationem ejus persequamur et lacunas aperiamus, pauca etiam de sermone et de versibus ejus insuper addere placet.

Notanda de singulis verbis etiam hæc : μεροπήια ἔργα 215, pro quo alius μεροπήια φῦλα dixisset; ἐπιβήτορες vario modo junctum : λύπης 33. πολυπλαγκτοσύνης 222. θηροδιδασκαλίης 245. χλεύης 280. γήρως 281. αἰθροτόκου γονῆς 339. πάσης στρατιῆς 471. ξενίης 521 ; προκοπή 71, 471 ; neutra adjectivorum pluralia pro adverbiis usurpata : πλαγκτὰ διχαζόμενος 7. ὀρθὰ τεκμαιρομένοισι 10. σχολιωπὰ περῶσα 78. λοξὰ ταλαντεύουσα 92. ἀνάξια θηλυμανοῦντας 164. στρεβλὰ χολαζόμενοι 198. φιλόμοχθα θεατρομανοῦντας 277. δολοεργέα νυμφευθεῖσα 394. ἰσόμοιρα πελάζῃ 409. ἐπίψογα νύκτας ἄγουσαι 506. τετελεσμένα τερμοδρομούσης 520. θρασύθυμα μεμηνότες 529. ὁμόζυγα λατρεύοντας 602. Et ita etiam 303 explicandum : κακιώτερα βλαστήσουσιν πλαστοκόμαι. Nec dissimile, quod 355 scripsi, παντοῖα μιγεῖσαι. Quod *casus* attinet, nil memorabile inveni nisi genitivos σεληνάζων νόοιο 81, ἀλήμονας ἧς χθονός 449. et σῶμα περισσομελής 464 accusativum. Tum de præpositione εἰς vid. 72 ὅσ' εἰς μοῦσαν πεπόνηται, et

τὸ τεχνασθὲν Εἰς ἀπάτην 236 sq., παράκοιτις Εἰς ἀρετὴν νεύουσα 42 sq. et εἰς ἀτραπὸν βιότου–ἐχνεύοντες 531; de ἐν 82 ἐν σινέεσσι πεπληθώς. — Recentioris temporis indicia etiam sunt pronomen ἑαυτοῦ 16, 157, 250, 288; et articulus prorsus ad orationis pedestris usum depressus in his : ὁ-ὅρος 24. τὴν δύσιν 69. ὁ λοχευθείς 87. τὸ πλεῖστον ζωῆς 90. τὸ τεχνασθέν 236. τὸν πυρόεντα 271. ὁ βίος 285. ὁ πόρος 289. τοὺς τεχθέντας 299. σὺν τοῖσι διωγμοῖς 319. τὸν Συνετόν 362. τὰ βέβαια 498. τά γε κοινά 541. Et prorsus prosaice positum γνάπτορας–πέπλων καὶ τεύκτορας αὐτῶν 422. — Peculiaris etiam infinitivus est futuri aptus ex verbis ad constellationem pertinentibus, ut ἔσεσθαι et ἐσσεσθαι 40, 128, 174, 221, 268, 350, 229, 252, 299, 337, 398, 423, 430, 502, 521, 573; φύσεσθαι 313, 330; ἕξειν 574; ἕξεσθαι 99, 163; φανεῖσθαι 210; et ex iis verbis propria sunt ἀΰτεῖ 40, 428, 501. αὐδῶσιν 522. ἀγγέλλει 253, 299.

In modis purior est antiquiore poeta. Constanter enim ἥν et ἐπήν, quæ apud eum regnant, et similia cum conjunctivo componit : ut tres loci qui repugnabant (82, 147, 519) mutandi fuerint. Εἰ plane non apud eum invenitur.

Interdum nomina, quibus tamquam propriis appellari solent planetæ, adjectivorum loco retinuit et planetarum nominibus veris apposuit; ita φαέθων Jovi 36, 201, 496, unde 171 restituendum fuit; στίλβων Mercurio 69, 206; πυρόεις Marti 271, 432. Prorsus singulare est 362 τὸν Συνετόν de Mercurio, cui tantum convenit Πρέσβυς V, 249 de Saturno dictum.

In formis non multa mutanda erant. Bis ἄρσεν scripsi pro ἄρρεν (369, 458); illud remanserat recte IV, 50, 461, 509, 527. Tum codex sibi non constabat in præpositione εἰς vel ἐς ante consonantem posita, in qua re ante Nonnum multum variarunt. Apud Nostrum, quod Nonnus postea sanxerit, εἰς ex majore locorum numero — 48, 112, 159, 287, 289, 389, 443, 479 — iis, qui repugnabant, restitui. Contra poeta trium librorum alterum canonem secutus videbatur, cui, ut alios taceam, Quintus addictus fuit.

Versus bene et facile decurrit, modulatione sæpissime compositis bene cadentibus adjuta. *Productiones* pravæ jam ab AR correctæ erant; vid. præf. p. XII sq. — *Hiatus* hos adhuc invenias, qui sunt legitimi in verbo ἔργα : sic 215 μεροπήια, 279 μεμετρημένα, 358 ἀνδρόστροφα. Pro Κυθήρη Ἄρεϊ 294 confidenter Κυθηριάς scripsi. Alterius hiatus in arsi, de quo ad superiorem poetam pluribus exposui, pauca hæc exempla inveni : 126 Κυθέρη ἐπίφοιτος, 171 βλέπῃ Ἄρεος, 379 Μήνῃ ἰσόμοιρος, quamquam ibi cod. Μήνης; συννεύσῃ, ἔτι 392, ἔῃ ἰσόμοιρος 73 et 403, φυλασσόμενοι ἀλυσηδόν 486, Κυθέρη ἐσαθρῇ 597. Sed 368 ἐκθεσίην scribendum erat. Contra ex his etiam 95 scribendo γονίμῃ ὥρῃ hiatum inferre non dubitavi. In universum et de hoc poeta et de aliis ejusdem temporis dici potest, jam ab iis insciis volubilitatem illam liquidam feliciter tentari, quam Nonnus severa doctrina circumscriptam sectatoribus legem tradidit.

Sed si unus omnia scripsit, quæ in hoc libro leguntur, minime tamen ea integrum carmen efficiunt, ut illud, cujus filum perpetuum per libros II, III, VI persecuti sumus. Potius *fragmenta* tantum carminis, quamquam satis ampla, eo libro conjuncta, sed ex ordine suo deturbata esse, accurata singulorum contemplatio, ad quam jam sumus descensuri, facile docebit. Lectorum commoditatis gratia et singulas partes uno obtutu comprehendi, et ubicumque aut ordo disjectus aut intermedia periisse videbantur, lineolam subfigendam curavi. Facile erat neque improbabile, hic illic meliorem ordinem introducere; sed eo conatu quum nec opus lacunosum ad integritatis splendorem revocari posset, et locorum ab aliis citatorum inveniendi difficultas subnatura esset, abstinui ab ea re atque satis habui ejusmodi transpositiones notasse.

A. 1-13. *Procemium,* quo multa plura promittuntur, quam re vera præstita invenias. Nam v. 4 pro ἐξονόμηνας, quod est in G (ἐξονομῆνας H) scribendum esse ἐξονομήνω, conjunctivum adhortatorium, cuique patet, qui non ea opinime teneatur, antecedentes libros ab eodem scriptos esse. Quamquam etiam AR ἐξονόμηνα e conj. D 335. Sed idem ibid. 652-54 egregie 5-7 et copiose explanavit, ζωιδίων πόλον hîc non *zodiacum* esse, sed ipsum *cœlum signiferum* demonstrans. Jam si hæc simpliciter opinione nulla præoccupata perlegeris, exspectabis introductionis loco easdem fere res explicatum iri, quæ alter poeta II, 1-140, multo accuratius etiam et elegantius Manilius præmisit. Hinc sub v. 13 lineam posui. 6 ἐν ἡμιμητ' ἀποῤῥείῃ G, ἐνημιμηταποῤῥείῃ H, ἐν ἡμιτμῆγι πορείῃ ed. ex emend. D 654, quam perfecit Lobeck. Parall. gr. Gr. p. 237 scribendo ἡμιτμῆτι, et probant allato Nonno V, 282 AR in præf. XLII. — 7. θεομήτορα edd., θεομήστορα nos ex emend. Lobeckii ibid. p. 213 not. *). — 13. Ante nunc versum lacunam esse, non solum verbi finiti defectus, sed omnino hians sententia demonstrat.

B. 14-106. Hoc fragmentum prorsus respondet iis quæ alter poeta III, 8-130 exposuit, h. e. quid *septem* planetæ *soli* in singulis quattuor centris efficiant. Etiam ordo pæne idem est : *Saturnus* 14-34 coll. III, 8-31. *Juppiter* 35-43 coll. III,

32-48. *Mars* 44-52 coll. III, 49-71. *Venus* 53-68 coll. III, 72-89. *Mercurius* 69-76 coll. III, 90-105. Jam ordine inverso prius *Luna* 77-92, quam ille III, 120-130, tum *Sol* 93-106, quem ille III, 106-119 tractavit, afferuntur. Comparantibus singula non solum apud Nostrum, quæ ille breviter dixit, multis ornata invenimus, sed etiam quædam dilatata aut adeo aliter formata, quam rem nemo mirabitur. Sed, quod gravius est, dum antiquior ubique diserte *quattuor* illas stationes enumeravit, Noster autnegligenter et imperite partem tantum centrorum, eamque non eandem apud omnes commemoravit, aut hic quoque insignem temporis vel excerptoris injuriâ jacturam passus est. Nam *Saturnus* tantum ὡρονομῶν in *sua* domo — 16 —, ὡρονομῶν et μεσουρανέων in *aliena* — 29 sq. —; *Jupiter* ὡρονομῶν — 35 —, μεσουρανέων — 37 — et quidem in sua domo; *Mars* tantum μεσουρανέων — 45 —; *Venus* contra δύνουσα — 53 —, ὡρονομοῦσα — 59 — et μεσουρανέουσα — 65 —; *Mercurius* δύνων — 69 —, ὡρονομῶν — 70 —, et μεσουρανέων — 70 sq. —; *Luna* sola in omnibus quattuor positionibus ὡρονομοῦσα — 77 —, ὑπόγειος — 82 —, μεσουρανέουσα — 84 —, δύνουσα — 87 —; *Sol* denique μεσουρανέων — 94 — et ὡρονομῶν — 95 — inducitur. Jam, si quærimus, utrum sua an aliena culpa poetam truncatum doctrinæ parte inveniri putemus, equidem non dubito posteriori sententiæ accedere, et propterea, quod nusquam ejusmodi materiæ imperitiam ostendit, ex qua eum tanti criminis insimulare possimus, et quod omnino in opere disjecto et mutilato versamur, et quod sane in iis, quæ sequuntur, loci quidam, ut videbimus, inveniuntur, quibus, quæ hîc desiderantur, partim certe explere possis. Verum quum incertum esset, post quos versus defectus indicia appingerem, iis hîc quidem prorsus abstinui. Sed ad singula transeo.

21. ζωιδίοις τε GH, ζώδια δ' οἷς τε ed., colo post Κρόνοιο posito; R etiam ζώοις, οἷς τε conjecit. Sed tum bis enumerandis signis præfatus esset, et hic poeta semper ζωίδιον, nunquam ζώδιον dixit. Hinc ζωίδι', οἷστε nulla litera mutata scripsi.

38. ἠὲ edd., ἠδὲ nos : ineptum enim hîc est disjunctivum membrum.

43. πολύκλεος οἴσεται οἴκους G, πολὺ κλέος οἴσεται οἴκοις H, πολυκλέας οἴ. οἴκους D 656 et Letronn. conj., πολὺ κλέος οἴσετ' ἐς οἴκους ed., πολὺ κλέος ἔσσεται οἴκου nos : vid. ad Quint. I, 329.

44. περιλαμπέος H edd., πυριλαμπέος nos ex emend. D 671.

49. κόσμῳ edd., πότμῳ nos ex emend. *Letronnii.*

52. νοσερῶς edd., νοσερὸν nos.

53. δύνουσα edd., quod D 656 synesi explicandum censet, admodum dure, et ζωιδίοις putide adjecto. Scripsit δύνουσι : cf. 538 ζωιδίῳ δύνοντι.

56. παναθέσμιος ἀνὴρ edd.; non potui illud concoquere, quum alibi gravius μοιχοσύνη notetur. Hinc scripsi πανάθεσμος ἀτὴρ, novo vocabulo sed probe formato. Ἄθεσμος Noster 119, 304 habet : ἀθέσμιος et παναθέσμιος alibi non inveniuntur.

60. κατὰ μόχθους H edd., καὶ ἀμόχθους nos e conj. A. Cf. 19.

65. ἦν μὲν γὰρ edd., quod ferri nullo pacto potest. Varia excogitari possunt : simplicissimum videbatur ἦν δ' ἐρατή, quod eodem modo nude de Venere dicatur, ut συνετόν de Mercurio. — μεσόεντα GH, μεσσοῦντα ed., μεσόωντα nos ex emend. Lobeckii in Ῥηματικῷ p. 182, et commendaverant jam ipsi AR in præf. p. XLII.

68. τοίης τιμῆς μυστήρια τεύχετ' ἄπιστα edd., inepte clausula v. 64 repetita, quæ sine dubio invecta est, postquam genuina perierant. Eorum fortasse leve vestigium restat in scriptura v. præcedentis, de qua ita G scribit— edidit autem ἀπλέτου κοσμήτορα κόμπον — : « Sic edidi, quum in MS. « esset ἀπλάτου διακοσμήτορα κόμπον, eique super- « scriptum ἀπλάτους διεκοσμήτορα, at in margine « γρ. θεομήτορα κόσμον, quod superius occurrit, ut « pateat locum diu fuisse ambiguum. » Hinc ad τιμῆς addidi δέ, versu lacunæ signis expleto. Qualia fere exciderint, ex III, 77 τοῖς δ' αὖτ' ἀλόχων γάμον ἐσθλῶν Ὤπασεν apparet. Hæc vero quomodo Noster expresserit, exputari non potest.

69. Post hunc versum unum excidisse facile patet reputanti ἐπὶ τὴν δύσιν non posse jungi cum ὡροσκόπον.

71. ἔκ τε GH, quod restitui; ἔκ γε ed.

72. ἐκ edd., καὶ nos; cf. III, 97 σοφίης βίοτον καλάμοιό τε γραπτῶν.

76. τε addidi. — ἀχρήεντας ἰδέσθαι edd., quod quomodo explicandum sit, hæreo. Nam neque, quod vulgo significat, *inutiles*, neque quomodo Schneiderus in Lex. s. v. explicat, ut idem sit atque ἀχρήματος, cum sequente verbo bene quadrat. Nisi quis in alia omnia abiens consuetam loquendi rationem φαίνει τε καὶ ἀχρήεντας ἔσεσθαι scribendo hîc quoque intulerit, patet adjectivum latere externo hominis habitui describendo aptum. Id vero ἀγριόεντας esse videbatur.

78. κατὰ γῆς edd., quod sensu prorsus caret. Et ne quis hîc de ὑπογείῳ κέντρῳ sermonem fuisse putet, id infra 82 memoratur. Scripsi κρατέῃ : cf. III, 269 κέντροιο κρατῇ. V, 262 ὡρονόμου τε κρατῆσι.

81. σεληνιάζων τε νόσοισι edd., σεληνάζων em.

) 644 ; νόοιο nos scripsimus ex 217 νοῦν τε σεληνάντα, et VI, 560 νόου παραπλῆγας.

82 sq. Hi versus ita leguntur in G :

καὶ μανίης ἀνάμεστος, ἔτι σινέεσσι πεπληθώς,
δυστυχίῃ τ' ἐπίφοιτος, ἐπὴν κατὰ γῆς τε φέροιτο.

ed εἰ δ' ἐν σιν. M, εἴδ' ἐν J, ἔτ' ἐν σιν. H, unde AR ecte cum Hermanno Orph. p. 812 ἴδ' ἐν σινέεσσι :ripserunt. Sed ultima turbata esse intelligentes ihil egerunt substituendo γε φέροιτο, ut tam sæpe. 'atet hîc hemistichia mutata esse, poetam autem a dedisse :

καὶ μανίης ἀνάμεστος· ἐπὴν κατὰ γῆς δὲ φέρηται,
δυστυχίῃ τ' ἐπίφοιτος ἴδ' ἐν σινέεσσι πεπληθώς.

id. III, 129 sq. de ὑποχθονίῳ κέντρῳ Lunæ :

κρυπταδίοισι σίνεσσι καὶ ἄλγεσι φῶτα χαλέπτει·
πολλάκι καὶ πτώσεις ὀρόφων κατὰ κρατὸς ἐφῆκεν.

85. ἐνόλβους edd., sed probabilius videbatur ic quoque ἐπόλβους eum scripsisse, quod 497 t II, 413; III, 112 legitur.

86. Hic versus in G ita legitur :

θηλυγόνους δὲ τέκνοισι καὶ εὐπάτορας κ' ἀτρέπτους.

Perperam in G κἀτρέπτουν legi notaverunt AR. ui καὶ ἀτρ. dedere.) In his singula verba corrupta sse senserunt viri docti, sed nihil effecerunt : ὐθρέπτους Holsten., εὐτέκνους conj. D 657, quoum neutrum admitti potest. Ingeniosa, nec tamen robabilis est A conjectura τηλυγέτους δὲ τοκεῦσι. Quid restituendum esset, unice docere poterat perta ad antecedentem facta oppositio, qua *vitia* x vita luxuriosa et opulenta oriunda enumeanda erant. Hinc scripsi :

θηλυνόους δὲ τρόποισι καὶ εὐτρέπτους καὶ ἀπρήκτους.

'id. infra 532 sq. ἄλλοτε δ' ἀλλοίην ζωὴν εὔτρεπτον χοντες, Πρήξιας ἀλλάσσοντες· 517 ἄπρηκτοι καὶ τολμοι· et inprimis III, 378, quem versum ante culos habuisse videtur :

θηλύτεροι πραπίσιν, βιότῳ δ' ἔνι πάμπαν ἄπρηκτοι.

87. δύναντος edd., δύνοντος nos.

88. πολλὰ edd., πλαγκτὰ nos.

89. ξενίῃ τε edd., ξενίῃσιν nos.

90. τε G., quod restitui; γε AR.

95. γονίμην ὥρην edd., sed tum φέγγεσι βάλλῃ equi debebat, ut 240. Hinc γονίμῃ ὥρῃ ex 161 edi.

102. πλειστοτόκους edd., quod ineptum esse erspexerunt editores. A conj. παιδοτόκοις, ad ινέθλῃσιν referendum : sed ejusmodi conjunctiois desidero exemplum. Pejus R πλειστοτόκον (i. . « plurimum fœneris parientem ») κτῆσιν proposuit. Emendatio lubrica. Simplicissimum videbatur τικτομένοις scribere, quod habet infra 463, alias γεινόμενος et φυόμενος, 154 λοχευομένοισι scribens.

104. ἕξει edd., ἄξει nos, concinnitatis gratia.

106. τ' post ἀβλαβέας ego addidi. Herm. Orph. p. 716 ἀβλαβέως, A ἀβλαβέας γ' conj.

C. 107 sqq. Priores duos versus non potuisse excipere ea, quæ de septem planetis in antecedentibus dicta sunt, facile patet. Credibile est posita fuisse post universalem introductionem, qua de cœlo ejusque sideribus exposuerat. Vid. supra ad procemium. Jam nec 109 post v. 107 et 108 sequi potuisse patet. In eo τοι scripsi, ut alias, pro σοι, quod in edd. legitur.

D. 110–164. Sequuntur novem σχήματα, quæ hoc ordine non fuisse posita a poeta videntur. Ea tamen omnia ab ejus manu esse sermo et verba, quibus usus est, facile demonstrant.

1) 110-115. Quid Luna ὡρονομοῦσα cum Marte δύνοντι efficiat. Hoc σχῆμα ejus loci videtur fuisse, quo poeta ad exemplum alterius II, 441 sqq. varias *planetarum cum Luna conjunctiones* exposuit. Nostri loci fons erat ibid. 465-72, ubi et egestatis mentio facta est et cladium atque vinculorum, quæ a Nostro adaucta esse patet. — 114. λεπτῆς edd., λιτῆς nos. — 115. ὤλετο edd., ὤλεσε nos; neque enim tam violenter subjectum mutandum erat. Cf. I, 168, 253.

2) 116-124. *Mars* in *horonomo* et *Veneris* testimonio instructus. Dubitari potest num hoc σχῆμα olim locum habuerit circa 44-52, quoniam ibi, ut vidimus, Mars tantum μεσουρανέων inductus erat, an pertinuerit ad caput περὶ νόσων, de quo præcessor scripsit VI, 548-629. Utut est, ex pluribus locus conflatus est, ut 119 cum VI, 577, 120 cum II, 306 affinitatem habet. Posterioris partis, 121-124, fundus est VI, 518 sq. Possit quis de cohærentia ambarum partium dubitare, quoniam tam diversa portendere videantur, sed junguntur *claudi pedis* mentione, quo etiam Vulcanus, fabrorum deus, laborabat. Quamquam memini, posteriorem tantum partem in I, 286-289 transiisse.

3 (125-130). 4 (131-138). 5 (139-145). 6 (146-152). Quattuor σχήματα ad caput περὶ τεχνῶν referenda, in quo apud antiquiorem poetam origines invenias, ita ad 3 : VI, 465-471 ; ad 4 : ibid. 484-486; ad 5 : ibid. 487-90 coll. III, 292-94, quæ ambo peculiari artificio conjunxit; ad 6 : VI, 520-525. — Ad singula transeo : 126. ἦν G, ἦν H ed., ᾗ nos, et ita jam conj. Holsten. — 127 sq. Leguntur etiam I, 292 sq. — 135. θηρήσεται edd., θ' αἱρήσεται nos e conj. A : vid. 89. — 136. ἵμε-

ρον GH, ἱμέρῳ ed. e conj. R, quam non intelligere me fateor. Melius A ἥμενος conjecit, sed scripsit auctor ἥμερον, oppositurus mitem mercatoris vitam mangonum et piratarum crudelitati. Cf. 105, ἡσυχίῃ. — 137. κοινωνὸν πάντων GH, κοινωνῶν πάντων ed.; neutrum intelligo. Scripsit κοινωνὸν πολλῶν : mercator enim commercium faciet aliorum eorumque multorum pecuniis et mercibus. Rem illustrat Plutarch. Cat. maj. c. 21 : ἐχρήσατο δὲ καὶ τῷ διαβεβλημένῳ μάλιστα τῶν δανεισμῶν ἐπὶ ναυτικοῖς τὸν τρόπον τοῦτον. Ἐκέλευε τοὺς δανειζομένους ἐπὶ κοινωνίᾳ πολλοὺς παρακαλεῖν etc. — 138. ἐκ θαλάμων edd., ἐν θαλάμῳ nos. Opponuntur justæ nuptiæ illegitimis feminarum amoribus. In utrisque inconstans et mutabilis erat. — 141 hîc quidem intrusum arbitror propter verbi pluralem ex I, 303 (cf. infra 228). — 145. Hunc versum multis tentatis emendare non potui. Quare intactum reliqui. — 147. ἔχοι GH, ἔχῃ ed., recte. Locus transiit in I, 294-300.

7) 153-156 : cf. VI, 548-550; pertinet ad σίνη. — 154. Μήνη edd., nos Μήνης. — 156. κείνοισι edd., κενεοῖσι nos.

8 (157-160). 9 (161-164) : cf. VI, 484-486; pertinent ad τέχνας. — 159 κεῖνα GH, καινὰ ed.; sed cur tantum *nova* remedia? potius efficacia : hinc prætuli δεινά, quod conj. D 158 et 657.

E. 165-169. *Transitus*, qui quidem hîc poni non poterat. Potius ex initio ὡράων σκεπτήρια apparet, hæc post B, ubi *singulorum* planetarum efficacia describebatur, posita fuisse, quibus tum apte locus de testimoniis mutuisque radiationibus subjungi poterat, quem signifer III, 227 sqq. exorsus est. Eum Noster conjunxisse videri potest, si quidem v. 168 γενεαὶ τέχναι τε quis ad vivum resecet, cum doctrina de nascentiis et artibus hominum, quos locos separatim libro sexto 19-111 et 341-540 ab antiquiore tractatos vidimus. Et ego huic sententiæ accederem, si in iis, quæ jam sequuntur, nihil præterea immisceretur, sed tantum περὶ γενεῶν καὶ τεχνῶν ageretur. Nunc vero alia fragmenta, ut videbimus, inveniuntur, quæ partim de *nuptiis*, et de *morbis*, et de *servitio* agunt, partim etiam ad alias partes, quales non in extremo libro tractavit antesignanus, spectant. Hinc probabile est, hîc quoque multa turbata et pluribus amissis ordine suo eversa esse. Inde et post 169 et subinde alibi illas lineas figendas curavi. — 166. αἴθωπα G, αἴθρωπα MH ed., αἰθωπὰ nos.

F. 170-346. Sequuntur viginti duo σχήματα, quæ omnia de *artibus* agunt.

1) 170-175 : cf. VI, 511-514 coll. 373-75. — 171. βαλῇ, G, βάλῃ ed., βλέπῃ nos, quamquam scribi etiam βάλῃ-φαίνοντα σελασμόν poterat. — φαίνοντι edd., φαέθοντι nos ex emend. D 264. — 173. Αἰθέρος edd., Ἄρεος nos. — 175. Post hunc versum aliquid excidisse patet ex verbi defectu: et opum gloriæque mentio adjicienda erat.

2) 176-179 : cf. VI, 515-517. — 178. ἀλειπτῆρας τε edd., ἀλειπτῆράς τε corr. AR in præf. XLIII, sed scribendum fuit ἀλειπτῆρας δέ, quo hoc membrum antecedenti ἀστεφάνους opponeretur. Pro eo non debebat vel dubitanter εὐστεφάνους conjicere D 346. Alterum firmatur loco parallelo.

3) 180-186 : cf. VI, 504-510.

4) 187-192 : cf. VI, 494-498. Hinc 187 Ἄρεος scripsi pro αἰθέρος, quod legitur in edd. — 191. καινίσματ' edd., κανονίσματ' scripsi ex emend. Spitzneri v. Gr. h. 158.

5) 193-200 : cf. VI, 499-503. — 194. ἐν edd., ἐπ' nos.

6) 201-205 : cf. VI, 348-354. Translatum, sed quibusdam mutatis in I, 301-304. — 204. Post hunc v. lacunam esse quivis videt, facile supplendam ex loco parallelo. Ceterum λαμπρήν scripsi pro λαμπράν. A aliquid deesse non suspicatus, scribendo νεότητί τε λαμπρῶν loco mederi vult; sed tum patet versum sequentem plane alio modo adornandum fuisse.

7) 206-213 : cf. VI, 465-475. — 206. Κυλλήνιος edd., Κυλληνίου nos. — 210. γαιωμέτρας GH, γηωμέτρας J, γεωμέτρας ed., γαιομέτρας nos. — 211. μάντιν ἔθηκεν edd., et singulari et verbo incommodo; μ. ἔθηκαν J; scripsi μάντιας ἐσθλούς: sæpius apud Nostrum versuum clausulas vitiatas sive male suppletas, quum periissent, invenimus

8) 214-217 : cf. VI, 376-380 coll. 436-4[illegible] 491-493. — 216. λυσσομανούντων edd., quod adjuvare volebat A scribendo ἱερέων, cui nec sexχόρα nec totius loci nexus convenit. Scripsi λυσσομανοῦντα. — 217. σεληνάζοντα GH, quod restitui: σεληνιάζοντα ed.

9) 218-223 : cf. VI, 534-540 coll. III, 39[illegible]; VI, 297. — 220. παίδων ἰσομήτορας edd., quod male mutaturus erat R in λυμάντορας vel λωβήτορας; nos μηδέων ἀπαμήτορας dedimus ex emend. A. Ne quis putet πεδίων ἰσομήτορας sufficere, id ut esset : genitalibus partibus matrum similes, genitivo ad exemplum ἀλήμονας ἧς χθονός posito, diserte monuisse sufficiat.

10) 224-229 : cf. supra ad σχ. 8.

11) 230-237 : cf. VI, 446-449 coll. II, 30[illegible]-305, quæ conjunxit. — 230. διαλαμπάδα GH, διαλαμπάδας ed., διὰ λαμπάδος nos. — 231. ἢ δρόμον ἢ GH, ἠὲ δρόμον γ' ed. e conj. R., ἢ δρόμον εἰς nos.

12) 238-248 : cf. VI, 450-455 coll. 407 sq. — 239. Φαίνων edd., βαίνων nos. — 240. τοξότεώ τε βάλῃ GH, τοξότεώ γε βάλῃ ed., τοξότεω βάλλῃ nos e conj.

ἀ, quam propter 96, 454 prætulimus alteri ab AR in præf. XLIII propositæ : τοξευτάο βάλῃ. — σελάεσσι μελάθρου edd., σελάγισμα μέλαθρον nos; cf. 141, 367, 528, 589. — 245. τ' addidimus.—247. τ' edd., δ' nos.

13) 249-262 : cf. VI, 422-424, 415-418 (et I, 83-88). — 254. παρανχυσίῃσι G, παραιχυσίῃσι H, παραιχυσίεσσι ed., παραγχυσίῃσι nos ex emend. D 647, qui locum optime illustravit. — 259. ἀνθολόγοι edd., ὀνθολόγοι nos ex emend. D 659, quod quum ille obscurius enuntiasset, locum emendandum ex VI, 423 dicens, ejus sententiam perverterunt AR, eum an ἐπίμοχθοι sana vox esset dubitavisse referentes. — 262. πάντ' ἐπὶ γαίης G, πάντα ἐπὶ γαίης H, γὰρ vel τῆς supplet D l. c., πάντ' ἐπεὶ ἐν γαίῃ ed. e conj. R, pro qua A πάντ' ἐπειὴ γαίης vel πᾶν γὰρ ὕπαὶ γαίης tentavit. Sed longe aliud inferendum erat, quod intuli scribendo : πάντα θ' ἅτ' ἐκ γαίης, nolui inferre scribendo : πάνθ' ἅθ' ὕπαὶ γαίης.

14) 263-270 : cf. VI, 456-464. — 268. καὶ ἐμπορίης edd., κακεμπορίης scripsi ex emend. Lobeckii in Ῥηματικῷ p. 196. — 269. καὶ μυσεροὺς σηπτάς τε H edd., καὶ μυσαροὺς σηπτοῖσι nos ex D 659 conj., qui certe σηπτοῖς τε scripsit. Locum perperam interpretati sunt et Schneiderus in Lex. s. v. σηπεύω, ad veneficos referens venenis corpus putrefacientibus utentes, et ipse Lobeck. l. c. eos designari ratus, qui mortuos condiant. Sed intelligendos esse eos qui garum excoquant, parallelus locus docere poterat, ad quem jam supra Manil. V, 665 sqq. contuli. Hinc patet post hunc versum quædam intercidisse, quibus, ut alia omittam omnia, *piscium* debebat mentio fieri. Ad eos referens μυσαρούς retinui καί, pro quo Lobeck. l. c. παμμυσαρούς conjecit.

15 et 16) 271-289 : cf. VI, 439-444 (coll. V, 144-147) et vid. D 607-609, qui recte 608 ἰσχυρῶν ἔργων v. 276 refert ad ἄχθεα θαυματὰ χερσὶ καὶ ὤμοισιν φορέοντας. — 284. κρατοπαγεῖς edd., κηροπαγεῖς pessime conj. AR, κρατοπλαγεῖς scripsi ex emend. Lobeckii Parall. gr. Gr. p. 288. Equidem de κρατοπαλεῖς cogitabam, de his scurris capita ad vulgi risum effuse jactantibus. — 285. χλεύηςδμοίην edd., χλεύῃ conj. AR, sed hoc non sufficit. Hinc etiam ἑτοίμην scripsi.

17) 290-293 : cf. VI, 415-418. — 291. εὐτόλμους non debebant tentare AR. Sunt cæmentarii audacter negotio periculoso in tectis operam dantes.

18) 294-308 : cf. VI, 586-590. — 298. ἴκελον edd., ἑλικὸν scripsi e conj. A.

19) 309-316 : cf. VI, 591 sq.

20) 317-326 : cf. VI, 431-35. 415-418. — 320. ἱεροεργέας edd., δεροεργέας nos.

21) 327-332. Horum nihil simile in libro VI invenitur, sed alias sæpius, ut II, 153, 249, alibi.

22) 332-346 : cf. VI, 450-455. Similia jam supra in σχ. 12 legimus.

G. 347-65. Sequuntur quattuor σχήματα, quæ ad caput de *noxis* et *morbis* pertinent, ideoque et ab antecedentibus et a sequentibus separanda erant. Etiam horum fons magnam partem apud antiquiorem poetam, et quidem illo ipso in capite inveniuntur : 23) 347-353 : VI, 583-585 coll. 532 sq., quæ conjunxit; 24) 354-358, et 25) 359-61, quibus argumentum his hominibus semper valde gratum exornatur, de suo addidit, sed non desunt similia apud antiquiorem poetam. 26) 362-365 hausit ex VI, 569—71. 601-603. — Sed jam de singulis videamus : 355. ἐφορῶσί τε τοῦτον GH, ἐφορῶσί γε τοῦτον ed., sed A conj. ἐφορῶσ' ἐπὶ τοῦτον, bene, sed dativus ponendus erat. — 356. ἠὲ edd., ὃς δὲ nos. — 357. μαχλάδας τεύχει τ' ἀστεῖα φυείσας edd., sed τεύχει ταστοιαφυείσας M, et ταστοῖα etiam H, τάς τοῖα J; τεύχει μαχλάδας τ' ἀστεῖα φρονούσας conj. Herm. Orph. 716. Sed illud ἀστεῖα, quamquam affert D 660 ex Heliodoro ἑταιρίδιον ἐθελάστειον, nimis ἀστεῖον est. Non dubito quin παντοῖα μιγείσας aut παθούσας scribendum sit. Illud, quod propius etiam accedit et 360 commendatur, recepi. Nisi novo vocabulo παντοιοφυῆας scripsit. Simile est παμπαθέας 311 et παντοπαθεῖς V, 283. — 358. πόρνας καὶ τριβάδας GH, πόρνας τε τριβάδας τ' ed. e conj. Herm. Orph. l. c. Equidem mutatis vocabulis scribere πόρνας παντοῖα μιγείσας Καὶ μαχλάδας τριβάδας τ' prætuli; ut priore versu potius quæ alienis libidinibus, sequente quæ suis serviant enumerentur. — 363. ὀρίζου G, ὁρίζει H ed., quod sensu caret, ὀρίνει nos.

H. 366-394. Sunt sex σχήματα, quæ fortasse communi nomine ad γενεάς (vid. supra v. 168) retulit, quamquam eorum fundus partim in capite περὶ τροφῆς, partim περὶ γάμου, partim περὶ δουλείας invenitur.

27) 366-378 : cf. VI, 51-59. — 368. ἔκθεσιν ἢ edd., ἔχθεσιν J, ἐκθεσίην nos. — 371. θ' ante ὑποβάλλετ' addidi. — 376. σύν τε edd., σὺν δὲ nos. — 378 χρήματι edd., χρήμασι nos.

28) 379-383 : cf. VI, 63, 702. — 381. ἔσσεται κείνων GH, sed in M superscr. ἔσσετ' ἐκείνων; ἔσται ἐκείνων ed., perperam. Sed omnino verbum substantivum hîc vix locum habeat. Quare ἔσσυτ' scripsi.

29) 384 sq. : cf. VI, 697. — ἢ πατ. μητρ. τελέουσι λοχεῖαι GH, ἐκ πατ. μητρ. τελέθουσι λοχεῖαι ed. e conj. D 660 hoc sensu : *partus a libera ma-*

tre editus erit deterior de parte paterna, sed illud ipsum, in quo cardo rei vertitur, matris ingenuitas desideratur. Sed quod AR conjecerunt : ἥσσονας ἢ πατέρων μητρὸς τελέουσι λοχείας, prorsus absonum est, quum potius contrarium, *partus a materna parte potior*, hîc commemorari debeat. Ad eum sensum ego in eo eram ut refingerem : ἥσσονες ἢ μητρὸς πατέρων τελέθουσι λοχεῖαι, sed commode memineram vocem λοχεῖαι vix de mare dici. Hinc reposui oppositione clarissime indicata : ἥσσονες ἐκ πατέρων μητρὸς θαλέθουσι λοχείαις.

30) 386-389 : cf. VI, 122-125. — τότε θνητῶν edd., θηητῶν nos. — 388. ὦ πατρὶ edd., οὗ π. nos ex emend. AR.

31) 390. Hujus schematis descriptionem ampliorem periisse videbis ex VI, 329-332, qui locus ad doctrinam de fratrum multitudine pertinet. Quare initio ἔσσεται scripsi pro ἔσσεται δ', quod habent GH, et pro quo AR dederunt ἔσται δ', et in fine ἰσαθρῶν restitui, quod AR mutaverant in ἰσαθρεῖν. Lacunam hîc esse etiam Gronovii nota arguit signo * ante φάος posito : * « In MS. hæc sunt a manu secunda, quæ erasis antiquioribus hæc inscripsit. »

32) 391-394. Hanc rem aut de suo finxit, aut ex alio auctore addidit. 391 Ἄρης edd., Ἄρευς nos.

J. 33) 395-401. Unum σχῆμα, quod rursus ad artes pertinet : cf. VI, 362-365. Translatum paucis mutatis in I, 321-326. — 401. Μοίρης edd., Μοίραις nos ex emend. A.

K. 402-419. Tria σχήματα item ad γενεάς pertinentia, *primum* 402-408, quod transiit in I, 327-333, conflatum ex II, 342-346; VI, 336 sq., ibid. 634 sqq.; *alterum* 409-413 ex II, 414, 363 sq. factum est. Transiit mutatis quibusdam in I, 334-338. — 408. αὐγήσωσιν GM, αὐχήσουσιν ed., αὐξήσουσιν H, quod recepi. — 413. ἀμβλώσσοις δ' ἃ γυναιξὶ G, sed αμβλωσσους δ' αγυναιξι MH, ἀμβλώσσους δ' αγυναιξὶ J, ἀμβλωσμοῖς δὲ ed. e conj. R, pro qua A proposuit ἀμβλούσαις θ' ἃ γ. Sed si cod. spectamus, vix aliud poterit latere, quam ἢ διὰ νούσου Ἀμβλωσμοῦ θ', ἃ γ. — Tum Κύπρις edd., quod ad alia turpiora mala alluderet, quæ hîc non memorantur. Rectum hîc apud excerptorem I, 338 invenitur : φύσις. — Sequitur *ultimum* 414-419, quod ex VI, 115-121, ubi περὶ γάμου exponit, expressum est.

L. 420-449. Sequuntur item *quinque* σχήματα, quibus *artes* portenduntur : 37) 420-424 : cf. VI, 431-435, ex quo loco 423 ἰδὲ πλυντῆρας scripturus eram pro eo, quod in edd. legitur ἰδ' ἡγητῆρας. Sed reposui eodem sensus quod propius accedit, ἰδὲ σμητῆρας. — 38) 425-430 : cf. VI, 436-439. — 39) 431-436 : cf. VI, 487-490. — 40) 437-443 : cf. VI, 398-404. — 41) 444-449 de suo aut alio quodam fonte addidisse videtur. — 444. σὺν edd., ἐν nos.

M. 450-465 locus est qui ad infantium nascentiam pertinet, cujus primas lineas habes VI, 233, 249-51 ipso illo in capite. — 452. ἦν μὲν edd., ἠδ' ἐν nos, quod necessarium fuit.

N. 466-490. Tres insunt figuræ, quarum prima ad *artes*, altera ad *noxas*, tertia ad *utrasque* spectare videtur. — 43) 466-471, quorum similem locum apud antiquiorem non inveni. Hîc duo emendanda erant. 468. ὑπὲρ γῆν edd., ὑπουργοὺς nos. — 469. ἀμφὶ δὲ κόσμῳ edd., quod quis defendat ex recentiorum linguarum usu; poterat ἀμφὶ δὲ πάντῃ, sed abstinuit ab hac terminatione aliis Epicis usitata, quæ etiam hîc sequente πουλυπλανεῖς haud scio an cumulatius quiddam contineat. Quid, si scripsit ἀμφὶ δὲ μισθῷ, disertius mercenariorum ducum genus indicaturus? — 44) 472-477 : cf. VI, 613-618, unde 472 ἐς Ἄρεα scribendum erat pro ἐς αἰθέρα, quod habent edd. — 473. ἐναντίον ἄστρα edd., quod non convenit proximis; ἐναντιόωντα nos scripsimus. — 475. βιώσει sanum arbitror hoc sensu : *vivere facit* secundum illud Homericum : σὺ γάρ μ' ἐβιώσαο, κούρη. R πᾶσα βίωσις, A πᾶσα διοίσει conj. — 45) 478-490 : cf. VI, 499-503; transiit quibusdam mutatis in I, 306 sqq., ex quo loco v. 313 hic quoque post 485 inserendum putavi; et lectum hîc fuisse, arguit 486 εἱρκτὰς δ' in GH, quam particulam expunxerunt AR, ego jam revocavi. — 490 πικρὸν edd., λυγρὸν nos.

O. 491-507. Sequuntur *quattuor* constellationes, quæ partim ad artes, partim ad noxas referendæ sunt. Sed quamquam hi versus, si singula spectes maximeque verborum sermonisque rationem, a ceteris hujus libri partibus minime different, tamen duo insunt gravia momenta, quæ offendant : primum quod subito potestates describuntur *Veneris*, *Jovis*, *Saturni* ὡρονομούντων, de quibus omnibus jam supra in B expositum erat : tum, quod quæ portendi dicuntur, ea jam supra habuimus : conferas enim cum 46, 491-495 supra v. 56 sqq. et figuram 17 et 18, cum 47, 496-498 supra v. 39 sqq., cum 48, 499-502 supra v. 116-120, cum 49, 503-507 supra figuram 23 et 24. Hinc e duobus alterum sumendum est : aut hæc σχήματα aliquo modo superioribus adaptata erant—quod fieri *potuisse* nemo negabit qui meminerit illa ipsa valde lacunosa esse —, et 503-507 certe optime, utpote feminarum res continentes, post v. 34 locum habere poterant; aut hi quidem versus ab auctore ceterorum, quæ in hoc libro leguntur, non profecti erant. Quare ego

etsi dubitanter, uncis a ceteris seclusi. — Ceterum uno in loco ab AR recessi : 507. ἀλλοτρίους θαλάμους GH, ἀλλοτρίοις θαλάμοις AR, quod antecedentibus adnectunt, ἀλλοτρίου θαλάμου nos, ex emend. D. 555.

P. 508-559 continent de *Solis* et *Lunæ* effectibus quædam, quæ, si ad signiferi exemplum etiam ordinem dispositum esse putamus, in integro carmine multo prius legebantur. Habemus enim primum (508-514, 515-518, 519-526, 527-536) *quattuor* figuras celebratissimæ illius doctrinæ de Sole et Luna in masculis sive femineis signis apparentibus, quam tractatam vidimus et ab antiquiore III, 365-396, et ab aliis I, 26-33; V, 209-216. Habemus deinde duo σχήματα 537-544, 545-551, quæ ad *duorum luminum conjunctionem* spectant et comparanda cum iis videntur, quæ II, 481 sqq. leguntur. Et quemadmodum ibi 496 sqq. Martis perniciosus cum Luna congressus memoratur, ita apud Nostrum 552-559 idem σχῆμα additur. Ceterum ad exornanda sua etiam aliis locis usum esse verbo monuisse sufficit, ut εἴδωλα 547, 558 obvia ex VI, 570, 603 petivit.

Sed jam ad singula quædam accedo : 514. ἠδὲ βίαιοι edd., ἠδὲ βέβαιοι conj. D 315 et 649, ἠδὲ δίκαιοι A, bene, sed nondum satis; offendit enim copula, pro qua ἰθυδίκαιοι emendavi, verbo plane ad Nostri consuetudinem ex illo Hesiodeo ἰθύδικος effecto. — 516. ἐπ' ἄστροις edd., ἐν ἄστροις nos. — 519. καταντήσουσιν edd., sed καταντήσωσιν MHJ, et voluerunt etiam AR in præf. p. XLIV. — 524. Comma post ἤθεα posui, et tum τιμῇ scripsi pro τιμήν, quod habent H edd. Cf. 279 αἰθέρι καὶ γαίῃ μεμετρημένα ἔργα τελοῦντες. Sunt homines, qui honore omnia quæ agunt metiuntur. — 534. Quia nova eaque gravissima res additur, nimirum τελωνητῶν vita, ἐκ δ' scripsi pro ἔκ τ', quod est in edd. — 535. τελέουσι edd., sed dicendum erat eos domum suam administrare ex illis, quæ exercent, vectigalibus. Hinc τελέοντες scripsi. — 536. τε λόγων GH, γε λόγων ed.; neutrum ferri potest. Scripsi τελέων, de repetitione necessaria securus. — 538. ἔσται AR non monito lectore, nescio quo fato obcæcati. — 541. ψυχὴ γάρ G, quem ordinem revocavi; γὰρ ψυχή ed. inutiliter. — 546. συνδέσμους ῥυσμοῖο edd., aperte corruptum. Scripsi συνδέσμου Κρονικοῖο. Aliam etiam stellam memoratam fuisse ex τοῖσι 552 apparet. — 548. ἀκρατόεντι H edd., ἀκρατέοντι nos ex emend. AR p. XLIV. — 549. πολλάτ', ἀ. GH, πολλὰ δ' ed., πάντα δ' nos. — καὶ ἀνθρώποις edd., μέτ' ἀ. (sic!) A, κατ' ἀνθρώπους nos. — 556. μηνίσμασι edd., μηνύμασι conj. D 303. — 557. ὀξύχολοι edd., sed potius timorem atque gemitum quam iram miseris illis spectrorum spectatoribus convenire quivis videt. Hinc scripsi ὀξύγοοι.

Q. 560-596. Hîc habemus octo constellationes, quæ ad eum locum pertinere videntur, quo enarrabantur bini planetæ e diversis centris sibi oppositi, quem locum tractavit antiquior poeta III, 133-226, plura a se prætermissa esse 217 innuens. Habemus enim hîc 57, 560 sqq. Martem δύνοντα, Saturnum μεσουρανέοντα; 58, 567 sqq. Mercurium δύνοντα, Saturnum ὡνορομοῦντα, Lunam μεσουρανέουσαν; 59, 571 sqq. Jovem μεσουρανέοντα, Solem ὡρονομοῦντα; 60, 577 sqq. Mercurium ὡρονομοῦντα, Lunam δύνουσαν; 61, 582 sqq. Venerem ὑπόγεων, Saturnum μεσουρανέοντα, quibus Jovis et Martis testimoniis allatis duæ aliæ positiones adjunguntur 586 sqq.; 64, 593-596 Saturnum ὡρονομοῦντα, Solem δύνοντα. Vides inprimis hîc eas centrorum diversitates memorari, in quibus etiam Sol et Luna locum habent, quod quum non factum sit a duce, ex eo unus tantum arcte componi poterit locus : III, 147-157 hîc ad 582 sqq. Restat ut de singulis locis dicatur :

560. ὀφθῇ edd., ἔλθῃ nos. — 565. διὰ θυμὸν edd., quod aperte falsum. Hîc quoque clausula corrupta. Scripsit διὰ παντός, qua locutione sæpius usus est : 424, 434, 558, 607. De hoc loco ad Christianos referendo supra explicatius dictum. — 566 et 567. Hos versus transposui auctoribus AR in præf. p. XLIV. — 570. Post hunc v. hiante sententia defectus signa posui. — 575. μετ' edd., μέγ' nos. — 576. καρπώσασθαι edd., καρπώσεσθαι nos ex sollemni poetæ consuetudine. — 585. ἀσπορίῃ τέκνοισι G, ἀσπορίῃ κείνοισι ed., ἀσπορίῃ τέκνων τε conj. D. 661, sed scripsit ἀσπορίῃ τε τόκοιο. — 587. δειχθεὶς edd., εἰχθεὶς H, δερχθεὶς nos. — 588. θυραίους GH, quod restitui referendum ad παῖδας, quod in versu, qui intercidit, positum fuit; θυραίοις ed., quod ferri nequit. — 590. διδυματόκαι G, διδυματόται H, διδυμαπόται conj. A, quod me non intelligere fateor. Scripsit διδυμάστροφοι, h. e. qui *molunt per utramque cavernam*. Verbum στρέφειν in re obscœna vindicant Anthol. Gr. V, 54, 6, ἀλλὰ πρὶν στρέψας ῥοδοειδεῖ τέρπεο πυγῇ · et ib. 116, 6 sq., στρέψας Μηνοφίλην εὔσχιον ἐν φρεσὶν ἔλπου Αὐτὸν ἔχειν κόλποις ἄρσενα Μηνόφιλον. Hinc etiam 312 ἀναστροφίῃ τ' ἐφυβρίστους lucem accipit, et patet jam 358 ἀνδρόστροφα ἔργα, quod nec Hermannus sanum putabat et Schneiderus in ἀνδρότροπα mutaturus erat, sanissimum esse. Intelligitur enim, ut Martialis verbis utar (VII, 67), altera quæ *pædicat pueros tribas Philænis*.

R. 597-612. Sequuntur tria σχήματα — et quartum fere periit — sine dubio ad δουλείαν spectan-

tia. Neque hîc, quæ suo more expressit, desiderantur; 65, 597-600 : cf. VI, 692-694. 66, 601-607 : cf. VI, 724-727. 67, 608-611 : cf. VI, 728 sq. — 598. συναίῃ G, συνείῃ H, συνίῃ ed., συνέῃ nos. Post Κρόνος addidi τ', ut monuere jam AR in præf. p. XLIV. — λαμπομένω edd. — 604. δεσποσύνων GH, quod restitui; δεσποσυνῶν ed., cujus mutationis editores postea pœnituit : vid. præf. l. c. — 611. ἀλγεινῶν τε καὶ ἐχθρῶν GH, ἀλγεινῶν ἐχθράων AR, pro quo in præf. l. c. proponunt τε μάλ' ἀλγεινῶν τε καὶ ἐχθρῶν, pejus etiam. Melius certe Lehrs. Quæstt. epp. p. 312 ***) τε καὶ ἐχθράων ἀλεγεινῶν. Sed omnino, ubi de *servis* vinctis sermo est, nullus *inimicitiarum* locus. Scripsit : τε καὶ εἰρκτάων ἀλεγεινῶν. Rarius vocabulum ducem II, 204 secutus etiam 486 adhibuit : cf. V, 133. — 612. γένος κ. κ. ἄρξεται, ἣν δ' ἀπολήγει GH, sed ἀπολήγῃ M, quod receperunt AR. Sed nemo hæc intelligit. Scripsit :

ταὐτὸ πάθος κείνοισι καὶ ἄρξεται, ἣν ἀπολήγῃ

quorum postremum vocabulum ad Lunam pertinebat. Sed quæ sequebantur, omnia lacuna plurium versuum absumpsit. Vid. VI, 553 :

ταὐτὸ δὲ καὶ δυνούσῃ ἐπερχόμενος πάθος ἔρδει.

613-618. Concludit unum σχῆμα ad *noxas* pertinens, quod non habet antiquior, sed hausit, opinor, ex Nostro recentior etiam versificator V, 192-196.—614. θηροβόλου θανάτου φ. χλωσθέντα βαρεῖαν GH, θηροβόρον θάνατον φ. χλ. βραβεύει AR e conj. D 540, quod verbum alibi de his rebus non inveni. Hinc lacunæ signis positis tantum χλωθῶα scripsi pro χλωσθέντα, quæ rarior forma, haud aliena a Nostri dictione, legitur in append. Epigramm. Anthol. Pal. 51, 14. Conjectura etiam loco notissimo Od. η, 197 κλῶθές τε βαρεῖαι commendatur.

619-626. *Epilogus,* qui optime præfationi conveniens et ipse probat, ab ipso poeta carmen, cujus tantum fragmenta habemus mutilata et disjecta, arte et ordine compositum, non has particulas temere undecunque excerptas et promiscue effusas esse. Sed plura emendanda erant : 620. ὡς ἂν — τέμνῃ edd., inepte; neque enim consilium indicatur, sed comparatio inchoatur : scribendum ὡς μὲν — τέμνει. — 621. δεικήλων edd., sed in aperta verborum contrariorum μιγνυμένων et ἀφισταμένων oppositione copula non poterat omitti : hinc τ' εἰδώλων dedi. — 626. ἐνμέτροις ἀγῶσι G, ἐν μέτροις αἰῶσι H, αἰῶνοι F, ἐν μέτροις ἀγνῶσι ed. e conj. D 661. Sed patet hîc notissimam illam *sæculorum* cumulationem obliterari non debuisse, porro illo ἐκμεμέτρηται, quo ad initium v. 2 reflectit, acumen quæri. Hinc ἐκμέτροις αἰῶσι scripsi : *sæculis, quæ metrum excedunt,* i. e. immensis, innumerabilibus. Ἔκμετρα γυῖα supra habuimus 464.

Quum hucusque, quantum in nobis fuit, strenue operam dederimus, ne quæ integra sint et sincera temerario dubitandi impetu attrectentur, jam non opus est ut pluribus præfemur conatum multis gravissimisque argumentis suffultum, quo librorum *primi* et *quinti* confusas telas resolvere, et singulas, ex quibus constant, lacinias separatim proponere studebimus. Duplex præterea provincia nobis administranda erit, primum, ut vinculum investigemus, quo variorum poetarum varia segmenta consarcinata sint, deinde, ut, quæ si non eandem manum, certe similem artem prodere videantur, ea sedulo indicemus. Quod ad illam rem attinet, habebit nostra opera, speramus, eo aliquid utilitatis, quod ostendet eum, quicunque disjecta dissectorum poetarum membra composuit, non solum argumenti et rerum similitudine, sed sæpe etiam eorundem aut synonymorum vocabulorum concursu et adeo literarum consensu inductum esse, quam eandem observationem jam dudum a *Welckero* in Theognideis, nuper insigni acumine a *Lehrsio* in Hesiodeis factam esse constat. Et patet sane latius, quam quis putaverit. Ita non solum hic illic in Theognideis, ex quibus v. 15-28 firmandæ suæ sententiæ attulit Lehrs. Quæstt. epp. p. 213-217, sed in tota eorum farragine hanc unam eandemque valuisse consuendi rationem liquide demonstrari potest. Sed de his quidem alias, nunc vero ad Manethoniana revertimur.

Et permirum sane est, eam rem in libro *primo* non esse animadversam, quum duo gravissima indicia quasi digito videantur eam omnibus monstrare. Ac primum quidem, quod mirifice torsit interpretes, hoc est, quod pæne viginti locis pentametros eosque plerosque bonos et rectos hexametris admixtos invenimus. De hac re editores in præf. p. XXII ita dixerunt, quasi persuasissimum iis fuisset, unum poetam eum librum fecisse, a quo minime credibile esset tam absurde numeros esse perturbatos. Hinc rem « Trimalchionis tantum Petroniani temulentiæ, aut inficeto cuidam sepulcralis inscriptionis auctori, qualis sit apud Jacobsium in Wolfii Analect., I, p. 104, » condonandam audacius quam consideratius aggressi versus illos conjecturis in hexametros mutare tentarunt, quarum ne una quidem probari potest. Tam parum « interpolationem » indagare illam curiosi erant, qua depravatum dixerunt librum primum p. XXXIV! Et tamen bona illa et plena

disticha quæ 75 sq., 98 sq., 158 sq., 208-211, 351 sq. habentur, admonere poterant etiam ceteris locis, ubi elegiaci versus confusius heroicis immixti leguntur, eandem rem usu venisse, ut etiam ex carmine de constellationibus *elegiaco* frustula ab excerptore in farraginem suam infercirentur. Et sex disticha ex Annubione quodam protulit Iriarte Codd. Matrit. p. 247, quos et ipsos infra p. 116 in hanc collectionem recepimus. Itaque de hac quidem re plane dubitari non potest.

Alterum hoc est. Libri *primi* v. 286-338 ex libri *quarti* pluribus locis excerpti sunt, uti et jam indicavimus et infra accuratius demonstrabimus, et quidem cum mutationibus quibusdam et variationibus, quales excidere solent fugitivo calamo aliquid transscribentibus. Sed, quasi ne hoc quidem satis esset ad prodendam collectoris indolem, tam inepte v. 318 et 319 ex alio loco interposuit, ut vel hinc singularem hujus laboris simillima quæque aucupantis stuporem sive negligentiam intelligere possimus. Quid vero editores? Ei quidem loco, quem modo citavimus, emendantes et transponentes mederi student, et in præf. p. XXIV bona fide vocabula Manethoniana enumerant, quæ « plurima libris primo et quarto communia sint, » neque tamen ea ipsa vocabula *omnia* in *quinquaginta tribus* illis *versibus* legi monuerunt, qui libris primo et quarto communes sunt!

Sed jam ad *singula* transimus, quæ ad majorem lectorum commoditatem et numeris omnia, et literis signisve partim instruximus. Eædem literæ notant fragmina, quæ ex eodem opere deprompta videntur; unci [ ] versus, quibus etiam singuli loci interpolati sunt; obelisci † pessimos recentissimi cujusdam versificatoris fœtus, in quibus cavendum ne plus emendemus quam ipse auctor, qui haud scio an idem etiam consarcinator fuerit, postulat; asterisci * versus a me ex indiciis vestigiisve compositos.

LIBER PRIMUS.

1-15. *Procemium*. *Manethonis* nomen his sex libris præfixum non tam confictum videtur a lectore quodam hujus procemii et illius ad quintum librum, sed potius qui hos flosculos composuit, quos Manethonis antiquo et sancto nomini adscriberet, antiquioribus procemiis usus est, quorum hoc non dubito quin immissis versibus 4-7 et 9 sq. interpolaverit, qui et garrulitate et ineptiis quibusdam sese produnt, ut τε ante φάσεις v. 4, pro quo AR γε posuere; σπειρομένοις καὶ τικτομένοις v. 6, quum in his certe libris semper de hominum, dum nascuntur, non dum concipiuntur, nativitatibus sermo sit; ὥσπερ χάμον, ὥσπερ ἔτευξα v. 9; χαμάτων σφετέρων pro ἡμετέρων v. 10. Præter horum librorum titulum unus Suidas, quantum scio, diserte de Manethone quodam Ægyptio Apostelesmatum scriptore monuit.

1, 16 sq. Hoc egenum frustulum ipsius esse compilatoris quivis videt. Hinc in clausula Ἑρμέα, Ζῆνα (Ἕρμεα G) restitui, pro quo AR Ἑρμῆν, Ζῆνα scripsere, melius certe scripturi Ἑρμείαν, Ζῆν, quamquam etiam sic remanet falsus hiatus Ἄρεα, Ἑρμῆν.

2, 18-25. Hæc ejusdem manus sunt exceptis fortasse 20 sq., schemata *tria* ad res venereas spectantia. 20. λαφύραις GH, quod pæne adductus sum ut relinquerem, interpolatorem insolenti forma usum ratus; λάφυρα ed., χασαύραις conj. R, ad sensum bene. Sed scripserat, opinor, λαφύροις, vocabulo insolenter ad captivas servas traducto; initium prioris et clausulam posterioris versus ex 258 μίσγει γὰρ δούλησιν ἑταιρίσιν, et 261 κακῆς διὰ φίλτρα Κυθήρης, desumpsit.

3, 26-33. Locus est de Sole et Luna mascula femineave signa tenentibus, qui non dubito quin conjunctus olim fuerit cum 21. Vid. supra ad IV, P. Additus erat hic locus ad antecedentia, quia et ipse de rebus venereis agebat. Et similia sunt τέρπονται παίδων ἐπὶ κύπριδι 25, et ἀρσενικοῖς ἔργοισιν τέρπεσθαι 31, χαλεπῇ 25 et ἀργαλέως 33.

4, 34-36. Locus procul dubio aliunde intrusus et quidem propter *reges* v. 28 memoratos.

5, 37. Tantum pentameter legebatur, ad proxime antecedentia se applicans. Finxi hexametrum, qualem et additum et facile omissum esse credibile est, quamquam fateor aliud etiam σχῆμα illi v. 37 apponi potuisse, nempe :

θηλυτέρῃ Παφίῃ παίδων ἡγήτορας ἔρδει.

Vid. VI, 478 coll. 481 sq.

6, 38-41. Locus a malo versificatore profectus, in quo dubitanter v. 41 emendavi, ubi μόρον αἰνὸν οὐκ ἐκφεύγουσι GH, μόρον αἰνὸν ὑπεκφεύγουσι ed. e conj. D 678, quod ille explicat, pejores illos esse *iis*, qui diram mortem a dynastis intentatam *effugere conentur*. Sed patet potius eos mortem illam *non* effugere. Hinc bona versus modulatione μοῖραν δ' οὐκ ἐκφεύγουσι emendavi; haud scio tamen an malâ malus poeta scribere maluerit : μόρον αἰνὸν δ' οὐ φεύγουσι. Quamquam alia etiam excogitari posse, ut μόρον οὐδ' αἰνὸν φεύγουσι, aut etiam πόρον αἶν', οὐδ' ἐκφεύγουσι, me minime latet. Tum v. 39 χρώματος GH, σώματος vel χρήματος conj. D 641; hoc AR prætulerunt, illud nos. — Ceterum locus

additus propter δυναστῶν ad 3, 28 δυνάστας.

7, 42-49. Locus item agens de amoribus et παιδοποιΐᾳ. Et cf. δυσγαμίην 19 et 46. Videtur ab eadem manu ut 3. — 47 κρατέουσ' edd., κατέχουσ' nos.

8, 50-57. Locus *elephantiasin* vivide describens, quales de *morbis* simillimo stili colore agentes locos infra habemus 24. 27. 32. 36, quos quum inter se comparaveris, ab eodem scriptos esse non dubitabis. Locus huc illatus propter Ζηνὸς ἄτερ 56 coll. 41, et δύσμορος—Ἀϊδόσδε κάτεισιν 52 coll. 41. Etiam *Solis* et *Lunæ* mentio ad 3, et *Saturni* ad 7, 45 eum vocare videtur. — 54. ὄχθους edd., ὄγκους nos ex emend. AR.

9, 57-61 et 10, 62-65 idem fere σχῆμα, sed diversa manu explicatum. Priorem imperiti esse, inepta arguit conjunctio Ἑρμῆς-μυστήρια δρῶσιν. Hinc dubitanter v. 60 AR emendationem propagavi, quum in G vitiose sed fortasse vere legeretur ἅπτοντ' ἢ (ἅπτονται ἢ HJ) λύρης εὐρύθμοιο. Addita autem sunt hæc σχήματα propter eosdem qui supra memorati sunt planetas, Mercurium, Lunam, Venerem, Jovem, et quidem maxime ad 6, cùm quo æquale ejusdem nominis initium habent: Ἑρμ—. Ne quis hoc improbabile existimet propterea, quod tum hi duo loci statim post 6 intrusi forent, semel monuisse sufficiat, ubi ad *unum* locum *plures* — fortasse ad marginem — fuerint adscripti, eos alium post alium textui insertos necessario plus minusve a loco, quo attracti erant, separatos fuisse.

11, 66-74. Duæ constellationes, sed eadem manu factæ, ut arguit insuetus copulæ initio v. 66 et 70 defectus. Et ad *reges* pertinet, quos supra 3 et 4 habuimus (cf. etiam v. 72 ἡγεμονῆας), et verbo εὐτεχνίην v. 71 compone contrarium v. 48 sq.

12, 75 sq. Distichon a sequentibus separavi, aperte intrusum propter κέντροισιν ἐπών coll. v. 66.

13, 77-88. Horum initium, quod simile fuisse v. 75, certe et de Marte egisse et vocabulo πάντοτε incepisse etiam ex v. 83 credibile est, eam ipsam ob causam periit. Uberrimus fons depravationis in describendis ejusmodi collectaneis hic fuit, quod librarii sive negligentia sive pigritia eundem similemve versum semel, non bis posuerunt. Sine dubio locum VI, 410-430 ante oculos habuit. Ceterum hoc fragmentum ejusdem esse auctoris atque infra 28, duorum versuum aperta compositio evincit :

83 πάντοτε νυκτερινοῖσι μεσουρανέων Κρόνος αἰνός
167 Ἄρης ἡμερινοῖσι μεσουρανέων τάδε ῥέζει.

Hîc quidem adsutum est 13, ne de deperdito initio conjecturam faciamus haud improbabilem (cf. ad 12), propter μεσουρανέων v. 83 coll. v. 70. Et habemus iterum *Saturnum*. — 85. οὔτ' ἐπὶ edd., οὔθ' ὑπὸ nos. — 87. παρύγροισι edd., πανύγροισι nos e conj. A. — 88. ἰδίων edd., ἴδιον nos e conj. R, qui tamen non debebat τοι tentare pro τῶν, quod bene habet.

14, 89 et 91 distichon et 15, 89. 90. 94. 92. 93. 95 idem σχῆμα hexametris expressum et accuratius expositum. Nemo me temeritatis accusaverit, quod bis posito v. 89 et transpositione necessaria lucem in meras tenebras injeci. Additum est utrumque frustum propter Ἑρμείας initio positum coll. v. 70. 62. 58, et κεντρωθείς coll. v. 75. 66. Denique hîc quoque *Saturnum* habemus et *Lunam*. Ceterum in 15 agnoscere mihi videor illam medici poetæ diligentiam, cui ad 8, quæ certissime ejus erant, adsignavi. — 91. τ' post τεύχει addidi.

16, 96 sq. 17, 97. 114. 18, 98 sq. Tres singulæ de *Marte* sententiæ *Solis* vi mitigato. Erunt qui vituperent quod v. 114 huc traxi et cum v. 97 repetito conjunxi. Sed illic quidem pentameter ille nihil habebat quocum jungeretur, sed adscriptus videbatur ad similem, qui periit, hexametrum. Habuisse autem fere eundem hexametrum atque v. 99 valde probabile erat. Hinc ei præmisi repetitum v. 97, sed emendatum. Is quum in GH sic legeretur :

νικᾶται γὰρ Ἄρης ὑπὸ αὐγαῖς Ἠελίοιο,

putavi eum dignum esse illo misello poeta, quem jam sæpius notavimus, quique antecedentem versum mala clausula : ἀλλ' οὐχ Ἄρην finivit. Scripsi autem tum νικᾶται δ' Ἄρης αὐγῇσιν ὕπ', rejecto v. γ. Ἄ. μὲν ὑπ' αὐγ., quod e conj. Spitzneri v. Gr. her. 156 reposuerunt AR. — Illatæ autem sunt hîc hæ sententiæ primum ob *Martem* et *Solem* similiter in 13 conjunctos, tum fortasse propter πάντας collatum cum πάντοτε v. 83 et 75.

19, 100-105. Sex versus memoriales de septem planetarum potestatibus adnexi propter ῥέζει et cumulatos accusativos. — ἐλαιοφόροιο edd.

20, 106-114. Figura incestos cum matre amores portendens — cf. VI, 160-169; V, 202 sqq. — hîc illata propter συναφήν v. 108 coll. v. 74; et δυστλήμονες v. 110 coll. πολυπήμονες v. 85; et μαινόμενοι v. 111 coll. ἐμμανέας v. 91; postremo propter ἣν δ' ἀκτῖνα λάβωσιν etc., quæ proxime ad sententias 16-18 accedunt. Hinc v. 114 pro pentametro, quem supra collocavi, hexametrum posui, quem ille extrusisse videtur :

οὕνεκα τὴν προτέρην κακίην σβέσεν Ἠελίου ἴς.

Nam causalis debet esse cum antecedentibus nexus

Inde non probanda erat R conjectura : καὶ πρ. κ. σέλας ἐσϐ. Ἠελίοιο. — 106 τε addidi.

21, 115–127 proxime juncta olim fuisse cum 3 supra jam dictum. Hîc infersit propter ἀντίον Ἠελίοιο καὶ ὡρονόμοιο — v. 116 coll. Ἠελίοιο v. 112 et κατ' ἐναντίον ὡρονόμοιο v. 90, et propter argumentum venereum. — 123 sq. εἰ δέ κεν οὕτω Μαρτυρίην τούτῳ καὶ Κρόνος ἀμφιϐάλλοι edd., quem pentametrum hîc quidem emendavi, sed lectum etiam fuisse in versibus elegiacis eandem rem exprimentibus, v. 128 ostendebat. Hinc confeci infra *duo disticha*. AR εἰ δέ κεν οὕτω intactum reliquerunt, v. 124 autem αἰνὸς v. δεινὸς K. ἀμφιϐάλλοιτο tentaverunt; sed nostrum κρυερὸς facilius videbatur. — ἄχνοας GH, quod restitui auctore Lobeckio Parall. gr. Gr. 174, ἄχνους ed. e conj. D 332.

22. Eadem sententia duobus distichis expressa. Vix opus ut moneatur hexametros ex 21 desumptos me tantum posuisse, ne sententia hiaret, non quod pro certo eos in carmine illo elegiaco positos fuisse sponderem (cf. de his rebus III, 285 sqq.; VI, 268-271. 281 sqq.); poterat enim hoc multis aliis modis exprimi, ut exempli gratia :

Ἄρης δ' εἰ τετράγωνον ἴδοι Κύπριν, εἰ δ' ἐπὶ τούτῳ
μαρτυρίην οὕτω καὶ Κρόνος ἀμφιϐάλοι,
ῥέζει δγ' ἑρμαφρόδιτον ὁμώνυμον ἀθανάτοισιν,
δισσὰς ἀχρήστους εἰς ἓν ἔχοντα φύσεις.

23, 129–133. Admiscuit positionem prorsus alius generis, nisi quod hîc quoque ut in 21 *Saturnus* et *Mercurius* commemorantur. Sed perduxit eum duplex similitudo, primum κέντρα λαϐόντες coll. v. 123 κέντρον ἔχοι, tum quæ magis sono quam sensu verborum consistit φιλέοντας ἀεὶ πρηκτῆρας ἐόντας v. 133 coll. v. 126 αἰὲν ἐόντας ἀπειρήτους φιλότητος. Hoc postremum mirum, imo incredibile videatur ei, qui talia non investigavit; nobis quidem hoc ipsum vel maximum est signum aliud in his anthologiis vinculum frustra quæri. Similia passim Lehrsius in Hesiodo notavit. Itaque pæne piget adscribere βαίνοντες ὁμοῦ v. 130 coll. ἐπεμϐαίνουσα v. 115.

24, 134–138. En iterum fragmentum medicum, ut ita dicam! Delatum est in hunc locum aut propter *Martem* et *Lunam* etiam in 21, v. 115 et 119 noxios — et cf. ἔχοντι τόπον v. 135 cum ἐπεμϐαίνουσα τόποισιν v. 115 — aut propter συμϐάλλουσα coll. v. 130 βαίνοντες ὁμοῦ. Sed illud præfero : accedit enim v. 136 ἀμφὶ πόδας τέμνονται ὑπ' ἀνδροφόνοιο σιδήρου coll. v. 120 στάχυν ἄρσενα δεινῷ ἀποτμήξειε σιδήρῳ. Ceterum hic locus et inprimis vox μουνόποδες in memoriam revocat, quod Æl. Lamprid. c. 10 de Commodo narrat : « *Monopedios* et *Luscinios* eos, quibus aut singulos *elisisset* » [sic corrigo quod in edd. legitur *tulisset*] « oculos, aut singulos pedes fregisset, « appellabat. »

25, 139–151. Hîc vero frustulum habemus prorsus ab hujus poesis astrologicæ siccitate et accurata constellationum descriptione alienum, quod non dubito quin carminis antiquioris fuerit, quo planetarum potestates cum Deorum eorundem vulgatis virtutibus conjunctæ celebrabantur fervidiore et ad Homerica paullo magis adspirante arte. Huc pertinet etiam celebratissimi loci Il. Π, 33–35 :

νηλεές, οὐκ ἄρα σοίγε πατὴρ ἦν ἱππότα Πηλεύς,
οὐδὲ Θέτις μήτηρ· γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα
πέτραι τ' ἠλίϐατοι, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής,

luculenta sed, ut opinor, exitu decurtata imitatio, qua cum aliis haud infeliciter certavit. Cf. intpp. ad Theocr. III, 15 sq. Virgil. Æn. IV, 365-67. Habemus autem locum prorsus ejusdem coloris infra 33, cujus extremos versus 205–207 conferas cum 140 sq. Sed quî factum, ut illud pulcerrimum fragmentum hîc importatum sit? Non solum ob *Martem* noxium omnino, quamquam is v. 134. 122. 119 partes suas explet, sed propter v. 149 :

οὐ τέτατ' ἀ ν δ ρ ο φ ό ν ο ι ς περὶ δούρασιν ἠλοπαγὴς χείρ,

coll. v. 136, quem modo adscripsi. Vides : illic *pes amputabatur* ἀνδροφόνῳ *ferro*, hîc *manus affigitur* ἀνδροφόνοις *lignis*. Id satis erat consarcinatori. — 148. μεθ' ἑοῦ μόρου ἐστ. H edd., ἄλλου — μεθέπων μόρον vel μεθ' ἑὸν μόρον conj. D 381, cogitans de barbarie in cadavera sæviente. Id h. l. inferri nequit. Aut quod ego scripsi μετέωρον ἀνεσταύρωσας, aut μυσαρὸν μόρον vel tale quid inferendum fuit.

26, 152. Pentametrum superesse ex pluribus versibus elegiacis, quos similis antecedentium clausula absorbuit, jam nemo dubitabit. Poterat autem locus variis modis exornari, ut exempli causa :

Ἄρες, Ἄρες, κακοεργὲ καὶ ἀνδράσι καὶ μακάρεσσι,
νηλεές, οὐ Κρονίδης ἦν ἄρα σοίγε πατήρ,
οὐδ' Ἥρη μήτηρ, ἀλλ' οὔρεα πικρά σ' ἔτικτε
καὶ Λύσσα στυγερὴ καὶ Χάος οὐλόμενον.

27, 153-166. Iterum agnoscimus illum poetam corporis noxas tam vivide describentem. Quare jam communis cum 24 similitudo sufficere poterat ad ea hîc interponenda, sed noto insuper v. 162 κακὴν νόσον ἀνθρώποισιν coll. 135 σίνος ἀνδράσιν αὐτίκα ῥέζει, 165 ἀδρανέες μελέεσσιν coll. 137 ξύλινον προσκείμενοι ἄρθρον, 166 ἀειθανὲς ἦτορ ἔχοντες coll. 138 αἰείμνηστον ἐὸν πόδα παπταίνοντες. — 155. οἵ κεν ἔπειτα edd., particula intolerabili; οἳ καὶ ἔπειτα

nos : non statim, sed tempore procedente demum ossa hydropis aqua dissolvuntur. Nisi epitheton latet ad ipsa ossa referendum, ut κατάσηπτα. — 159. ἀνέρας ἐκτήκει πολλάκις ἐκ κρυφίμων edd., quem pentametrum infra adhibui ad 29. Hîc vero hexameter inde effingendus erat, quod feci adjutus infra 252 et II, 366 ἄλγεσι κρυπτομένοισι scribendo : ἀ. ἐ. κρυφίμων ἄπο πολλάκι νούσων. Comparandi gratia adscribo commentum R ἀ. ἐ. δὴ πολλάκις ἐκ κρυφιμαίων et A ἀ. ἐ. τότε πολλάκις ἐκ κρυφίμων γε.

28, 167–174, et 30, 176-179 duo schemata ad *Martem* ejusque damnosam apparentiam pertinentia, quibus 29 fragmenta duorum distichorum interserui, ubi idem quod 27 dicebatur. Etiam in singulis quibusdam 28 et 30 antecedentibus appropinquant : v. 174 θανάτῳ στυγεροῦ θνήσκουσι σιδήρου coll. 136, et 178 σίνος αἰνόν coll. 135, quos versus modo adscripsi; 179 πέλαγος πλώουσιν coll. 143 πελάγεσσιν ἐπιπλώουσαι. — 171 τε addidi ex em. AR præf. XXXVII. — 173 sq. hos versus transposui postulante sensu; facile intelligitur ordinem mutatum esse, si, quemadmodum conjeci, similis sequebatur hexameter, qui erat elegiaci fragmenti. — 174 στυγερῷ θν. σιδήρῳ edd., pro quo genitivos posui; dativos credibile est in altera hexametri recensione lectos fuisse, quare hinc in 29 ante v. 175 intuli. — 175. τοῦτον H edd., τούτων nos ex emend. D 332. — 179. ἢ πάθος ἠπλώουσιν G, ἢ πάθον ἢ πλώουσιν ed.; qua conjectura nihil lucramur. Patet unum versum periisse, cujus initio ἢ πάθος positum erat, tum vero ἢ πέλαγος scribendum fuisse.

31, 180-184. Una medicorum constellatio, quam non mireris post tot morbos illatam. Et cf. præterea εἰ δὲ Ζεὺς ἐσίδοι cum v. 175 Ζεὺς δ' ἐσιδών. Copulæ defectio v. 180 nobis in memoriam revocat 11. — Patet autem, hîc quoque versuum ordinem mutandum fuisse : scilicet v. 184 ad omnes pertinet ἀμύμονας ἰητῆρας, sed si Jupiter etiam adspexerit, tum inde habent secundum v. 183 *honorem et præmium.*

32, 185-195. Habemus rursus fragmentum medicum ejusdem coloris. Præterea similia vide hæc : v. 186 Μήνην φωσφορέουσαν et 187 Ἄρεϊ συμβάλλουσαν coll. 134; 194 εἰ δὲ Ζεὺς ἐσίδοι coll. 182, 175. — 188. μινυνθαδίοισι χρόνοισιν edd., sed scribendum fuisse μινυνθάδι' οἷσι χρ. monstrat 248 μινυνθάδιόν τε χρόνοισιν. — 189. αὐχήσαντα edd., αὐξήσαντα nos. — 190. ῥυζήσασαι edd., ῥοιζήσασαι nos, h. e. cum impetu ejicientes. Alius fortasse ῥυστήσασαι prætulerit.

33, 196-207. De hoc fragmento egregio jam ad 25 dictum. — 198. ἀθανάτοισι θυήλης GH, ἀ. θυηλῆς ed. quod hîc non quadrat. Neque enim dicendum erat deos non capere fructum ex sacrificiis, sed potius homines inde nil lucrari. Hinc scripsi : ἐν ἀθανάτοιο θυηλαῖς. — 204 τε addidi. — Sed cur hîc additum? Nempe, quia antecedenti particula sermo fuerat de embryonibus immaturo partu pereuntibus, hîc vero v. 199 γένεσιν ἀνδρῶν et 200 νηπιάχοις legitur; tum, quia 195 de Jove dictum : — ἐκσώσει θανάτοιο, κακῶν δ' οὐκ ἔσσετ' ἀρωγός, hîc vero 198 sq. οὐ γὰρ ὄνειαρ — οὐ γάρ τις δύναται γένεσιν μετατρεψέμεν.

34, 208-214. Jam non veremur, ne in justam incurramus reprehensionem, quod non solum duo disticha intacta reliquimus, sed iis adeo unum et dimidiatum advindicavimus. V. 213 in GH sic legitur : ἔκφρονας αἰνομόρους ἢ νοσερούς τελέσειεν, ubi AR ex emend. D 406 post ἢ inseruerunt καί. Sed quanto probabilius, quum v. 212 aperte cum antecedentibus cohæreat, consueto futuro hîc quoque illato pentametrum restituere? — 214. ἐὸν edd., ἔμεν nos. Pentameter periit. — Ceterum hæc adnexa sunt propter *Lunæ* cum *Jove* conjunctionem : cfr. 194, 186. Neque negligendum νοσερούς 213.

35, 215-228. Hæc duo schemata ejusdem fuerunt, videnturque sese deinceps excepisse : hinc conjunxi. Conjunctio est *Jovis* primum cum *Marte*, de quo tam multa jam habuimus, deinde cum *Luna*, quæ in 34 Jovi sociata erat. Et cf. quæ v. 220 sq. Marti adscribuntur cum 177 sq.; nec negligas v. 228 jam 183 lectum esse, unde, siquidem nihil repugnet, vel eundem prodi poetam suspiceris. — Sed 215-218 turbata erant. Leguntur in G sic :

> Ἄρης καὶ Φαέθων κατ' ἐναντίον ἀλλήλοισιν
> ἀνθρώποις ἐπάγουσιν ἀνωμαλίην βιότοιο,
> καὶ προκοπῇ στερεοῦσι καὶ ἐκ φιλίης ὀδάσουσι.
> ἄμφω κέντρον ἔχοντες, ἐπεὶ Διὸς ἔπλετο πλοῦτος; etc.

Hic προκοπῆς στερέουσι et ἐλάσουσιν jam recte AR. illud quidem ex H, sed ordinem patet malum esse, rejecto, quod initio ponendum erat, ἄμφω κέντρον ἔχοντες in quartum versum post demonstratam constellationis efficaciam. Hinc illo statim in prius alterius versus hemistichium retracto, cetera ordinavi, ut debui. — 221 χρώματα GH, χρήματος AR, nos σώματος, ut 39. — 222 ἐν εὐπορίῃ edd., inepte : neque enim facile quis de animi paupertate mediis in opibus languescentis cogitet. Quare ἀπ' εὐπορίης scripsi : cf. infra 264. VI, 632. 668. 673. 677. Ad omnia cf. III, 306-308.

36, 229-261. Etiam has *quinque* posituras non solum unius esse auctoris, et quidem ejusdem, qui de morbis tam diligenter exposuit — nec ab his

absonus horum schematum effectus —, sed etiam hoc eodem ordine apud ipsum auctorem dispositas fuisse, et stilus docet prorsus ejusdem coloris, et constellationum series, quarum in omnibus *Saturnus* et *Mars*, et quidem in tribus cum *Luna* et *Venere*, in una cum *Luna* sola, in altera cum *Venere* sola memorantur. Patet ipsos illos *noxios*, de quibus tam multa in hoc libro cumulata videmus, in causa fuisse, ut schemata hîc intrusa sint. — 240. Post hunc versum unum intercidisse hians in descriptione amplissima sententia et constructio clamat. Ceterum valde memorabilis est hic locus vel Indicorum pœnitentium imaginem memoriæ referens. — 242. ὁλοαὶ τήρουσι GH, ὁλοὸν τηροῦσι ed., sed neque cur aut capilli aut caput pernicioso epitheto ornentur, neque quomodo capilli caput custodire possint, perspicio. Hinc οὖλαι πληροῦσι scripsi. — 256. Κρόνου μέσση G, Κρόνου μέσση H ed., sed Κρόνοιο μέση ex v. 250 revehendum erat. — 261. καὶ — λέκτρα edd., sed neque subjecti subita mutatio placet, et non tam concubitus, quam furoris mentem occæcantis mentio facienda erat. Hinc αἳ — φίλτρα dedi, hoc quidem secundum IV, 494. Poteram etiam θέλκτρα scribere, quæ vox certissime apud Apoll. Rhod. I, 515 restituenda, ubi ex codd. optimorum vestigiis τοῖόν σφιν ἐνέλλιπε θέλκτρον ἀοιδῆς scribendum esse nuper monui.

37, 262-276. Etiam hæc σχήματα videntur ejusdem esse, et certe duo priora ita alterum post alterum posita erant. Sunt ejusdem, qui 35 composuit, ut argumentum constellationumque similitudo et voces concinentes evincunt, ut ἀνωμαλίην βιότοιο v. 216 et βιότοιο δ' ἀνώμαλα ἔργα, v. 270, θόρυβοί τε μάχαι τε v. 220 coll. 265; et cf. 222 cum 264 et 269. — Addita hæc quoque antecedentibus propter *Martem* et *Saturnum*, qui etiam in his celebrantur. — 264. Ante hunc versum lacunæ signa posuimus, quoniam, ut quivis videt, hæc non quadrant: Ζεὺς ἠδ' Ἀφροδίτη— πλούσιοι etc. — 272. ἔχουσα edd., ἰοῦσα nos ex emend. A. — 273. Ἄρεος ἠδὲ GH, Ἄρεως ἠδὲ ed., Ἀρεός τ' ἠδὲ nos.

38, 277-285. Hic locus a recentiore quodam factus, cujus, si recte video, præterea nihil in hac collectione exstat. Habemus ἡ Κερόεσσα, νυκτερινοῦ et ἡμερινοῦ θέματος, et articulum in ἡ Κερόεσσα bis et τῶν ὁλοῶν. Additus locus et propter κερόεσσα coll. 271 et κατὰ μοῖραν ἰοῦσα coll. 272.

39, 286-338. Totus, qui sequitur, locus ex libro IV paucis quibusdam mutatis depromptus est. Ea, exceptis orthographiæ et accentuum nugis, accuratius comparare et excutere placet, quoniam inde indoles consutoris luculentissime emergit. — Primi quattuor versus 286-289 leguntur IV, 121-124 iisdem verbis, nisi quod ibi χαμίνοις exstat. Adjuncti sunt antegressis propter ἡμερινῇσι λοχείαις coll. 283 ἡμερινοῦ θέματος.

Proximi quattuor versus 290-293 apertius etiam arguunt morem consarcinatoris. Nam 290 sq. invenitur IV, 139 sq., nisi quod ibi οἰκείως legitur, quod nôn debebant hîc quoque inferre AR; contra 291 sq. repetitum ex IV, 127 sq. Locus superiori conjunctus est propter vocem μαρτυρίη 291 et 286 positam.

Sequuntur v. 294-300 ex IV, 146-152 deprompti, ubi hæ lectiones variantes deprehenduntur: 146. ἦν, de qua particula dictum est. ἑλικοδρόμος. — 147 κόσμου, pro quo hîc κόσμον legebatur, jure mutatum ab AR. — 150 sq. ἐργοπόνους δείκνυσι καὶ ἐν πραπίδεσσιν ἀρίστους Ἔσσεσθαι, θριγκῶν τε καὶ εὐτοίχων καν. — Quod Noster habet, procul dubio aliunde deprompsit, neque inficete, ut scilicet sculptoribus pictores adjungerentur. Hos vero nollem putavisset A ζωγραφίῃσι μέλοντας dictos esse a Nostro, quum vulgatum illud ζωγραφίης μεδέοντας nihil habeat offensionis. Tum legitur εὐτυπέων in G, sed « superscr. εὐτυπέας » (non εὐτοπέας, ut notant AR), εὐτοπέων H, εὐτυπέας J, εὐτύκτων AR, sed debebant εὐτοίχων, si volebant ad normam fontis exigere. Equidem, ut initio εὐφυέας posuit, ita hîc εὐτυχέας voluisse puto hominem, nisi adeo novum vocabulum εὐτυπέας sibi effinxit. Ne de communi horum versuum cum antecedentium similitudine dicamus, addita videntur propter Ἑρμείαν — κατὰ κόσμου ἀταρπόν coll. 290 Ἑρμῆς — κατὰ κύκλα φαανθῇ.

Quæ deinde leguntur 301-305, mire concinnata sunt. Nam 301 sq. leguntur IV, 201 sq., unde hîc quoque Ἑρμείου AR ex F scripsere, quum in GH esset Ἑρμείᾳ, quod mihi in Ἑρμείω mutandum videbatur; contra 303, pro quo IV, 203 parva mutatione legitur:

ῥητορικῆς φαίνουσι τέχνης σοφίης τε κρατίστους,

ex IV, 141 integer repetitus, nisi quod propter sequens ζηλωτάς qui ibi legitur dativus σοφίῃ, in genitivum mutatus est. Tum 304 sq. rursus deprompti ex IV, 204 sq., sed ibi σχολιῶν τε λόγων, pro quo quod Noster habet τεύχει τε λόγων non potuit aliter mutari quam in τέχνης τε λόγων — nihili sunt hîc quidem editorum conjecturæ; — sed magnopere vereor ne etiam illud τεύχει sit vox, qua ineptus concinnator elapsa genuina versum explere parabat; certe a numerorum confusione nullum ei fuisse impedimentum postea videbimus. Tum in libro IV τ' ante ἄσκησιν adjicitur, defectus leve indicium, quem a nostro homine non esse

animadversum quis miretur? — Locus cur adjectus fuerit dictu facile est : compone 303 et 292, et iterum de *Mercurio* sermo et de *Jove*, et artes artibus accumulantur.

Nec minus rude suum artificium sequenti excerpto 306-320 prodidit. Hîc primum 306-317 ex IV, 478-489 exscripsit, sed his mutatis : 478. Μήνη δ' ἀμφίκερως σκολιόδρομος. 479. Ἄρεος εἰς τετράγωνα πόλου λοξεύματα βᾶσα. Sequitur tum 480, quem Noster sive errore sive consulto omisit

ἣν δ' ἐπὶ δυομένῳ κατὰ γῆς ἀπὸ τέρμονος αἴθρης ;

481. ἀμφ' sine δ' quod Nostro inferciendum erat. 483. ἐκφύσει θυρέτρων ἔπαν. 484. νυκτοπλανέας τε λαθραίους. 486. ἀλυσηδὸν, et ante hunc versus deest, quem hîc quidem bonæ frugis Noster servavit :

εἰς συνοχὰς ἥξουσι σιδηρήεντά τε δεσμόν,

quem versum indicatum per δ' post εἱρκτὰς relictum suo loco reddere non dubitavi. 487. ἔν τε βιαιοτάτῳ θανάτῳ βίον ἐκλείψουσιν, pro quo quod Noster habet ἔν τε βίᾳ θάνατον λείψει κακοεργέϊ θυμῷ, potest quidem emendari, et melius quam AR fecere scribendo ἐν δὲ βίῃ θανάτου λείψει κακοεργέα θυμόν, scilicet aut ἐν δὲ βίῃ βίοτον λείψει aut ἐν δ. β. θάνατον βλέψει, sed debent illi suæ sordes relinqui. Nam quum pronissimo sive negligentiæ sive male intellectæ abbreviationis errore illud ἔν τε βιαιοτάτῳ θανάτῳ βίον depravatum esset in ἔν τε βίᾳ θάνατον, ille clausula aliunde importata — et cf. ζήλῳ κακοεργέϊ supra 259 — κακοεργέϊ θυμῷ versum integraturus ἐκλείψουσιν, siquidem reliquum erat, haud sollicitus de numero in λείψει decurtavit. — 488 φοβεροῖς (obiter addo, falso AR, deceptos de hominis stupore, δεδαϊγμένος propter antecedens λείψει scripsisse !). — 489 ἀλγινόεντα et ἐκδήσαντες. — Tum subito egregius vir, videlicet ut inventum suum λείψει tueretur, v. 318 et 319 ex IV, 50 sq. subreptos intrusit, nisi quod quum ibi recte ἐς ἰνίον legatur, ipse inepte ἢ ἰνίον scripsit. Postremo sua v. 320 rursus ex 490 repetito clausit, sed ut finis coronaret opus, quum haberet verbum finitum, illud λείψει v. 315, copulam restituit et pro πνεῦμα πικρὸν aut λυγρὸν, quod invenit, πνεῦμά θ' ἑὸν scripsit, nisi adeo quod in G legitur πνεῦμά τ' ἑὸν, cum suo vitio ei relinquendum est. Nec clausulam incorruptam describere valuit. Dedit enim : πικρᾶς μοίρας ὑπ' ἀνάγκας, *Dorice*, opinor! Hîc quidem videre licet, quantopere ludificati sint AR. Nam lucem his Ægyptiis tenebris illaturi primum hoc ordine versus collocarunt : 318, 319, 317, tum 320 scripsere πνευμάτιον, simplici hominis boni copulæ substituentes, si diis placet, Adriani imperatoris *animulam vagulam blandulam!* Sed hæc satis sunto. Jam enim, opinor, hîc quidem tenemus apertis documentis hujus libri originem, nec quisquam, nisi qui traditionum superstitione prorsus occæcatus est, jam accusabit nostram discerpendi avidam criticam. Pæne piget hîc quoque adscripsisse cur hæc potissimum antecedentibus addiderit : collatis 306 et 294, ut omnia alia taceam, patebit.

Quæ jam leguntur 321-338, ea eodem ordine IV, 395-413 videas. Hîc quoque, ubi fons discrepat, enotasse placet. 397 sq.

ναυσιβάτας φαίνει καὶ ἐν ὕδατι νήκτορας ἄνδρας
ἔσσεσθαι σκαφέων τε κυβερνητῆρας ἀΰπνους
πρωτάρχας τε νεῶν etc.

quorum ex tribus ultimis hemistichiis unum fecit : πλωτάρχας σκαφέων, quod ei reddidi. — 400. ὀρνυμένου βίοτον λείψουσι, pro quo quum in MHF ὀρνυμένοιο βίοτον σώζουσι legeretur, cum G ὀρνυμένοιο βίον σ., quam cum AR ὀρνυμένου βίοτον σ. scribere malui. — 401. Μοίραις (Μοίρης GH) βαιὸν χρόνον, pro quo quod Noster habet μοίρῃσιν ὑπότρομον tantum separato ultimo vocabulo retinendum erat, quamquam præter quod AR intulerunt ὑπὸ χρόνον, etiam ὑπότροποι aut adeo ὑπὲρ τρόπιν scribere potuisses. Sed hîc quoque valet illud : *Suum cuique*, etiam ineptum et stolidum. — 402 ὁππότ' ἂν πολιοῖο Κρόνοιο. — 403 ᾖ ἰσόμοιρος, pro quo Noster ἣν sine verbo substantivo scribere sustinuit, quum facile esset : κυανοχρόου εὖτε Κρόνοιο — ᾖ ἰσόμ. — 405 νεκυοστόλος, quod etiam Nostro obtrudere volebant AR : cf. præf. p. XXXVIII. — 406 ἐξολέσει — καὶ πολύν. — 407 καὶ δὲ κ. θανάτους, quod non debebant Nostro inferre, sine dubio θάνατον placide ferente. — 408. πλοῦτον δ' ἐκ θανάτων πολλῶν μέγαν αὐχήσουσιν, ubi αὐξήσουσιν et hîc et in Nostro scripsisse me nondum pœnituit. — 400 sq. Nostro, sed signis circumscripta intuli. Legebatur enim in G :

Μάρτυς δ' ἐπὶ τοῦτο γένηται καὶ Πυρόεις,
ἡ μήτηρ προτέρη οἴχεται εἰς ἀΐδην;

quæ AR suis conjecturis tentare quam ex vero fonte complere maluisse miratus sum. Una restat varietas : in libro IV legitur ἵξετ' ἐς Ἀΐδην. — 412. ᾗ διὰ. — 413. ἀμβλώσσοις δ' ἃ γυναιξὶ (ἀμβλωσσους δ' αγυναιξι M), de quo supra dictum. Hîc quidem puncto post νούσου sublato integram reposui ex GH scripturam, quam in ἡμερίαις δὲ corruperant AR, quamquam postea, quid verum esset suspicati in præf. p. XXXVIII, male tamen cogitaverunt de menstruo mulierum, quum de gravidarum et parturientium hæmorrhagiis sermo sit, quæ ad abortum spectant. Consulto αἱμηραῖς δὲ scribendo conjunctionem inferre nolui.

Quæ sequuntur, 40-42 omnia communi *Satur-*

*ni Martis*que noxiorum vinculo cohærent. Et 40, 339 sq. quod obelisco notavi, nemo vituperabit. Audacius videbitur, quod ex 41. 341-352 fragmentum *elegiacum* feci. Sed nihil aliud suadere sive tolerare videbantur *quinque* pentametri—meo jure enim huc adnumero 342—in duodecim versibus occurrentes, lacunis insuper sententiarum interruptione indicatis. Quarum signa haud cunctanter posui, cetera fere nihil mutavi : 342. ἢ καὶ γονέων στερέησιν GH, στερέσειεν AR. Quanto probabilius erat deleto ἢ consuetum στερέσει reponere? — Tum ante 344 pentametrum excidisse, quo *longior* constellatio integrabatur — *Lunæ* autem mentionem factam esse conjicio — ejus rei signum est diserta demonstratio 345, τῇδε νόει ξυνέσει : ita enim pro τούσδε scribendum bene viderunt AR. — In sequentibus, ut jam de signis defectus taceam, 348

εὐτυχὲς ἐσσεῖται τοῦτο θέμ' ἐκ γενεῆς

ex emend. D. 644 scripsi, et 351 G lectionem :

Μήνη δ' ἐκ συνόδοιο Κρόνον φίλον ἀγκαλίσαιτο

restitui, pro quo AR e sua conj. dederant

Μήνην εἰ συνόδοισι Κρόνος φίλος ἀγκαλίσαιτο,

postremo 352 εὐπρήκτους pro εὐπράκτους correxi.

42, 353-358 novam esse laciniam, etiam si quæ anteeunt, non pro elegiacis habeantur, diversus stilus arguit: nota illud ἐν παρόδοισιν. Sed 356 ex emend. D 333 βλάβας τ' ἄξει scribendum erat : βλάβας ἕξει G, βλάβας θ' ἕξει AR.

359. Videtur versus esse illius imperiti, quem jam novimus. Hinc οὐράνιος neque appicto γ' fulsi, ut fecerunt AR, nec in οὐρανίων mutavi. Quid quod fortasse idem ille scripsit ἀπλανῶν τε πλανητῶν, quemadmodum in MH (πλανήτων J) legitur, mutatum a G in ἀπλανῶν τε πλάνων τε, particula τε vitiosissime posita, quod etiam a pravis quibusdam Sibyllistis factum esse negari nequit.

360 sq. Etiam hoc distichum ejusdem videtur. Id ita interpretor, se jam velle *hoc metro*, i. e. *elegiaco*, πρὸς ἔπος i. e. ad *carmen heroicum* plura etiam canendo addere. Quod utrum fecerit necne, inutile est quærere.

Postquam ita per singula nostram de hujus libri conditione sententiam persecuti sumus, paucis, quæ jam inde prodeunt, uno sub obtutu ponere placet. Vidimus igitur

primum præter v. 359-361 *quinque* fragmenta, quæ † obelo transfiximus, 1, 6, 9, 16, 40, profecta ab inepto quodam versificatore, qui fortasse idem erat cum consarcinatore;

tum *decem* fragmenta elegiaca, 5, 12, 14, 17, 18, 22, 26, 29, 34, 41, quæ litera *E* notavimus;

deinde *quinque* particulas, quibus proprio quodam graphicoque modo morbi noxæque corporum describuntur : 8, 24, 27, 32, 36; has litera *A* insignivimus;

porro *tria* segmenta, quæ et propter argumenti et propter sermonis similitudinem ejusdem esse videbantur : 3, 7, 21; et item *duo*, 13, 28.

Jam, ut hîc subsistamus et plures etiam similitudines investigemus, habemus locos 2, 11, 31, quos horum comparatio uni originem suam debere ostendit : κέντρων ὅτ' ἂν ὦσιν ἄνακτες v. 22 et 66. παρέχουσι v. 19 et 72. ῥέξουσι v. 23, 68 et 181; copulæ defectus v. 66, 70, 180.

Porro 4, 30, 42 ejusdem esse evincunt πολλῶν αἴτιός ἐστιν ἐν ἀνθρώποισιν ἀνιῶν v. 177 et ἔσσεται ἀνθρώποις πολλοῦ κακοῦ αἴτιος οὗτος 355. λύπας v. 178 et 356; ἐποπτεύων v. 34 et κατοπτεύσας 357. ἐσθλὸς ἔφυ v. 36 et 358.

Tum jungo 2 cum 3 et propter res venereas et propter τέρπονται παίδων κύπριδι v. 25 et ἀρσενικοῖς ἔργοις τέρπεσθαι v. 31 sq.; cum 7 propter δυσγαμίην v. 19 et 46;

3 cum 10 propter κερόεσσα Μήνη v. 26 et 64; cum 20 propter γυναιμανέες v. 32 et μαινόμενοι v. 111;

7 cum 20 et 31 propter πολιὸς Κρόνος v. 45, 108, et 180; cum 10 propter Μήνην εὖτ' ἂν ἴδωσι v. 43 et ἢν — Μήνην ἐσίδωνται v. 64;

10 cum 32 propter Μήνην φωσφορέουσαν v. 65 et 186;

11 cum 20 propter συναφὴν v. 74 et 108;

20 cum 36 propter κακὴ κατὰ πάντα τέτυκται v. 107, 246 et 257;

31 cum 35 propter v. 183 et 228 eundem :

πλούτῳ τιμήεντας, ἀγακλέας ἀνθρώποισιν.

31 cum 32 propter εἰ δὲ Ζεὺς ἐσίδοι v. 182 et 194.

Hinc litera A insuper instruenda erant fragmenta 2, 3, 7, 10, 11, 20, 21, 27, 31, 35, 37. Ex iis, quæ restant, etiam 13 et 28 dicendi ratione non absimilia videbantur, neque 15, 23 (quod ad 10 maxime accedit). Quare et hæc eidem literæ adscripsi. Contra aperte alius prorsus artis indolisque sunt 25 et 33, de quibus supra dictum, quas litera B insignivi; neque frustula libri IV, quæ numero 39 comprehendi, ullam cum his habent cognationem. Sed etiam tria illa segmina, 4, 30, 42, ad alium poetam pertinere videntur; quare iis literam C præscripsi. Denique et versus sub 19 et 38 comprehensi tantum sui similes sunt; quare literis D et F præfixi.

LIBER V.

Similem esse libri *quinti* atque *primi* conditionem jam supra indicavi, non eandem esse nunc videbimus. In illo ostendimus variorum poetarum fragmenta contineri, eorumque quædam adeo et antiquiora et elegantiora; sed in hoc nihil invenitur, quod non recentiora tempora redoleat, multa, in quibus tam aperta deprehenduntur scabræ pravæque dictionis vestigia, ut vel apertissima vitia corrigere subinde dubites, incertus, num librariorum errores reprimas an ipsius auctoris manui vim inferas. In *duas* autem quasi partes hic liber dividitur, quarum prima post prooemia usque ad v. 108 procedens e variis poetis particulas fere minores continet, eodem sive sententiæ sive vocum similitudinis artificio consertas, quæ fere omnes in stellis *malis bonis*ve explicandis versantur; altera a v. 109 usque ad finem propagata longioribus constat fragmentis partim ad τέχνας, partim ad σίνη spectantibus, quæ sæpius bina trinave cohærere videntur, et vix ad plures quam ad duos diversos auctores referenda ultimis paganismi temporibus adscribenda sunt. Tædet dictionem bonis malis, raris vulgaribus, poeticis prosaicis varie mixtam in singulis excutere, aut formarum dialective inconditam vicissitudinem componere: sufficit singularem et non solum a bonorum Epicorum, sed etiam a libri quarti consuetudine recedentem articuli usum notasse, qui prorsus et frequentissime orationem pedestrem sapit. Compara enim mihi hos locos: 110, 113, 122, 126, 128, 150, 152, 154, 155, 165, 167, 181, 197, 207, 208, 222, 228, 234, 235, 237, 246, 247, 262, 264, 270, 272, 275, 282, 284, 285, 303, 307, 311, 315, 316, 318, 321, 331. Sed etiam in priore parte hunc usum vides 8, 13, 25, 42, 44, 47, 48, 54, 81, 84, 90.

Sed jam ad *singula* transimus. Pessima quæque hîc quoque obelo † notavi. *Prooemium primum*, quod v. 11 finiendum esse rècte sensit Fabricius v. 1-11 interpretando, eminet præ iis quæ sequuntur, quadam dictionis elegantia et puritate, neque quamquam tumide antiquitatem mentitur, eorundem esse videtur, qui plurima hujus libri fecerunt. — 3, 4. Hos versus transponendos fuisse, vinculum indicat non interrumpendum inter ἐχάραξε et ἀπομαξάμενος. Tum τ', quod in edd. post ἄστρων positum fuit, auctoribus AR ante illam vocem retraxi. — 5. delevi τ' post χηρῷ in edd. positum. — 6. Hic versus propterea notandus est, quod florilegium ejusmodi, quale et hoc et primo libro contineri diximus, disertis verbis promittit. — 7. ἣν δ' ἄρα GH, αἱ δ' ἄρα AR, ἂν δ' ἄρα D 301. οὐράνιον χορὸν edd.; scripsi: ᾗ διὰ ν. μ. ὑπ' οὐρανίων χοροῦ, prius jam invenerat Letronnius. — 11 χάματος GH, χάματός γ' ed., χάματος δ' nos.

Sequitur *alterum prooemium*, 12-24, quod ineptissime laciniis homericis *Glossarum*, quas hodie in nostratium poesi appellamus, in modum interpositis stipatum nimis toleranter antecedentibus adhuc annexum tulerunt. — 16. ἐπιγίνεται G, quod homini recenti restitui, ἐπιγίγνεται Homericum AR. — 17. ὡς edd., ὧς nos. ἡ μὲν et ἡ δ', quemadmodum hodie etiam in Homero Il. *Z*, 149 editur, G quod in ἡμὲν et ἠδ' mutaverant AR. — 19 τὰ πρῶτα G, quod restitui; ταπρῶτα AR. — 21. καρέθηκα γελοῖα edd.; παρέθηκ' ἀγελαῖα optime restituit Jacobsius ad Anth. Pal. p. 671. — 22 ἐπεὶ GH, quod restitui, ἔπη AR, male intellecto loco; causam enim additurus est cur suis Homerica interposuerit, idque facit comparatione facta, qua δόγματα θεῖα; quæ ipse tradit, auro confert, Homerica purpureo colori. Hinc scribendum erat: κόχλῳ χρυσὸς, pro quo in edd. κόχλος χρυσῷ legitur. Ceterum probabile est, hos quoque versus ex alio quodum poeta desumptos esse. Offendit ἁλὸς περιπορφύροντος, nisi de *colore marino* insolenter intelligas. Facile erat περιπορφυρούσαις scribere. Sed inferre nolui.

25 sq. Hos duos versus inter pessimos fœtus esse cuivis apparet. Quare etiam 26 πραπίδων χάματος ex GH revocavi, pro quo χάματος πραπίδων AR dederant.

27 sq. Hi versus ita in G leguntur:

ἣν δὲ ὥρην ψεύσηται, συνεξώλισθεν ἅπαντα.
ὥρη δ' ἀκριβοῦται βροτοῖσι τὰ δόγματα θεῖα.

Et ita H, nisi quod ἣν δ' et ὥρῃ δ' ἀκρ. præbet. AR ita scripserunt:

ἣν δ' ὥρη ψεύσηται, ἅμ' ἐξώλισθεν ἅπαντα.
ὥρη δ' ἀκριβοῦσα βροτοῖσι τὰ δόγματα θεῖα
31 γίγνεται αἰῶνος ῥιζίς, φύσιος πολυμόρφου.

Ultimum versum hîc collocari jam voluit Gronovius, et eum secutus D 663, qui præterea ψεύσειε, συνεξώλισθεν, melius propter v. 43, scribit et ultimo versu: γίνεται, αἰῶνός τε γένος, ῥίζα φύσεως πολυμόρφου, heptametro vitioso. Sed de hoc infra: neque enim suo loco movendus erat. Hîc vero facilius quod verisimile esset, transpositis versibus, ita restitui debebat:

ὥρῃ ἀκριβοῦται δὲ βροτοῖσι τὰ δόγματα θεῖα,
ἣν δ' ὥρην ψεύσῃ τι, συνεξώλισθεν ἅπαντα.

1, 29-34. Incipit locus communis de planetarum vi et præstantia, sine dubio a malo poeta confectus. — 29 ἀπ' οὐρανοῦ ἀέρι πουλὺν H edd. Nihil efficiunt viri docti, quorum D 663 sq. τε πολλῷ, ἠερέθονται et ἄχρις Ὀλύμπου, AR ἄρ' οὐρανο

ἀμφιπολοῦντες vel ὑπ' οὐρανῷ αἰθροπολοῦντες conjiciunt. Et alia etiam, si audaciores velimus esse, excogitari possunt, ut αἰθερόπλαγκτοι. Sed vix dubito, quin Homerica clausula abusus scripserit ἀν' οὐρανοῦ ἠέρα πουλύν. — 31 αἰῶνός τε γένος γίνεται ῥίζα φ. π. G, quod quomodo alii emendaverint, supra dictum; equidem emendavi γίνεται in καί mutato, prioribus literis ex γένος male repetitis. Cur ita planetæ dicantur, patet. — 32. σφαιρώματα edd., σφαίρωμ' ἀνα nos. Sæpius in hac sede ἀνά et κατά ab Epicis in anastrophe poni constat.

2, 35-43. Duo fragmenta ejusdem malæ farinæ, referentia de regum et imperatorum nativitate. Initio aliquid deest, absumptum, opinor, ultimo antecedentis fragmenti versu. Neque enim σύνοδος omnium planetarum intelligitur, sed aut *Martis* et *Jovis* — cf. II, 210 sqq. III, 295 sqq. — aut *Solis* et *Jovis* — cf. II, 347 sqq. — Hinc concidit conjectura A, v. 35 proponentis: παρέχουσιν ἄνακτας, ut hæc cum v. 34 cohæreant. Potius, si conjunctio cum antecedentibus necessario erat inferenda, scribi poterat: ὧν σύνοδος — παρέχει βασιλῆας. — 42. ὅτ' ἂν GH, quod restitui, de vitio apud hunc quidem securus : cf. 217; ἐπὴν AR. Tum initio apud alium emendassem τάδ' ἕκαστος, scil. ἀπέφηνε, sed hunc nolui attrectare, apud quem etiam λεύσσει reliqui.

3, 44-47. Sententia communis de mutua *malarum* et *bonarum* stellarum efficacia. Eam sententiam adjectam opinor propter v. 43, ubi similem observare licet bonarum stellarum corruptionem.

4, 48-61. Longior et paullo melior, sed lacunosus, locus de *noxiis* ambobus, Marte et Saturno. — 50. τούτων edd., τούτῳ nos : ad solum Martem pertinere ex v. 54 apparet. — 51 sq. φλογεραὶ edd., μαλεραὶ conj. R, στυγεραὶ nos. Tum his, et ante et post v. 52, lacunæ signa posui. Comparabatur enim Mars Venere visa a furore desistens cum igne, qui grassans per silvam aut torrente fluvio aut ἐκ Διὸς ὄμβρῳ subito exstinguitur; ad hunc igitur, non ad ignem pertinent verba: λάβρ' ἐπιγινομένου, quemadmodum dedi pro ἐπιγεινομένου GH, ἐπιγιγνομένου ed. — 55 sq. In G legitur :

* Ψυχρὸς γάρ τε πέλει τῇδε Κρόνοιο βολὴ
καὶ πήγνυται
Ὄψιμος· εἰ δ' ἄμφω δι' ἔριν δ' ἐπὶ κέντρον ἔχωσιν,

cum hac G nota : « Sic ordinavi, quum in MS. uno versu continuaretur, ψυχρὸς γάρ τε πέλει τῇδε κρόνοιο βολὴ καὶ πίγνυται ὄψιμος, in secundo ponerentur hæc : εἰ δ' ἄμφω διέριν δ' ἐπίκεντρον ἔχωσιν, ut versus quinque pedum. » H habet :

ψυχρὸς γάρ τε πέλει·
τῇ δὲ Κρόνοιο βολῇ καὶ πήγνυται ὄψιμος * * *
εἰ δ' ἄμφω διέριν δ' ἐπίκεντρον ἔχωσιν,

et ad marg. « fort. πήγνυται et addendum Ἄρης. δ' (post διέριν) fortasse significat τετράγωνον. » AR reliquerunt :

ψυχρὸς γάρ τε πέλει τῇδε Κρόνοιο βολὴ καὶ πήγνυται,

et conj. ψυχρὴ γάρ τε Κρόνοιο βολὴ καὶ πήγνυται ἤδη. Nos hîc quoque lacunæ signis dispositis in fine post πήγνυται addidimus αἰεί, quod facile excidere poterat. Tum δῆρίν γ' ἐπίκεντρον AR ex parte secuti D 336 δῆρίν γ' ἐπὶ κέντρου conjicientem; nos : δι' ἔριν περὶ κέντρον ἔωσιν. — 58. σύνοδοι edd., συνόδοις nos. — 61. ἀποθάλπεται θερμῷ GH, θάλπει ὑπὸ θερμῷ AR, pro quo etiam ψυχροτάτην δὲ K. βολὴν ὑποθάλπει ὁ θερμός conj. A.; puto θερμῷ correctionem esse, quum excidisset ob antecedentis versus clausulam Ἄρει. Nisi Κρόνοιο βολὴ ex v. 55 illatum, et scripsit poeta :

ψυχρότατος δὲ Κρόνος θερμῷ ὑποθάλπεται Ἄρει.

5, 62-65. Versus de *Jove* fautore (μειλίχιος) *Saturni* comite. — 63. κακοεργὸς edd., quod si servatur, jungi debet : Ἠελίου, κακοεργὸς Σὺν κείνῳ γὰρ ἐὼν etc. Sed multo simplicius erat κακοεργοῦ scribere, quod propter κάκιστος v. 66 et similia vicina facile in nominativum detorqueri poterat. — 65. καὶ ἐν νήεσσιν G, τε καὶ ἐν νήεσσιν ed., καὶ ἐν ὀθνείῃσιν nos. Cur enim illi φυγάδες tantum in *navibus* vagentur? Cf. II, 417-419.

6, 66-69. Ἥλιος κάκιστος additus ad Ἠελίου κακοεργοῦ. — 67. ἐγκλήματα GH, quod restitui; ἐγκλήσιας ed., sed in fragminibus talia mutare lubricum. — 68. ἀλλοπρόσαλλον GH, quod restitui, lacunæ signis positis : patet enim substantivum, ut Κύπριν, ad ultima duo epitheta deesse; ἀλλοπρόσαλλα ed.

7, 69-71. Sententia de *Jove peregrinas* in terras mittente, addita ad 5. — 69 καὶ δύνων GH, quod restitui; ἢ δύνων ed.

8, 72 sq. De *Marte* et *Mercurio*; hîc adscriptum propter τέρματος αἴης coll. cum ὑπόγειος 69, et propter θησαυρ. ἐπέδ. coll. cum εὐπορ. δηλοῖ 71.

9, 74 sq. *Mars* perniciosissimus — ὀλοώτατος — a *Jove* remotus et *Venere* fere cum omnibus cohæret, quæ jam habuimus.

10, 76 sq. Aliud σχῆμα de Marte κακῷ, sed paullo diversum, quippe *cum* Venere. — 76. ὅτ' ἂν GH, ἐπὴν ed. Sed aperte hoc schema cum antecedentibus pugnat. Hinc ὅταν δ' scripsi et post v. 77 lacunæ signa posui.

11, 78-80. Locus communis de *malis* stellis. — 78 πανείμερος GH, « superscr. πανήμερος » GRON., quod recepi : cf. 108; πανίμερος ed.

12, 81. Versus, quo alicubi *malarum* stellarum doctrina inferebatur.

13, 82 sq. R locum prorsus non intelligens « ἐν

δὲ κενῇσιν ὁδοῖς μόνοι aut ἐν κέντροισιν aut tale quid reponendum » cogitavit, sed quomodo hæc illaturus esset, dicere omisit. Locus quid sibi velit, optime intelligitur ex VI, 258 sq.

> οἱ δ' ὀλοοὶ κῆν δρῶσι γονὴν τεκέων μερόπεσσιν,
> ἢ πάλιν ἂψ ἀφέλοντ' ἢ ἀνάρσια θέντο τοκεῦσιν,

coll. III, 170. Præcedebat versus, quo *nihil omnino dari a noxiis stellis* explicabatur, cui deinde bene subjiciebatur : ἐν δὲ τέκνοισι μόνοις ἀγνώμονές εἰσι δοτῆρες. Jam etiam patet propter ultimam vocem ad τὰ δῶρα v. 81 hæc adscripta esse. — 83. ἐπιπένθιμον MH, ἐπὶ πένθιμον G, ἔπι πένθιμον ed., sed tum etiam γονῇ scribendum esset. Itaque prætuli ἴδὲ πένθιμον.

14, 84-92. Longius fragmentum de *Marte* et *Mercurio*, adscriptum ad 8. Quamquam propter *Saturni* accessionem v. 91 etiam omnino addi poterat collectioni de *malis* stellis institutæ. Hic locus ad libri IV stilum accedere videtur : hinc numero IV insignivi. — 90. ἠδὲ G, sed in marg. « ἦδε MS. », et « superscr. εἰδὲ » GRON., εἰ δὲ HJ, quod receperunt AR ; ἦν δὲ corr. Letronnius, quem nos secuti sumus. — 91. δεσμὸν edd., δρησμὸν nos, quod referendum ad 89.

15, 93-99. Idem σχῆμα : *Martis* et *Mercurii* conjunctio. — 94. δύναντες edd., δύνοντες nos. Post hunc v. lacunam esse hians sententia demonstrat. — 97. ἐπιγεινόμενοι GH, ἔπι γεινόμενοι ed. e corr. D 437; ἐπαειρόμενοι vel ἐπιτεινόμενοι conj. AR. — 98. φύσαντες edd.; ἐκ δ' ἄστρων φυσῶντες (*ex astris superbientes*) D 482, ἠδ' αὐτῶν φύσαντες (*eorum parentes*) id. 680 conj.; ψευσθέντες vel σφαλμῶντες seu σφαλμοῦντες A, ἐκ δ' ἄστρων πταίσαντες R. — 99. ἦλθον ἐπ' ἄφνῳ G, sed « Post hoc verbum in MS. adscribitur ἀνέλαμψαν, quasi id his adnecti deberet. » GRON. ἐπ' ἄφνω ἀνέλαμψαν J. Quod verbum male pro glossa habetur in marg. H, ubi est ἦ. ἐπ' ἄφνω, quod receperunt AR, quamquam A conj. ἦλθον ἐς ὄρφνην. Infelicissime D 482 et 680 ἧττον vel ἦττον (quod verbum esset !) ἐπ' ἄφνει vel ἐπ' ἄφνος. — Locum ex III, 67 sq. partim expressum puto :

> ἐξαπίνης δ' ἔσφηλεν ἐς οὐρανὸν αἰπὺν ἀείρας
> δειλαίους φῶτας ποτὶ Τάρταρον ἠερόεντα.

Tum in sequentibus non dubito, quin arguta horum hominum comparatio cum stellis crinitis subito apparentibus subito evanescentibus fuerit instituta. Hinc totum locum uno versu transposito ita constitui :

> 96 ὄλβῳ γὰρ πίσυνοι καὶ τεύχεσι θωρηχθέντες
> ἐλπίσιν ἀπλήστοις μεγάλας ἀρχὰς μελετῶσιν,
> οὐρανίοις δ' ἄστροις ἀνεπειγόμενοι ἀτῶνται,
> ἠδ' ἄστρων ψαύσαντες ἐὴν διὰ πίστιν ἄπιστον,
> οὐρανίῃσι βολαῖς ὡς ἀστέρες ἄφνω ἔλαμψαν,
> οὐρανίῃσι βολαῖς ὡς ἀστέρες ἦλθον ὑπ' ὄρφνην.

Hanc repetitionem minime inelegantem inferre non dubitavi : similem habes VI, 453 sq.

16, 100-102. *Malitia Martis* et *Veneris*.

17, 103 sq. *Venus* et Mercurius infausti. Fragmentum mutilatum esse patet. Pro γελοίων, quod habent edd., scripsi γελοίους ex em. D 666.

18, 105-107. *Malus* iterum *Mars* cum *Venere*. Fortasse hoc frustulum cum 16 cohærebat. — καὶ ego supplevi, μὲν AR. Ἄρηος conj. Gr., Ἄρης ἐστὶν D l. c.

19, 108. *Mars bonus*, et quidem cum *Jove*.

20, 109-114. Quædam de *Luna* addita, et quia de *bonitate* ejus atque *malignitate* sermo, et propter ἐπὶ τὸν Δία 110 et 108. — 110. γ' post Κρόνον add. AR, sed apud hunc malam productionem facile toleramus. Nec fulcrum illud per se placet.

21, 115-119. Item de *Luna*, adnexum antecedentibus propter πλησιφαὴς — ἀπορρείουσα Κρόνοιο coll. 113 πλησιφαὴς — ἐπὶ τὸν Κρόνον. — 117. Furorem, opinor, intelligit similem ejus, quo impium Cleomenem periisse tradit Herodot. VI, 75. Jam etiam sequentia quadrant illustranda ex VI, 624 sq.

> — — — σίνεσσι δυσαλθήτοις μογέουσιν,
> ὡς καὶ ἐπεσβολίῃσι θεοὺς στοβέειν ἐπὶ νούσῳ.

— 118. εἰς νόσον ὀργῇ edd., ὀργήν HJ ; hinc scripsi εἰς νόσου ὀργήν.

22, 120-126. *Lunæ* atque Solis conjunctio opibus fatalis. Hoc maxime ad 20, 114 appositum videtur. — 123 χείρων edd., χεῖρον' ἀπ' nos.

23, 127-129. *Lunæ* perniciosissima copulatio : σύνδεσμος 127 et συναφῇσι 120. — 128. οὗτος ἔασεν G, ἔασιν H, οὗτοι ἔασιν ed., οὗτος ἔφυσεν nos ; οὗτος scil. ὁ σύνδεσμος. — 129. Ubique nominativos pluralis restituerunt AR, mala antecedentis versus mutatione perducti.

24, 130-136. *Mars* διάμετρος *Soli*, *Lunæ*, Veneri. — 135 μιμητὰς τέχνης καμάτου edd., μιμηλὰς τέχνας, καμάτους nos.

25, 137-143. Fuit σχῆμα, opinor, cujus descriptio inchoabatur a Sole et Luna, ad quos refero φῶτα, *lumina*, quamquam Gronovius, haud dubie propter 142 et 144, id per *virum* interpretatus est. Verum ita non dicitur : ζώοις — εὑρήστης ποτὲ φῶτα i. e. ἄνδρα. Hinc lacunæ signa posui. — 138 sq. ita in G legitur :

> Ἑρμείαν σκέπτου· θηλυνόμενος γὰρ ἐκεῖνος
> σχῆμα τότε Παφίης μεθοδεύεται, καὶ τότ' ἐκεῖνος

(καί ποτ' H), in quorum postremis σχήματι τῆς Παφ. μ., ἠδέ τ' ἐκεῖνος AR scripserunt. Hæc non

ıufficiunt : non dubito, quin duo hemistichia :ommutata sint hoc modo :

Ἑρμείαν σκέπτου, μεθοδεύεται εἰ τότ' ἐκεῖνος
σχήματι τῆς Παφίης· θηλυνόμενος γὰρ ἐκεῖνος.

:f. III, 422; V, 222. — 141. ἄχρι δήμου G, sed ἄρχι ἰήμου MH, ἀρχιδήμου F, ἄρχει δήμου ed. ἐραστάς ;H, ἀρεστός ed. Locus intelligendus haud dubie le histrionibus feminas in scena agentibus. Hinc ıcripsi χάρισιν δαμνᾷ — ἐραστάς ex Il. Ξ, 198 sq. Apud alium χαρίτεσσι δαμᾷ practulissem.

26, 144-148. Similis artis figura, in qua item *Venus* conspicitur. — 146. σχοίνων ἰδὲ ἱερόφοιτον G, r. ἰ. ἠερόφ. H J., σ. ἠδ' ἠερόφοιτον ed. e corr. Spitzıeri v. Gr. her. 158. Sed hoc non sufficit : σχοίνων enim neque ad χαλοβάτην pertinet, neque :um sequentibus jungi potest propter ἠδέ postpoıitum. Hinc σχοίνοισί τ' ἐπ' ἠερόφ. scripsi.

27, 149-158. Etiam artis constellatio, in qua regnat *Luna*. Videtur propter ὑγροῖς 149 et ζώοις ἐν ὀλισθηροῖσι 154 adscriptum ad 25, 137 : χαμπτομένοις ζώοις, nisi jam hîc aut supra cum 25 longior :ontinuarum figurarum series inchoata est. — 151. ἀνθρώπων δύνουσαν ὁρᾶν, ὅτι ναύτιλον ὑγρήν GH, ἀνθρώπων δεύουσαν ὁρᾷ τότε ναύτιλος ὑγρήν AR, sed neque huic emendationi sequentia conveniunt, neque quid ὑγρὴ ἀνθρώπων δεύουσα sibi velit, intelligitur. Voluitne nautas intelligi, qui tantum *hieme* mare pernavigant? Ne multa; scribendum : ἄνθρωποι θύνουσαν δρῶνται ναυτίλοι ὑγρήν. — 156. δύνοντας καθ' ὕδωρ, δεσμευομένους ὑπὸ μ. GH, quod restitui lacunæ signis positis. Videntur enim duo urinatorum genera distingui. AR δύνων ἄρ κ. ὕ. δεσμευόμενός θ' ὑπὸ μ. scripserunt; certe melius initio δύνων τις fuisset. — 157. δ' deleverunt an:ecedentis versus mutatione coacti AR.

28, 159-201. Sequuntur *novem* σχήματα, sex priora ad τέχνας, tria postrema ad σίνη spectantia; sed omnia non solum eadem manu profecta, sed etiam, ut videtur, jam ab auctore hóc similive ordine disposita. Quare hîc conjunxi. — 161. νομίαν GH, νομίῃ ed., sed propius accedit νομίῳ. — 163. κιθάρης GH, κιθάρη ed., κίθαρις nos. — 164. χαλκῷ τε παρέξεται πνεῦμα GH, χαλκοῖο πνεῦμα παρέξει ed., χαλκοῖο παρέξετ' ἄημα conj. A. Sed satis jam, opinor, instrumentorum musicorum flatu tractandorum. Puto jam de iis sermonem injici, quæ pulsantur. Hinc scripsi χαλκώματα πληκτὰ παρέξει. — 166. Ἑρμείαο et ἐπὶ χώρῃ GH, quod restitui; Ἑρμείῳ δὲ et ἐπιχωρεῖ ed. — 167. τὴν δ' ἄλλων μορφὴν τοῖς χρώμασιν ὧδε διώκει edd. H, τὴν ἄλλων μ. τ. χ. ὧδε διώκειν D 628, δαιδάλλειν μ. τ. χ. εὖ δεδάηκεν conj. AR, δαιδάλλειν μ. ὑπὸ χρώμασι τῷδέ γ' ἔδωκεν vel τῷδε δίδωσιν R. Eum ego partim secutus αἰόλλειν μορφὰς ἢ χρώμασι τῇδέ γ' ἔδωκεν scripsi, ut τῇδέ γε ad χώρῃ referretur. — 169. μετ' Ἠελίοιο GH, μετά γ' Ἠελίοιο ed., μετὰ Ἠελίοιο nos, de hiatu apud hunc quidem securi. — 172. καὶ νεέσει σύρτῃ edd. Sed καὶ νέες εἰσύρτῃ M; καὶ νύσσῃ σύρδην nos ex emend. D 675; aliæ sunt conjecturæ A : γηθήσει σύρδην, et R : διώκει, καὶ νέεται σύρδην. — 173. ὑψώματι οὖσα GH, ὑψώματ' ἰοῦσα ed., ὕψωμ' ἀνιοῦσα nos. Quamquam, ut verum fatear, dubitavi an vera sit vulgata apud hunc scriptorem. — 175. χρησαμένη τέχνη καλάμοις ἀναβαίνει edd. H, χρησαμένην τέχνην καλάμοις τ' ἀναφαίνει nos ex parte A secuti, qui conj. χρισαμένην τέχνην καλάμους ἀναφαίνει. — 181 sq. Reliqui ed. scripturam, pro qua in GH ἐπιφωλεύοντα κέντρα (τὰ add. ante κ. HJ) et τὴν πρᾶξιν Ζηνὶ (« fort. ζητῇ » margo in H) legitur, quia probabiliter locum emendare non potui. — 184. αὐτοῖς edd., αὔτως nos. — 186. δὲ χαλούντων edd., καθελόντας nos. — 190. ἠελίῳ δ' G, sed ἡλίῳ δ' MH, γ' Ἡλίῳ ὢν ed., τ' Ἠελίῳ nos. — 191. ὑποσήκεται πένθιμος ἀνὴρ G, ὑποτήκεται HJ, πένθημος M, ὑποτήκει πένθιμον ἄνδρα ed. ex emend. D 667, qui etiam ὑποτήκεται vel ὑποσήπεται ἄθλιος vel αἴλινος ἀνήρ conj. Nos prætulimus ὑποτήκεται αἴθινος ἀνήρ, quum sine dubio mors intelligatur exsiccante dipsadis morsu illata. — 195. ἢ γναπτοῖς ὀνύχεσσιν λαιμὸν ἀνόρυξεν ὀρίοις G, γναμπτοῖς H, ὀρίοις HJ, ἢ λαιμὸν γναμπτοῖς ὀνύχεσσ' ἀνορύσσετ' ὀρείου ed., ἢ γ. ὀνύχεσσ' ἀνόρυξεν λαιμὸν ὀρείοις conj. D 469, quem ex parte, ex parte A secutus daturus eram ἢ γ. ὀνύχεσσ' ἀνορύχθη λαιμὸν ὀρείου, cum commode succurrit, quod nunc scripsi. — 198. συνλειβομένη G, συλλαμβανομένη H, συλλειβομένη ed., συλλαμπομένη nos. — 199 sq. μέλαθρα, πολλάκι δ' ἢ πτῶσιν, ἢ χώματι GH, μ. πολλάκις ἐν πτώσει καὶ χώματι ed.; et A conjecit μελάθρου πολλάκις ἐμπτώσεις, ἃς χώμ. Nos dedimus : μελάθρων πολλάκις ἢ πτώσεις ἢ χώματα. Hæc χώματα sunt aggeres in variis operum terrestrium generibus cumulati, quorum ruina etiam apud nos homines opprimuntur. — 201. συνθλώμενον GH, συνθλωμένου ed., συνθλωμένῳ nos.

29, 202-208. Hic locus alius esse videtur, et quidem ejusdem, quem jam initio Ptolemæi nomine superbientem vidimus. Adjectum puto ob *Saturni* mentionem, etiam in antecedentibus figuris obviam. — 202. γ' post Κρόνος add. AR, quod rursus removi. — 203 ita legitur in GH :

τέχνων μὲν τεύχων πεδονήϊον ἠὲ Θυέστην,

pro quo D 667 conj. : τεχνοῦν μ. τ. Πελοπήϊαν ἠδὲ Θυέστην, prius receperunt AR, in posterioribus barbariem ita abstergentes : Πελοπήϊον ἠὲ Θυέστην. Perfecisse mihi videor loci emendationem scri-

bendo τέκνῳ μ. τ. Πελοπήιον ἠὲ Θ., ut τέκνῳ dicatur de *filia*, quemadmodum de filio in loco consimili Sibyll. Oracc. V, 389 : μήτηρ τέκνῳ ἀθέμιστος ἐμίχθη. — 204. ἠὲ καὶ ὡς ἄλλην ἀσεβήϊον ἢ Ἰοκάστην GH (hic quidem ἠΐοκ.), ὠ. ἀ. ἀσεβηΐαν ἠδ' Ἰόκαστον infelicissime conj. D l. c., neque multo melius AR ἠὲ καὶ ὃς καλῆς ἀνέβη εὐνὴν Ἰοκάστης et præterea R ἠὲ καὶ ὡς ἄτῃ ἀσέβησ' εὐνῆς Ἰοκάστη, et A ἢ κοίτης ἄτην ἀσεβέστατον ὡς Ἰοκάστης, et in præf. p. XLV : ἠὲ καὶ ὣς ἄλλην ἀσεβήιον, ὡς Ἰοκάστην. Locus non tam desperatus videtur, si quidem priorem versum respicimus. Scripsit, opinor : ἠὲ καὶ εἰς ἄλλην ἀσεβῆ υἱὸν Ἰοκάστην. Consulto reliqui malam productionem etiam v. 110, 202 et alibi obviam, quæ facile evitari poterat. Nam, ut taceam de illo fulcro nimis sæpe trito : γε, etiam ἀσεβήσονθ' υἱ' Ἰ. vix magis a vulgata recedit. — 205. μητρυιῇσιν ἔμιξεν GH, μητρυιῇσιν συνέμιξεν ed., sed melius καὶ ante μ. jam add. D 668. — 207. ἔνθα δέ μοι ed. non monito lectore, ἐνθαδέ μοι G, quod accentu correcto restitui.

30, 209-216. Locus nobis jam notus de masculis femineisve signis, in quibus Sol et Luna apparent, hîc adsutus, ut videtur, propter *res venereas*. — 212. ἠδὲ edd., ἠὲ nos. — 213. ἰστοῖς ἠλ. GH, quod reduxi; ἰστῷ ἰδ' ἠλ. ed. — 214. ἐν GH, μὲν ἐν ed., εἰν nos e corr. D 668, qui non debebat etiam ἐνὶ tentare. Aliquando πάλιν conjeceram. — 216. τελοῦσαν γυναιξίν τε συνευνάζουσαν GH, ἴσαις τε σ. conj. D 481; τελοῦσι γυναιξὶ συνευνάζουσαι ed., τέλεσσε γυναιξὶ συνευνάζουσα nos propter antecedens γυναῖκα.

31, 217-221. Iterum inferuntur *Mars* et *Saturnus* noxii. — 217. ὁπόταν GH, quod reposui; μὲν ἐπὴν ed. — 218. μεσουρανέοντα ἄνωθεν GH, quod restitui; μεσουρανέοντ' ἐπάνωθεν ed. Sed in his non debemus nimis severi esse. — 221. μοίρην νευροτόμου ἐσφιγμένην ἀκρισιδήρῳ GH (nisi quod HJ νευροτόμον), μοῖραν νευροτόμῳ ἐσφιγμένου ἄκρα σιδήρῳ ed. e conjunctis conjecturis D 398 et 337. Sed hæc non quadrant. Scripsit μοίρης νευροτόμου ἐσφιγμένος ἄκρα σιδήρῳ.

32, 222-224. Adjectum ad 30 propter καὶ φυγάδας σὺ νόει 224 coll. εὐνοῦχον σὺ νόει 212. — 222. εἰ τίτανός ἐστιν ἐν GH, εἰ Τιτῆνός γ' ἐνὶ ed., quod retinui, remoto tantum γ', quamquam etiam in hoc fragmento dubitari potest, quam magna putanda sit auctoris ignorantia. — 224 καὶ φυγ. GH, quod restitui; δὴ φυγ. ed., nescio quare.

33, 225-242. *Lunæ, Martis* et *Saturni* mentione factum est, ut hoc fragmentum hîc legatur. Ejus verbosa garrulitas interpolationibus aucta esse videtur. Nam vix dubito, quin sine v. 231-233 ad v. 230 statim 234 adnexus olim fuerit. Neque 231 et 232 sq. ex eodem loco petita videntur. V. 231 quidem potius propter 224 et 212 adscriptus videtur. — 236. δ' inserui. — 237 ἐχθρο.. ἐκπτώσει G, *i.* ἐκπτύσει H, ἐχθροῖς δὲ πτώξει ed.; sed quidni ἐχθροὺς δ' ἐκπτώσσει sufficiat? — 239. ἐπεμιδεται ὑψόσε H edd., quod D 669 de *falsarii pœna patibuli* interpretabatur. AR pro δ. γαίης conj. εἰ.. δὲ κεῖται. — 240. δίχα· τοῖς ἐπὶ τέκνοις edd., δίχα τῆς ἐπὶ τ. H, μέτα. ταῖς ἐπὶ τέχναις nos, λύπῃ τε κακαῖς ἐπὶ τέχναις AR conj. — 241. γοναῖς edd., γραφαῖς nos. ἀλλοτρίοισι πόνοις AR conj.

34, 243-245. Additum propter εὔγραμμον, coll. 239, 241 sq. — 245. τ' ante ἴσον addidi.

35, 246-255. Iterum *Mars* et *Luna*. — 255. κατίδοι ταχινὸν G, ταχιλὸν HJ, κατίδοιτο, χυλὸν ed., κατίδοιτ', ἀλαὸν nos e conj. D 337.

36, 256-259. Additum propter ὄμμα coll. 254 ὀφθαλμόν.

37, 260-273. Locus proxime accedens ad 33, etiam interpolatus ut ille. — 261. ὑψώματι ἰοῦσαν GH, ὑψώματ' ἰοῦσαν ed., ὑψωμ' ἀνιοῦσαν nos, ut supra. — 262. ὡρονόμον edd., ὡρονόμου nos ex emend. D 639. — 263. χαριέστατον ἠθάδ' ἐόντα edd., ἀχαρίστατον εἶδος ἔχοντα nos e conj. A. — 265-67 hîc aliunde intrusum videtur; item, sed rursus ex alio loco, 268, de quo jam AR dubitarunt. — 267. ἀπροφίδητον nec alii emendare potuerunt (tentarunt D. ἀπροσίδητον, ἀπροτίοπτον, ἐπαφρόκτον, ἀπροσίτητον, AR ἁβρὸν ἔθηκεν), nec ego. Quare intactum reliqui. — 269. φιλοπράγμονα edd., φιλοπαίγμονα nos e conj. D 634. — 270 sq. etiam alieni videntur; hinc 271 μεθοδεύων restitui ex GH, pro quo AR μεθοδεύει scripserant, scilicet, ne nexus turbaretur. — 273. τροφαῖς ἢ ἐν ἰδίεσι μελίσσαις G (non καὶ ἐν ἰ. μ., ut referunt AR), η ενι δι εστι μελισσα (sic) H, ἐνιδιέστιμελίσσεως J, quod miror tantas turbas excitasse: D 635 ἢ ἐν ἡδείῃσι vel τροφαῖσι καὶ ἡδείῃσι μελίσσαις conj., AR longius etiam recedunt scribendo : τροφῇσιν ἐν ἡδείῃσι μελισσῶν. At quis non videt dedisse τροφαῖς ἠδ' εἰν ἰδίῃσι μελίσσαις? Et florilegia respicit ex aliorum hortis congesta, et propriæ Musæ dulcedinem.

38, 274-281. Novum schema *Mercurii*.

39, 282 sq. *Martem* amplexata Venus v. 280 adhæsisse videtur.

40, 284-299. In iis, quæ Jupiter in *Veneris* ædibus portendere dicitur, aperta video duarum recensionum vestigia, quæ toto cœlo distant, altera 286-292, quorum similia cumulatis epithetis jam habuimus, altera 293-299, quæ haud injuria obelis confiximus. — 287 ἐπαντέλλοντες GH, quod reposui; ἐπανθάλλοντες ed. — 292. φαινόμενοι πᾶσιν καὶ μακαριζόμενοι edd., φαινόμενον HJ, φαινόμενα, πᾶσιν μακαριζόμενοί τε βροτοῖσιν conj. A; sed vix

puto φαινόμενοι cum antecedentibus junctum fuisse. Potius tale quid desidero : φαινόμενοι λαμπροὶ πᾶσιν μακαριζόμενοί τε. — 296. λελάληνται edd. H, sed κελαδεῦνται conj. AR; σελαγεῦνται nos. — 297. δὲ τόποισι edd., θαλάμοισι nos, et poterat etiam λέκτροισι vel μελάθροισι scribi. Ex Arato 252 πενθερίοις quis præferat, sed forma πενθερικοῖς bene formata. — 298. δισσῶν edd., quod quid sibi velit non perspicio. Scripsit, opinor, ἰδίων. Ad sententiam cf. II, 186-188 :

> οὐ μάλα κηδομένους, μάχλου ἕνεκεν φιλότητος
> οὔτε φίλων σφετέρων, οὐδ' αὖ πατέρων ἀλέγοντας·
> ἦ γὰρ δὴ κεδνῶν ἑτάρων γάμον αἰσχύνουσιν.

— 299. Versum aperte ad 293 pertinentem ante 297 transposuerant AR. Fortasse 298 sq. propter similem clausulam καθορῶνται rursus aliunde adscriptum. κ' ἦν ἄ. φαίνονται GH, quod restitui correcto κἀν; ἦν ἄ. φαίνωνται ed.

41, 300-312. — 301. πλουτεῖ καὶ G, πλουτεῖ ἠδ' ed. non monito lectore; πλουτεῖ τε καὶ nos.

42, 313-331. Supplementi gratia de feminarum nativitatibus quædam adduntur. — 315. ἄλλως δ' ὡς edd., ἀλλὰ καὶ ὧς nos. — 316. Comma post Ζηνὸς positum ante μετὰ collocavi. — 317. τ' nos addidimus. — 318. γ', quod add. AR post Κρόνος, rursus ejeci. — 319. διθύροις αἰεὶ προϊσταμένας G, ἐν διθύροισι πρ. αἰ. ed.; sed quam probabilius erat τε post αἰεί addere. — 322 sq. ἠύτε ἔργα ἐ. στ. αἰσχρῶς δ. κακοφήμως GH et ita ed., nisi quod κακοφήμων. Sed οἷον ἔοργεν vel ὧν ἕνεκ' ἔργων conj. A. Multo simplicius : ἠύτ' ἐπ' ἔργοις ἐ. σ. αἰσχροῖς δ. κακοφήμως. — 325. ἡ πολλῶν — ἔστε ἄτεκνοις G (non ἔσται, ut referunt AR), ἔσται ἄτεκτος J, ἥ τε ἄτεκνος H, δὴ πολλῶν — ἔσται ἄτεκνος ed. Tum πολλῶν μήτηρ deberet esse altera Niobe, quæ multorum genitrix omnibus amissis in lacrimas effunditur. Id vero nimis breviter et obscure esset enuntiatum. Hinc scripsi : ἣ πολλοῖς — ἔστεν' ἄτεκνος. — 331. πλαστὴ GH, quod restitui; πλαστὴν ed., quod non satis intelligo. ἁγνῶς GH, quod restitui : *pure* de ea, quæ partum simulat, sed eo pura et libera est; ἁγνῶς ed.

43, 332-340. Item fragmentum de *feminis*, sed prorsus alius coloris. 335, 336 et 337 κακοπράγμονα, αὐστηράν, βληχρὰν edd., sed Ionicas formas ex 332, 334, 335, 340 reposui.

Superest, ut de tota horum sex librorum conjunctione tribus verbis moneamus, quamquam verum est, quod editores præf. p. XXXIV dixerunt : « qui casus hos libros in unum conflarit, de hac re fingi quid potest, demonstrari nihil potest. » Hoc tamen puto ex iis, quæ disputavimus, haud temere colligi posse, tres diversos fuisse homines, quorum unus ex uno carmine librum quartum, alter e pluribus iisque partim antiquioribus partim recentioribus librum primum, tertius e duobus tribusve iisque recentissimis librum quintum consarcinaverunt. Has tres farragines qui cum integro libros secundum tertium et sextum comprehendente carmine conjuncturus erat, præmisit librum *primum procemii* causa, qui jam propter χαίροις, magis etiam propter sequentia non poterat alio loco quam totius operis initio poni; librum *secundum* sequi jussit, quia ejus initium videbatur res continere, quæ fundamento totius doctrinæ essent, *tertium* inde collocavit, arctissimo præfationis vinculo ad illum se applicantem. Sed item postremum integri carminis librum propter exitum multo clariorem et disertiorem, quam quo liber *quartus* explicit, debebat a tertio separare, et exitum horrei sui facere, si quidem etiam librum quartum et quintum interponere parabat. Quos libros cur hoc potius ordine neque contrario collocaverit, casu factum videtur. Equidem certe causam invenire non potui. His omnibus tum *Manethonis* nomen præfixum est.

De Maximo brevi esse et licet et placet, quamquam de hoc quoque neutiquam mihi prorsus convenit cum omnibus, quæ hucusque disputata sunt. Sed quum tota de hoc poeta quæstio propter versus 422-424, 456-465, 488-496 a Tzetza tamquam Orphei citatos arctissime conjuncta sit cum Orphicorum fragmentorum dijudicatione, de quibus nuper disseruit summus *Lobeckius* in Aglaoph. I, p. 414 sqq., hanc quæstionem nunc resuscitare et suscipere, etiamsi post tantum virum auderem, non tamen possem. Constat autem, hoc carminis fragmentum ex Suidæ testimonio (Μάξιμος Ἠπειρώτης ἢ Βυζάντιος, φιλόσοφος, διδάσκαλος Ἰουλιανοῦ Καίσαρος τοῦ παραβάτου. Ἔγραψε Περὶ ἀλύτων ἀντιθέσεων, Περὶ καταρχῶν, Περὶ ἀριθμῶν, Ὑπόμνημα εἰς Ἀριστοτέλην, καὶ ἄλλα τινὰ πρὸς τὸν αὐτὸν Ἰουλιανόν) Juliani temporibus adscribi, quibus librum Manethonianorum quartum compositum esse conjecimus. In eo tantum antiquiores docti dissenserunt, utrum cum Suida Maximo *Epirotæ* vel *Byzantio* versus illos tribuerent, an alteri Maximo, *Ephesio*, multo celebriori philosopho, qui et ipse Juliani præceptor insignibus ab eo imperatore honoribus ornatus, postea, ut supra vidimus, a Valente capitali pœna affectus est. Unus Ruhnkenius a poeta Alexandrino, Callimachi et Apollonii Rhodii æquali scriptum censebat, graviter vituperatus ob id judicium ab

Hermanno Orph. 680, qui ipsa sermonis ratione evinci dicit *aliquot* post sæculis scriptum esse istud carmen. Hæc judicis harum rerum peritissimi sententia adhuc intacta mansit, nec aliter ipse Lobeckius videtur sentire, qui, refutato Wesselingio, Maximi carmen unum idemque esse cum Orphicis Georgicis putante, p. 423 ad fidem multo promtius esse dicit, Maximum complures locos ex Orpheo ad se transtulisse mutato subinde ordine. Etiam *Lenzius*, qui ante Lobeckium contra Wesselingium disputavit, diserte Juliani præceptorem quamquam dubitanter auctorem fuisse statuit, atque adeo ad Julianum ipsum quasi discipulum ab illo præcepta dirigi conjicit. Gerhardus autem, qui post Fabricium et Harlesium illius successorem a. 1820 hoc carmen edidit, verba ejus inprimis ex Dorvillii emendationibus castigare satis habuit, illa quæstione prorsus omissa (*).

Verum enim vero mihi quidem cum ex rebus a Maximo — retineamus enim nomen traditum — commemoratis, tum ex sermonis ratione in verbis et deligendis et construendis conspicua clarissime apparere videtur, hoc carmen ad imperatorum Romanorum tempora, nedum ad Juliani ætatem minime deprimendum, sed potius ad recentiorum Alexandrinorum studia referendum esse. Atque ut incipiamus a rebus, quarum mentio injicitur, nihil prorsus in iis invenitur, quod peculiariter aut Romanos mores aut imperatorum sæcula redolere videatur, ita ut, si nullo judicio præoccupatus post Manethoniana ad hujus carminis lectionem accesseris, ingentem statim ultro in sortibus recensitis deprehendas differentiam. Neque vero infitias quisquam iverit, cum alibi tum in capitibus de *nuptiis*, de *morbis*, de *vinculis* talia commemorare pronissimum fuisse. Contra vel unus ille, qui est *de agricultura* locus, comparatus cum insigni Manethonianorum in hac materia egestate — VI, 488 sq.; IV, 433 sq. — temporum discrimen indicaverit. Nec minus est discrimen sermonis, in quo et elegantem quandam in eligendis vocabulis æquabilitatem, et tutam in construendis membris volubilitatem, et omnino poeticum quendam colorem et spiritum deprehendas, quæ omnia a Manethonianis — si quædam libri primi fragmenta exceperis — alienissima sunt. Quid quod solus particularum conjunctionumque usus frequens ille et liberalis et legibus adstrictus, abhorrens a cauta posteriorum jejunitate, atque in modis optativus conjunctivo prælatus hoc carmen Alexandrinorum temporibus sed serioribus vindicaverit?

Nam, ut de hac re faciamus initium, frequentissimus est in describendis constellationum efficaciis optativo locus, vel simplici vel cum particulis ἄν aut κέ conjuncto, ubi fere semper indicativum ponere solent Manethoniani. Tum ut ex particulis nonnulla delibem, habes μή μέν 99, 237, 406, 556, itemque μὴ μὲν δή 133, 171, 175, 290, 429, 450, porro μοῦνον μή 193, 212, simplex denique μή vel μηδέ 74, 214 sq. 221, 238, 284, 295 cum optativo juncta (contra semel μὴ μὲν δή cum infinitivo 473), qua monendi formula oratio multo vividior exsistit. Deinde animadvertas ἤ τ' ἄν c. optat. 28, 87, 104, 128, 184, 218, 340, 395, 477, 563; ἢ γάρ sæpius; καὶ δέ κεν 330; καὶ δ' ἄν κε 38, 46, 303, 521; καὶ δ' ἄν 178; καὶ κεν 387. Jam hæc specimina a Manethonianis mirum quantum distant.

Tum memorabile est, quod schematum descriptiones per conditionalem semper particulam proponuntur, et quidem frequentissime per εἰ cum optat. 1, 8, 18, 54, 71, 91, 102, 123, 131, 160, 168, 180, 183, 204, 208, 253, 320, 347, 355, 389, 393, 412, 415, 425, 427, 433, 484, 509, 520, 535, 544, 567, 580, 589; rarius per ἤν cum conjunct. 61, 63, 72 sq., 129, 150, 170, 186 sq., 288, 315, 327, 337, 339 sq., 346, 358, 373, 397, 503, 577, 606. Habemus etiam sæpius εἰ cum conjunct., sed tantum cum formis ησι et ηται, cum illis quidem 97 ἄγῃσι, 155 βαρύνῃσι, 174 ἀέξῃσιν, 216 et 590 τύχῃσιν, 241 ἐκπροξῆσιν, 305 sq. συνίῃσι et ἐπάγῃσιν, 403 βαίνῃσιν, 434 προφύγῃσιν, 466 στείχῃσιν, 568 τροχάῃσι, 584 ἔλθῃσι, 587 et 596 διίῃσι, 593 παμφαίνῃσιν, 603 ἐγκατίῃσιν; cum his contra 16 ἐντύνηται, 262 et 554 συμφορέηται, 382 φορέηται, 476 δινεύηται. Sed perquam notabiles sunt hi loci 82-85:

> εἰ δὲ χόραις Ἄτλαντος ὁμὴν ἀνύῃσι κέλευθον,
> ἢ καὶ μαινομένῃσιν ἐφ' Ὑάσιν ἰνδάλληται,
> αἵτε κατ' εὐχραίρητος ἐρυγμήλοιο φέρονται
> Σιδονίου Ταύροιο, καὶ ἐς δόμον ἀρτύνοιο etc.

et 280-283:

> εἰ μὲν ἀπ' Ὠκεάνοιο νέον προφάῃσιν ἀγαυή
> Πληιάσιν κερόεσσ' ἢ καὶ πανδῖα Σελήνη·
> Ταύρῳ ἐπιδρομέουσα κατ' οὐρανὸν ἰνδάλληται,
> ἠὲ καὶ ὑγροφόροιο κατ' Αἰγοκερῆος ὁδεύοι,

ubi male Gerhard. ὁδεύῃ scripsit; denique 433 sq.:

> εἰ δὲ Κρόνῳ κρυόεντι συνείη δῖα Σελήνη,
> καί τε δμῶς προφύγῃσιν.

Omnino magnopere amat has formas, quas apud recentiores satis raro inveniri notum est: ἤν μὲν ἔῃσι 61, post ὁππότε—ἴσχῃσι 148, post

(*) ΜΑΞΙΜΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΠΕΡΙ ΚΑΤΑΡΧΩΝ. Recensuit et cum annotationibus criticis edidit Eduardus Gerhardius. Lipsiæ, 1820.

—ἐπεντύνῃσι 376, post ὅτ' ἂν—ἐκπροθόρῃσιν 226, post εὖτε—ὀτρύνῃσιν 452; tum εἴ κεν δηθύνῃσι 225, ἢν δέ γε—ἔχῃσι 332 et 591, ἢν μὴ—τετύχῃσι 577, μὴ—λάθῃσιν 299, ὅσσα διαστείχῃσιν 271. Duobus locis hæ formæ constructionem continuant optativis consuetis inchoatam, 43 sq.:

εἰ δέ κε δεύτερον ἦμαρ ἄγοι, πρηεῖά κεν εἴη
καὶ πρῆξίν κε φέρῃσιν ἀπήμονα κερδαλέην τε,

et 448, ubi post quattuor optativos optantes infertur: ἠὲ κατ' ἰθὺν ἴῃσιν. — Addo duas alias formas, quæ et ipsæ recentioribus minus usitatæ sunt: προφύγοισθα 203, φύγῃσθα 228; et ἔχεσκον 416, φορέεσκεν 420.

Sed addamus cetera de modis a conjunctionum vi aptis. Habemus insuper εἴ κεν cum optativo 298 et 375, ubi ἀθρήσαις legitur, de qua forma supra dictum; contra cum conjunct. 136 δινεύηται, 191 συμφορέηται, 302 sq. δέξωνται; porro, ut vulgatas lectiones afferamus, εἰ δέ τε cum optat. 127, 257, cum conj. 16, 267; εἰ δέ γε cum optat. 231, 350, cum conjunct. 341; εἰ δέ κε cum optat. 43, et 11 sed ex conjectura, cum conjunct. 247 sq., cum utroque 20 sq., 26 sq.; εἰ δ' ἄν cum optat. 370, εἰ μέν γ' item 146, et εἴπερ τε 256; postremo ἢν δέ γε et ἢν δέ νυ cum conjunct. 113, 118. In his quædam turbata esse facilius est dicere quam indicare, quæ sint turbata. Itaque in tanta fragmenti brevitate codicis lectionem ubique reliqui, quamquam vix mihi temperavi, quin 231, 341, 350, restituerem εἰ δέ κε, et illud γέ etiam 146 mutarem in κε. Contra ἢν cum optativo ferendum erat 422:

οὐδ' ἢν Ἰφίκλοιο θοώτερος αὐγάζοιο,

postquam 412, 415 εἰ prægrediebatur, propter metrum; contra 561 in εἰ mutandum, et 532 conjunctivo ob metrum inferendo sociandum.

Corollarii loco addo ὅτε cum optat. 205, cum conjunct. 528; ὁππότε cum conjunct. 81; εὖτε 120, 252 cum conj.; ὅππως ἄν cum optat. 463, item πῶς κεν 277, ἥτις ἄν 583, ὅττι κε 600; μή cum conj. 6, 52.

Prorsus etiam alienus est a Manethonianorum consuetudine infinitivus imperativi vice positus, quem vid. 61, 70, 97, 119, 149, 249, 293, 491, 498, 500, 505, 510 sq.

De *argumenti* continuitate sufficit ad fragmentum ipsum lectores ablegare, quorum commoditati hîc quoque intervallis ponendis, vocibus distracte scribendis, et indicibus, quos deleverat Gerhardus, restituendis inservivi.

Jam, ad singula accedens, ne videar nimis leviter hoc carmen antiquioribus temporibus adjudicasse, non solum locos indicabo, in quibus a *Gerhardi* recensione recessi, sed etiam quædam specimina ex dictione Maximi deprompta comparabo cum *Nicandri* carminibus, quæ quamquam ejusdem didactici generis, tamen in argumento dissimillimo versantur.

Ut autem a quibusdam incipiamus, quæ jam notata sunt, habes apud Nicandrum formas in -σι has: Ther. 126 λίπτῃσιν, 129 θύῃσι, 201 ἄγῃσιν, 271 βρύξῃσιν, 368 ἀζήνῃσι; Al. 61 καταθρύπτῃσι, 111 ἐρύγῃσι, 196 et 459 ἐξερύγῃσι, 227 ὑπεξ ερύγῃσι, 426 ἐμπλώῃσιν, 609 βρομέῃσιν; porro πίῃσθα Al. 549; μὴ μέν Al. 415, μὴ μὲν δή Al. 624, 521, μή σύγε Ther. 128, 574, 583. Longum autem est probare, eundem fere modorum apud utrumque poetam esse usum.

Litera F Fabricianam, H Harlesianam, G Gerhardum ejusque editionem significat.

1. In mediis de *Luna* in *Leone* apparente decretis fragmentum incipere monstrant μέσην μοῖραν et δευτέρῃ εἰν ἠοῖ. Itaque plena lacunæ signa posui.

3 et 4. Versuum ordinem mutari jussi. Præterea legebatur v. 3 τροχάουσα cum plena interpunctione, et v. 4 μαψίδιοί τε. Sed oppositio subjicitur illis ἀγανωτέρη ἔσσεται οἶμος; quippe præcesserat perniciosior etiam constellatio.

7. ἀρχὴν vulgo, quod sensu caret; Ἄρην emend. D 699, quem G ne commemoravit quidem. Verum de malevolis et benevolis planetis apud Maximum sermo semper est *post* zodiaci signa: ita infra v. 49 sqq. Hinc ἀκμήν prætuli, quod quid sit, v. 1 jam dictum est: μέσην κατὰ μοῖραν.

11. γλήνεσιν et 102 γλήνεσσιν, cf. Ther. 228, ibidemque 373 γλήνεσσιν pro γλήναισιν restituendum esse jam conjeceram, postquam id ipsum in codd. Venetis legi ex Lehrsii præfatione p. XI cognovi.

13. Post hunc versum lacunæ signa posui. Alioquin v. 16 post eum esset transferendus. Sed πολυπαίπαλος melius quadrat σκολιοῖσι καὶ οὐκ εὐήρεσιν ἔργοις.

15. εὐήρεσιν, et εὐήρεα γυῖα 211, 234, 266, εὐήρεα τμῆσιν 317, εὐήρεα φύξιν 404, εὐήρεϊ θυμῷ 410. Cf. Ther. 81 εὐήρεα γυῖα.

16. πολυπαίπαλος. Cf. δυσπαίπαλος Ther. 145.

17. ἦκε FH, ἦ κε G ex em. D 669. Sed ex poetæ usu scribendum erat ἤ τε. — δίχῃσι vulgo, δίχῃσιν nos. Et idem vitium 149, 239, 432, 591, itemque 61, 227, 362, 365, 477, 537 abstergendum erat. Neque enim poetam a vulgari ratione recessisse locorum evincit multitudo, in qua ν ἐφελκυστικόν ante *vocalem* legitur: 12, 13, 106, 113, 126, 127, 182, 216, 257, 273, 299, 300, 308, 361, 418, 445, 452, 454, 455, 503, 522, 547, 550, 554,

560, 583, 593, 603, et ante *consonantem* 4, 18, 96, 169, 174, 195, 226, 238, 243, 297, 347, 420, 489, 590. Consulto hæc, quæ cuipiam inutilia videantur, adscripsi. Neque enim tam certus est apud omnes poetas canon Hermannianus, ut vulgo autumant. Certe apud *Quintum* nuper ex constanti codicis Monacensis auctoritate, quam haud raro etiam Aldina adjuvabat, literam illam sequente in proximo versu consonante delevi, sequente vocali retinui. Pertinet vel hæc pusilla res ad nugas conclamatas potius quam consummatas.

24 huc statim post v. 19 posui, ne in priore decreti parte constellatio omitteretur, in posteriore bis poneretur. Tum ἐνὶ scripsi pro ἐν ex Maximi usu. Etiam hæc parva doctrina nondum ad liquidum perducta est.

53. μήνης vulgo, Μήνῃ nos. Nam propter verbum φέρωσιν stellarum debent esse ἀγλαὰ φάεα, non Lunæ. Error propter antecedentia proclivis.

55. Cf. Al. 443 δείδιθι et Ther. 267, 915 ὁδοιπλανέων. — δρόωσι vulgo, δρόων σὺ nos : cf. 498.

57. ἐπὶ ἤθεα, hiatus propter Hom. Od. ξ, 411.

58. αὐτὸς vulgo, quod miror vel a Gerhardo relictum esse. Scripsit αὖτις, sed addiderat certe unum versum, accuratius de *reditu* locuturus, ut 10, 20 sqq., 32 sqq., 39 sqq. Hinc, quod alii in mentem venire possit αὖ τοι, consulto posthabui.

67. ἤχθηρεν FH, ἤχθηρεν G, ἤχθρηνεν nos, ex emend. Jacobsii ad Anthol. Palat. III, p. 383 init.

69. οὕνεκεν vulgo, τοὔνεκεν nos, quoniam ex antecedentibus derivat præceptum.

70. εἰσῆται vulgo, εἰσῆκται conj. D 657, εἰσήγαγ' Jacobs. l. c. p. 608, illo οὕνεκεν deceptus. Dederat ex more suo εἰσῆχθαι : cf. 149 δειδίχθαι.

76. Ther. 522 planta memoratur, a nonnullis μινυανθές dicta.

77. λήσει vulgo, λήστει nos ex emend. D 657, quod ne commemoravit quidem Gerhardus.

80. παλινστρέπτοιο vulgo, παλιστρέπτοιο nos, et ita Ther. 679.

83. μαινομένῃσιν D 745, μαιονίῃσιν vulgo. — ἰνδάλληται et idem 282, ἰνδάλλοιτο 331, ἰνδαλθῇ 163. Cf. Ther. 153, 259 ἰνδάλλεται.

92. Ἀρσίπτης cod., quod revocavit G, quum FH Ἀρσινόης intrusissent. *Gratianus de S. Bavone* sive Jo. Alberti (Misc. obss. vol. VIII, tom. II, p. 288) Ἀρσίπτης proposuit ex Hesych. Ἀρσίπτη· ἡ Ἄλκηστις. Equidem, quominus hanc obscuram glossam persequar et illustrem, librorum penuria prohibeor. Tamen comparatis Hesychii et Maximi lectionibus, non dubitavi Ἀρσίππης scribere, quæ bona est nominis forma. Ceterum tam doctam μετωνυμίαν potius Alexandrini hominis esse quam Juliani præceptoris quivis videt.

93. Post hunc excidisse unum versum verbi finiti defectus indicat.

99. Cf. Ther. 754 φλογερῇ χροιῇ.

101. παυφάσσουσα F, παιφάσσουσα HG, παφλάζουσα conj. D 533; sed ποιφύσσουσα ex Ther. 180 ἄκριτα ποιφύσσοντος reponendum erat, de quo verbo cf. Meinek. Anall. Alexandr. p. 127.

105. Cf. Ther. 138 νεαρῇ κεχαρημένος ἥβῃ.

107. ἀλλ' ἀεί κε vulgo, αἰεί κε conj. D 668, αἰεὶ δὲ melius Jacobs. l. c. p. 647. Verum ἀλλά non erat attrectandum, hinc ἀλλ' αἰνὰ scripsi. — ὀρσοπολεύοι vulgo, correxi : cf. Hymn. Hom. Merc. 308 et Anacr. fragm. LXXIV ed. Bergk.

108. Cf. Al. 408 ὀνειδείην ἐπέλασσε. — Etiam ἰάπτει verbum Nicandreum : proxime accedit Ther. 358 τυπῇσιν—ἰάπτει.

110. Cf. Al. 552 πυρὸς λωβήσατο λιγνύς.

111. ῥέθος vox Nicandrea.

117. Cf. Ther. 127 κεχορημένη ὕλης.

121. πολλάκις vulgo, παλλακίς nos.

122. πάρος ἤγαγε FH, παρεςήγαγε G ex em. D 646. Sed patet λέκτρον ἀεικέλιον, cui magis favet constellatio, opponi γαμίοις θεσμοῖς. Hinc scripsi πάρος ἤραρε.

123. Cf. Ther. 13 sq. χαλαζήεντα σκορπίον.

132. ἢ FH, quod restitui, εἰ G e conj., nescio qua de causa.

135. Cf. Hermann. Orph. p. 816. Sed ὀφέλσιμος jam Callim. Hymn. Apoll. 93 legitur.

140. ἤθεα vulgo, ἤθεσι nos ex emend. D 677; ἡδέα conj. Jacobs. l. c. p. 74. — τ' εὐεργέα vulgo, quam particulæ positionem corrupto Manethonis loco excusavit D l. c. Scripsi κεὐεργέα, crasi ex v. 234 deprompta. — εὐεργῆ λάκτιν Ther. 109.

141 et 276. νῦν δ' ἄγε — cf. Ther. 359, 528, 636.

150. εἰ δέ τε οἷς κεν FH, εἰ δέ τ' ἔοις, ἦν G, melius certe quam D 677, qui ἂν δέ τε, et Herm. Orph. 749, qui ἂν δέ θ' ὅσοις κεν conjecerunt, uterque de loci nexu securi. Ipse Gerhard. olim *Lectt. Apoll.* p. 181 εἰ δὲ θέρους κεν tentaverat, quod non opus ut refellatur. Patet, ἔμπλην 152 hîc ut apud Nicandr. Ther. 322, ubi cf. schol., idem esse atque χωρίς, non, ut apud Homer. Il. B, 526, Hesiod. Scut. Herc. 372 idem quod πλησίον. Jam non difficile est, quale scripserit poeta, assequi : reposui εἴθε δ' ἔοις, ἦν, sed haud scio an dederit : μοῦνος ἔοις, ut 193, 212.

154. ἀρωγήν clausula Nicandrea; ad v. 155 cf. Ther. 319 κακηπελίῃ βαρύθοντες.

158. ἀεικελίῃ ὑπὸ νούσῳ, et 269 ἀεικέα νοῦσον : cf. ἀεικέλιον νύγμα Ther. 271.

161. φυγὼν vulgo, φυγοῦσ' nos ex emend. Wesseling. Probab. p. 338.

164. Cf. Ther. 770 σκορπίον αὐδήσω.

166. γε μέν, de quo dixi ad Quint. IV, 568 et ad Manethonem, etiam apud Nicandrum invenitur : Ther. 281, 375, 420, 523, 734. Al. 146.

168. ὀλοφώιον hic et 193, 222, 320, 426. Cf. Ther. 1, 327.

170 et 228. Cf. Ther. 70 φράζεσθαι δ' ἐπέοικεν.

172. Cf. Al. 220 de ῥιγηλόν. — ὀπαζομένη FG, ἐπαζομένη H, pro que ἐπαξομένη substituerat G. Sed quo modo mulier subjectum manere possit, non perspicio. Scribendum erat ὀπαζομένῳ, referendum ad diem fatalem : vid. Ther. 813 ὀπάζεται ἀνδράσι κῆρα.

179. Fortasse ἐπιδράμῃ. Cfr. 195.

186. υἱέα vulgo, υἷα nos. Vid. ad Quint. III, 260.

192. Cf. Al. 110 ἐπαρωγέα.

197 et 216, 277. λοιγόν. Cf. Ther. 243, 733, 815. — ἀμβλώσει vulgo, ἄμβλωσις nos, quoniam nimis longe abest ἀγαυὴ Θειαντίνη.

204. Cf. Al. 259 νηδὺς μεμιασμένα λύματα βάλλει, et Ther. 919 βάλοις ἀπὸ λύματα δαιτός.

209. ἀμυδρή verbum Nicandreum.

212. Cf. Ther. 319 καχηπελίῃ βαρύθοντες.

213. λαιψηρὰν ὑγείην vulgo, λαιψήρ' ἂν ὑγείην nos, quanquam forma displicet : haud scio an λαιψήρ' ὑγίειαν scripserit. Cf. v. 224.

224. ὑγείην vulgo, ὑγίειαν nos.

229. Cf. Ther. 605 ὀκταπόδην, sed de cancro.

234. καὶ εὐήρεα vulgo, κεὐήρεα nos.

236. Cf. Ther. 588 θανάτου φύξιν τε καὶ ἀλκήν.

237. ἐνὶ vulgo, περὶ nos ex emend. Herm. Orph. 749. — μογῆσαι vox Nicandrea.

238. τε vulgo, τι nos. — ἐμπελάσειεν clausula Nicandrea : Ther. 186. Verbi δαμάζω variæ formæ apud eundem obviæ.

243. Ἔμπης vid. Al. 361, 465.

248. βεβήσεται. Ejusdem verbi variæ formæ apud Nicandrum.

250. τοίῃ vulgo, τοίην nos ex emend. Gerhardi. — μογερὴν vulgo, σμυγερὴν nos ex emend. Herm. l. c. 715. Cfr. Apoll. Rh. IV, 380.

255. Cf. Ther. 118 παλίγκοτος.

257. Cf. Al. 20 νειαίρης — στόμα γαστρός.

258. Insolens forma ὑποέκλασεν, pro qua toties apud alios ὑπέκλασεν legitur. Sed mutandi impetum refrenat ὑποέτρεσαν Ther. 86.

259 et 256. Cf. de ῥηιδίως Al. 401, Ther. 22.

274. σὺ μὴ vulgo, quod iis repugnat, quæ modo in antecedentibus dixit. Hinc σύ μοι scripsi.

279. Cf. Ther. 2 λύσιν — κήδευς.

281. Πληιὰς αἰθερόεσσ' vulgo, ἠερόεσσ' conj. D 674, αἰθερόεσσ' G; sed patet hic potius Lunam subjectum esse, et Pleiades plurali numero commemorandas fuisse. Non dubito quin Πληιάσιν κερόεσσ' scripserit : cf. 82 sqq.

282. ἐνιδρομέουσα vulgo, ἐπιδρομέουσα nos.

283. ὁδεύοι FH, quod revocavi, ὁδεύῃ G.

287. καὶ δ' vulgo, μὴ δ' nos.

289. καὶ λώιον vulgo, particula insolenti loco posita. Scripsi πολὺ ex 120, 294 et 447, haud veritus ne quis male acutus commate post ἀγέμεν fixo, eum infinitivum pro imperativo habeat, cui per copulam καί novum addatur membrum.

296. γε vulgo, σὺ nos. — πυρόεντι vulgo, sed *candente ferro*, quemadmodum voluit interpres, ubi tandem secantur venæ? Hinc μορόεντι dedi, vocem Nicandream. Corruptio orta ex v. 298.

301. πολλοὺς vulgo, πολλῇ nos.

304. Cf. Ther. 497 βλύζοντι φόνῳ, et de illo ἄδην, quod Quinto in deliciis esse ad eum III, 475 vidimus, Al. 428. — ἐπ' vulgo, ὑπ' nos.

312. καὶ εἰ vulgo, εἰ καὶ conj. Gerhard. *Lectt. Apoll.*, sed scribendum fuisse καὶ δ' εἰ membrorum cohærentia docere poterat.

315. συνόδοιο vulgo, συνόδοισι nos.

319. ἐφημοσύνης FH, ἐφημοσύνῃς G, sed ἐφημοσύναις recte jam conj. F.

321. οἵτε ἰοὺς vulgo, οἵ ῥά θ' ἰοὺς nos ex emend. Hermanni Orph. 749.

324. ἐφέστιον vulgo, ἐφεστίου nos e conj. Anonymi apud G.

325. Ἑρκείου, οὗ FH, ἑρκίου, οὗ G, Ἑρκείου nos e conj. G, quam debebat præferre alteri.

326. Cf. Al. 74 ἐπιφράζευ.

327. εὐσκόπου vulgo, quod est Mercurii epitheton; εὐπόκου nos ex emend. Lobeckii Parall. gr. Gr. p. 329.

334. δέ κεν vulgo, δὲ καὶ nos.

337. Ut Geminos *Amyclæos* sæpius appellavit Noster, ita Nicander ab eadem urbe Laconicos canes appellavit Ther. 670.

341. καρκίνου vulgo, Καρκίνον nos. Ipse Cancer enim est Lunæ domus, ut Leo Solis. Id ignorans G infeliciter εἰ δέ γε (subaud. ἀλεύηται), καρκίνου οἶκον ἐὰν tentavit.

342. οἰχνεύῃ vulgo, ἰχνεύῃ nos e corr. G.

343. αὖλιν de subitaneo cubili etiam Ther. 58 legitur.

345. Cf. Ther. 167 κάρη πεφρικὸς ἀείρει, 293 πέφρικε κάρηνον.

346. κατὰ ἄστρα vulgo, κατὰ δῶμα vel οἴκοισι tentabat Herm. Orph. 749; equidem κατὰ μέτρα scripsi.

348. ἐφεστίοισιν FH, ἐφ' ἑστίῃσιν G, ἐφ' ἑστίῃ οἷο nos, ἐφέστιον οἷο ex v. 363 et 373 conj. Spitzner. v. Gr. her. p. 46.

352. ναίοντος vulgo, inepte; γαίοντος scripsi, quamquam propter genitivum dubitanter.

359. δηναιὸν vulgo, δηναιὸς nos ex emend. Spitzneri l. c.

372. χρόνον vulgo, μέτρον nos. D 669 interpunctione post πολλοῦ posita, ut χρόνοιο πολλοῦ oppositio esset adverbii ὦκα, locum sanari putabat. Frustra.

377. λαιδρός hîc et 438. Cf. Ther. 689, Al. 576.

385. Post hunc versum lacunæ signa posui.

392. Cf. Ther. 415 δμήθεα λίμνην.

412. οὐχ ἐκίχης vulgo, οὔτι κίχοις scriptum volebat G, sed sufficiebat οὐ κε κίχοις.

413. Cf. Al. 589 λιμναίης φρύνης πολυηχέος.

415. σοι vulgo, τοι nos.

416. Cf. Ther. 285 εἰλυθμὸν ἔχεσκεν.

417. Cf. Ther. 544 ῥαδινὴ — ῥίζα, Apoll. Rhod. III, 106 ῥαδινῆς—χειρός.

424. Cf. Apoll. Rhod. II, 1101 τυτθὸν ἐπ' ἀκροτάτοισιν ἀήσυρος ἀκρεμόνεσσιν.

438. φῶρ' ἐπὶ φώρεῖ χύρσει FH, φὼρ ἐπὶ φώρεῖ χύρσει e corr. Dorvillii G, φώρεσι, si cui forma φωρεύς improba videatur, suadens. Verum etiam subita subjecti mutatio perquam inelegans est. Hinc scripsi, quod multo signatius, φῶρ' ἐπὶ φωρὶ κορύσσει.

443. Cf. de φιαρός Al. 91, 387.

448. ἐπ' ἐκδομάτοιο vulgo, ὑπὲκ δόμα τοῖο nos ex emend. D 678.

449 et 475. ὄνειαρ. Cf. Al. 426, 543.

458. ἄγοις vulgo, ἄγειν conj. G, ἄγων ex Tzetza scripsi. — κεραίας εὐκαμπεῖς Al. 425.

459. κλῆμα Ther. 72, 873.

460 et 502 ὀπώρης. Cf. Ther. 855.

464. ὄμπνια δῶρα et 528 ὄ. ἔργα. Cf. Al. 450 de favis πολυωπέας—ὄμπας, ubi vid. schol., Callim. fragm. 183 (ed. Blomfield.) ὄμπνιον ἔργον, id. fr. 123 μελιηδέας ὄμπας, id. fr. 268 ὄμπνας, quod schol. ad Nicandr. l. c. explicat πυροὺς μέλιτι δεδευμένους, Apoll. Rhod. IV, 989 στάχυν ὄμπνιον.

468. Cf. Nic. fragm. II, 67 παρακάββαλε σηκοῖς, quanquam ibi diverso significatu vox occurrit. Etiam σπέρμα vox Nicandrea.

469, 482, 508. ἀεργηλός. Cf. Ther. 50.

473. τῆμόσδε θέλειν vulgo, τῆμόσδ' ἐθέλειν nos e corr. G *Lectt. Apoll.* p. 91.

477. χούροις vulgo, χούρων nos, ut alibi semper.

481. Cf. Nic. fragm. II, 16 εὐθαλέουσα.

484. Cf. Ther. 209 πολυδερκέα μορφήν.

485. σπόρον vid. Al. 427, 595. Etiam ἔρνος, v. 490, vox Nicandrea.

491. οἴνη sæpe occurrit apud Nicandrum.

492. ἐλινοῦς vulgo, ληνοὺς Tzetza. Sed scripsi ἐλίνους ex Al. 181 ψιθίης ἐλίνοιο, quocum consentit Oppian. Cyn. IV, 262 ὡραίη τ' ἕλινος. — Cf. Al. 328 ποτῷ ἐνὶ δεύκεϊ Βάκχου, ubi alii ἐν ἀδευκέϊ legisse videntur.

499. Cf. Al. 10 γεωμορίην.

502. Cf. Ther. 67 ἀργεννὴν ὑπὸ βῆσσαν.

512. χέδροπά τ' ἄλλα Ther. 753.

513. βλωθροῖο πυρίτιδος Ther. 683.

516. πορσύναι vulgo, πορσύναις nos.

523. Ὑδροχόος τε φέρων vulgo, quod erunt qui pro nominativo absoluto habeant. Frustra. Scripsit Ὑδροχόῳ δ' ὀρόων.

525. ὑποδέξεται vulgo, ὑπαίξεται conj. G; sed apparet hoc quoque versu præceptum dandum fuisse. Inde ὑποθήσεαι scripsi.

530. Cf. Al. 517 ἠνεκές.

532. συμφορέοιτ' ἢ vulgo, συμφορέηται ἢ nos.

533. πιφάσκοις vulgo, πιφαύσκοις nos e corr. G. Πιφαύσκεο Nicandreum, æque ut μινύθουσι v. 536.

544. Cf. Apoll. Rh. I, 743 θοὸν σάκος ὀχμάζουσα.

551. ὡς δὲ καὶ hîc quoque vulgo. Sed oppositio est antecedentibus 550 πουλὺν ἐπὶ χρόνον, et 546 δηναιὴν—λύσιν. Hinc scripsi ἔμπαλι δ'. Versus initium mutilatum male ex 547 suppletum est.

554. ἠμερίοισι in clausula Ther. 346.

555. ἀψεα vulgo, ἄψεα nos, quemadmodum ut ceteri, ita etiam Nicander.

557. ἀνατλήσειεν vulgo, ἀναπλήσειεν nos ex emend. Lobeckii Parall. gr. Gr. p. 172 *).

560. Si quid mutandum, potius ex Il. N, 572 ἰλλάδας, quam cum G ἐλλάδας scripserim.

561. ἢν vulgo, εἰ nos. Fortasse vice versa 564 ἢν restituendum erat, ita ut particulæ sedem permutaverint.

566. συναπτῶι ἀδάμαντι vulgo, ἐνὶ στιβαρῷ ἀδ. D 663, ἐν ἀγνάμπτῳ ἀδ. id. 672 conj.; posterius præferendum esset, nisi ipsum illud συναπτῷ videretur sanum esse. Hinc ἀεὶ ἀδ. συναπτῷ dedi.

569. σώεται vulgo, σεύεται conj. D 663, sed quidni scripserit σώζεται?

571. οὐδέ τε vulgo, οὐδέ κε nos.

574. εἰς δεκάτην τόδε vulgo, ἐνδεκάτην τότε nos ex emend. D 663.

579. εἰ τέτμοις μὲν FH, μὲν delet G ex sententia F, sed tum sequentia non quadrant. Hinc οὐ τέτμοις scripsi.

580. αὖ vulgo, αὖτ' nos. — ἔλοιτο vulgo, ὄλοιτο nos ex emend. Lobeckii Pathol. ling. Gr. p. 421, 7).

584. Cf. Al. 323 πολυωπεῖ κόλπῳ, et 450 πολυωπέας ὄμπας.

585. σοι vulgo, τοι nos: cf. 163.

589. δήοις κ' vulgo; sed requirebatur particula adversativa. Etiam δήεις vox Nicandrea.

592. Cf. Ther. 8 ἀνιγροὺς ἑρπηστας, 701 φῶτας ἀ., Al. 36, 548.

600. εἰς vulgo, ἐς nos ex constanti hujus usu. — κεν ἕλοι vulgo, κε πέλοι nos. Locus varie tentatus. D 658 et 662 pro φῶρος conj. φώρ τις, G φωρεύς, quam formam jam ad 438 commendavit. Idem tamen rectam viam sensit, ἕλθῃ in κεν ἕλοι latere existimans. Sed particulæ cumulatæ a Nostro non abhorrere videbantur, uti etiam judicavit Hermann. ad Lith. v. 247.

603. ξυνὸν vulgo, ξυνὴν nos e corr. D 663.

605-610. Hæc in FH ita leguntur:

Ζηνὶ κελαινεφέει, κλόπιον κτέαρ ὄλλυται αὔτως
Ἦν δ' ἴσχῃ Κρονίωνα σεληναίη ἀμαδίη
Ἐν γενέθλῃ, παράδος μιν ἐπ' ἠγάθεον φαέθοντα
Οὔ τι λίην φώρεσσι δ' ἐναίσιμα γίνεται ἐσθλὰ
Τείρεα Κυπρογένεια καὶ αἰγλήεις Διὸς ἀστὴρ
Ἠδὲ καὶ ὠκυδρόμοιο φερεπτέρου Ἑρμάωνος.

G nihil mutavit, nisi quod κελαινεφεῖ et ἅμα δίῃ cum D 663 scripsit, et puncto post αὔτως, commate post φαέθοντα et colo post λίην distinxit. Oblitus autem est etiam Σεληναίῃ ex ejusdem emendatione dare. Equidem, si quid video, hîc nihil nisi meras tenebras video. Nam neque quomodo triplex Jovis memoratio explicari possit, nec quid aut ἐν γενέθλῃ apud hunc poetam, aut παράδος μιν, nec quid omnimo v. 606 sq. sibi velint, perspicere valeo. Hinc hos ipsos versus uncis inclusi, quippe apertissime aliunde intrusos, et lacunæ signa post κελαινεφεῖ posui, ubi sequebatur Mercurii et Veneris commemoratio, et ante οὔτι λίην, quod finem continet admonitionis, ne *nimis* velit ob rem furto ablatam mœrori se dedere: cf. 410 sq., 579.

Scripsi Bruxellis, cal. Januar. MDCCCL.

ARMINIUS KOECHLY.

EPIMETRUM.

Hæc jam dudum perscripta et operis tradita erant, quum tandem nactus sum *Julii Materni Firmici* Matheseos libros VIII, quos sub imperatore Constantino conscriptos esse constat. Sed operosis Quinti edendi laboribus obruto licuit tantum properante oculo vasti operis partem fere tertiam percurrere. Tamen quæ inter eum et Manethoniana intercedat ratio, paucis indicare licet. Id ex ipsius scriptoris verbis explicare possumus, qui in præfatione libri II p. 15 (ed. Hervag. Basil. 1551), postquam præter Cæsarem et Ciceronem neminem Latinorum de hac arte scripsisse dixit, ita pergit : « Unde nos *omnia*, quæ de ista arte Ægyptii Babyloniique dixerunt, docili sermonis institutione transtulimus, ut ii qui ad explicanda hominum fata formantur, pedetentim imbuti, omnem divinitatis scientiam consequantur. » Frontonem enim « nostrum » Hipparchi secutum Antiscia ita Apotelesmatum sententias protulisse, tamquam cum perfectis jam et peritis loqueretur. Eum *Frontonem* non *Cirtanum* esse, celeberrimum Marci Aurelii præceptorem, sed *Emesanum*, qui regnante Alexandro Severo floruit, ut verisimile est, ita aliquid ponderis addit nostræ de librorum II, III et VI Manethonianorum auctoris tempore conjecturæ. Cum his cfr., quæ idem in præf. libri IV, p. 84 dixit : « Omnia enim, quæ *Æsculapio* ☿ (i. e. *Mercurius*) Enichnusque tradiderunt, quæ Petosyris explicavit et Necepso, quæ Abraham, Orpheus et Critodemus ediderunt, ceterique omnes hujus artis antiscii, perlecta pariter atque collecta et contrariis sententiarum diversitatibus comparata in his perscripsimus libris, divinam hanc scientiam Romanis omnibus intimantes : ut hoc, quod quibusdam difficillimum videbatur propter Latini sermonis angustias, ostensa Romani sermonis licentia, veris ac manifestis interpretationibus explicarem. » Cum his cfr. *Maneth.* I, 11 sq., V, 2, 4, 10. Præterea aliis locis, ut II, c. 32, p. 38; præf. ad III, p. 45 sq. et horum et aliorum auctorum, ut *Ptolemæi*, *Antiochi*, *Dorothei*, meminit. Inter quos quum Manethonis nunquam mentio fiat, haud improbabilis est suspicio aut alio aut nullo nomine illa carmina Materno nota fuisse. Eum enim aut his ipsis aut simillimis, quæ perierunt, usum esse mira vel in argumenti æquabilitate multorum locorum similitudo evincit. Firmici quidem opus, quod variam pristinorum Astrologorum doctrinam in artis perpetuis præceptis ordinatæ corpus redegit, sane multo plura complectitur quam quæ in Manethonianis leguntur; sed hæc ipsa tam plene sæpiusque repetita continet, ut quamque Manethonianorum sententiam plurimis plerumque Firmici locis firmare possis. Itaque, quæ de illorum ætate ex *rebus*, quæ in iis commemorantur, disputavimus, ea ex Firmici libris tam larga exemplorum copia comprobantur, ut qui ea componere vellet omnia, librum conscribere deberet ambitu suo Manethoniana longe superantem. Nominatim quæcumque de artibus, noxis, opibus, nuptiis, liberis siderum constellatione indicatis afferuntur, simillimo modo et ad nauseam usque recocta apud Firmicum leguntur, ita ut etiam inde appareat, quantopere *Maximi* illud fragmentum ab hac ætate alienum sit.

Inter *octo* libros, quorum primus doctrinæ mathematicæ contra adversarios defensionem continet, unus est, *septimus*, qui prorsus eodem modo, atque antiquioris carminis Manethoniani *tertius* (hodie omnium sextus), non a siderum constellatione ad hominum fata sed ab hominum fatis ad siderum constellationem transit. Exponuntur ibi (ut partem afferam) deinceps expositorum vel non nutritorum, geminorum, servorum seu captivorum, libertinorum et liberorum, monstrosorum, eunuchorum et hermaphroditorum, orborum et adoptivorum filiorum, incestorum et pædiconum

et cinædorum, athletarum, causidicorum, medicorum, musicorum genituræ, fratrum cujusque numerus indicatur et quæ sunt similia.

Ex ceteris libris paucissima speciminis loco addo : I, 1, p. 3 sq. eos refutat qui ex stellarum vi deorum religionumque contemtionem derivaverunt : cf. Man. I, 196 sqq. — Ibid. 4, p. 13 inter varias mortes memoratur, qui *cadentium tectorum ruina comprimitur* : cfr. M. III, 130. V, 199 sq. — II, 10, p. 22 (ut p. 61 et alibi) *vespillones pollinctoresque* nominantur, de quibus supra dictum. — III, 3, p. 48 Saturnus — *circa aquam dabit actus*, et ibid. *ex aquaticis actibus vel ex humidis negotiis vitæ subsidia largitur* : cfr. M. I, 87 sq. — Ibid. p. 49 ex *latentibus doloribus* — deformat : cfr. M. I, 252 et alibi. — Ibid. p. 50 *philosophos capillatos* : cfr. M. III, 291. — Ibid. p. 51 benevola stella — hæc mala, quæ dicimus, ex parte aliqua mitigantur : cfr. M. III, 271. — III, 5, p. 54, « quicquid ausi fuerint, nulla potuerunt ratione complere : » cfr. M. III, 378. — Ibid. p. 55 « præsides riparum ; » cfr. M. IV, 534. — Ibid. p. 56 : « aut in fluviis aut in stagnis aut in mari submergi facit aut occisos a piratis undis facit fluctibusque dispergi ; » cf. M. III, 255 sqq. — Ibid. p. 57, « dæmonibus terribiles, quorum adventu pravi dæmonum spiritus fugiant » etc. ; cf. M. V, 303 sq. — Ibid. p. 60, « coronarum largitur insignia ac prætexta veste decorabit » (et p. 63 « dignis infulis coronari ») ; cfr. M. II, 234. III, 37. — Ibid. p. 61 « hermaphroditos faciet, in quibus se duplex natura conjungat ; » cfr. M. I, 128. — Ibid. « qui virilia propriis sibi amputent manibus ; » cfr. M. VI, 297. — Ibid. p. 62 « hymnologos et qui deorum laudes cum jactantia et ostentatione decantent, ex quibus tamen honorem et gloriam habebunt ; » cfr. M. II, 228 sqq., de quo loco supra dictum. — Ibid. p. 65 « aut abortabit frequenter — aut intra viscera ejus dilaceratum pecus a medicis proferetur ; » cfr. M. II, 288. — Ibid. « faciet in templis manere sordide — et qui nunquam tondeant comam, quales solent esse in templis qui vaticinari consueverunt : » cfr. M. I, 237 sqq. — Ibid. « in palatiis regum vel potentum virorum domibus ob fabricationem harum rerum, quæ ad cultum sunt mulierum necessariæ, perseverant ; » cf. M. II, 242 sq. III, 79 sq. — Ibid. p. 64 « ancillas matrimoniis sibi conjungunt, alii sibi publicas meretrices genialis tori copulatione consociant ; » cf. M. II, 178 sq., 428 sqq. — Ibid. p. 67 « ex incestis amoribus gravi pulsat infamia ; » cf. M. III, 338. Et sexcenta alia vel ex his paucis paginis comparari possunt. Alia quædam, quæ commode succurrunt, *sæpius repetita* per saturam brevissime adjiciam. Memorantur patrimonia amissa, βιοθάνατοι, uxoris et filiorum interemptores, paternæ et maternæ substantiæ dissipatores, tardiores in omnibus actibus, sacrilega et irreligiosa verba jactantes, stomachi dolores, magistratus majores et minores, reges et duces et quibus singularum civitatum gubernacula credantur, indignis matrimoniis copulati, vitæ inconstantes, divitiæ in senectute, nervorum dolores, ex aliorum mortibus pecuniæ, magi famosi vera et falsa prædicantes, præfecti prætorio, gibbosi et lunatici, regum administratores et rationales : sed etiam magnarum mulierum procuratores, juridici et nuntii regum, thesaurorum inventores, piscatores et venatores, rixæ et pericula, liberi expositi et adoptati, auri argentique artifices, qui magnorum virorum negotia tractant, in finibus peregrinis erratici, regum et potentium virorum amici, vulneribus aut catenis afflicti, judiciorum assessores, homicidæ, ὀλιγοχρόνιοι, bestiis præpositi, cæci et claudi, fabricationibus templorum præpositi, amabiles et honorati, fratribus majoribus orbi, literati et musici, eunuchi, cinædi, tribades et « hoc genus omne, » sacris qui præsunt et neocori, prophetæ, ex igne et ferro artes, fabricatores deorum, deliri, hydropiaci et elephantiaci, linteones et colorum inventores et tinctores, lites uxorum gratia susceptæ, sed etiam uxores morigeræ ex quibus gloria et patrimonium viris confertur, rixæ cum mulieribus agitatæ, et quæ hujus generis sunt similia. Denique *nihil est in Manethonianis, quod non plurimis ex Firmico illustrari possit.*

Sed maxime memorabile est illius opus, quoniam in eo apertum, licet non pronuntiatum animadvertimus studium doctrinam astrologicam et ab adversariorum vituperationibus atque suspicionibus vindicandi, et ad veterum religionum subsidium adhibendi. Sed de hac re, quam accuratius pervestigare eo jucundius est, quod toto libro Christianorum diserta mentio non fit, fortasse alias. Hic ex eo illum locum, quem Manetho VI, 732 sqq. prudenter evitavit, quomodo tractaverit addendum videtur. Etenim, ut impera-

toris suspicioni obviam iret, primum extremo libro *primo* p. 14 sq. ardentissimas fundit ad omnes Deos Planetas preces sic exeuntes : « Constantinum, maximum principem, et ejus invictissimos liberos, dominos et Cæsares nostros, consensu vestræ moderationis et Dei summi obsequente judicio perpetuaque eis imperia decernente, facite etiam nostris posteris et posterorum nostrorum posteris, infinitis seculorum continuationibus imperare; ut omni malorum acerbitate depulsa humanum genus quietæ felicitatis munera consequatur. » Putes nostri temporis hominem de peculio suo sollicitum nostris regibus utpote lucrificæ quietis tutoribus salutem precari! Sed idem II, c. 33, p. 44, ubi de *mathematici* conditione agit, Lolliano suo hæc præcipit : » Cave ne quando de statu reipublicæ vel de vita Romani imperatoris aliquid interroganti respondeas : non enim oportet, nec licet, ut de statu reipublicæ aliquid nefaria curiositate dicamus. Sed et sceleratus atque omni animadversione dignus est, si quis interrogatus de fato dixerit Imperatoris; quia nec dicere poteris de eo aliquid nec invenire. Scire enim te convenit, quod et aruspices, quotiescunque a privatis interrogati de statu Imperatoris fuerint, et quærenti respondere voluerint, exta semper, quæ ad hoc fuerint destinata, ac venarum ordines involuta confusione conturbent. Sed nec aliquis mathematicus verum aliquid de fato Imperatoris definire potuit : solus enim Imperator stellarum non subjacet cursibus ; et solus est, in cujus fato stellæ decernendi non habeant potestatem. Quum enim sit totius orbis dominus, fatum ejus Dei summi judicio gubernatur; et quia totius orbis terrenum spatium Imperatoris subjacet potestatibus, etiam ipse in eorum deorum numero constitutus est, quem ad facienda et conservanda omnia divinitas statuit principalis. Hæc ratio et aruspices turbat : quodcunque enim ab iis invocatum fuerit numinum, quia minoris est potestatis, majoris potestatis, quæ est in Imperatore, non poterit explicare substantiam. Cui enim omnia ingenia, omnes ordines, omnes divites, omnes nobiles, omnes honores, omnes serviunt potestates, divini numinis et immortalis sortitus licentiæ potestatem, in principalibus Deorum ordinibus collocatur. Quare quicunque aliquid de Imperatore quæsiverit, nolo ut eum truci ac severa responsione conturbes; sed et docili sermone persuade, quod nullus possit de vita Imperatoris aliquid invenire, ut persuasionibus tuis monitus istum furorem temeritatis, correcto mentis errore, deponat. Sed nec deferre te volo, si quis aliquid male quæsiverit, ne, quum ille ob illicitas animi cupiditates capitali fuerit sententia subjugatus, morti ejus causa exstitisse videaris, quod alienum est a proposito sacerdotis. » Vides abjectam regii nominis adulationem, eo turpiorem, quoniam ad scelestissima sua mendacia religione atque Dei majestate abutitur, jam illis temporibus familiarem fuisse. Tam verum est, nihil, quod prorsus novum sit et inauditum, radiis collustrari Ἠελίου, ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει.

Corollarii loco *nonaginta octo* astrologici argumenti *versus* addo, quos Iriarte *Reg. Bibl. Matrit. codd. Gr.* p. 244-46 ex binis foliis chartaceis manu recentiore exaratis, quæ codici LXVIII typis excuso inserta erant, descriptos dedit. Eorum triginta tres jam Salmasius protulerat : 1 sq. Exercitt. Plinn. II, p. 1227. — 8 præf. ad Diatrib. de ann. climacter. 22-25 E. Pl. I, 652 et A. Cl. p. 289. — 31 sq.-34. E. Pl. II, p. 1235. — 59-62 Ibid. — 63 sq. 66 sq. 69-71 A. Cl. p. 291. — 73 sq. Ibid. p. 292. — 80 E. Pl. I, p. 654. — 87-94 Ibid. p. 655.

Quæ ego in his præter accentus et interpunctionem similesque minutias emendavi, hæc sunt : 2. ἀῤῥαβίη c (i. e. codex). — 6 παιρεβίων c. Παραοῦψαι sive Παραύαιοι, « de quibus Plutarchus et Stephanus Byzant. » succurrunt Iriarti. — 7 θρηχῶν c. — 10 κ. δρύες ὠγύγιαι ἀρχ. ἀ. ἔδεσχον c, initio addi volebat τῇδ' ὑπὸ Ir. Cur ὠγυγίῃς epitheto distinxerit quercum, disce ex Max. 490. — 11 βαθυδινῆς τε c. Imitatus est Il. Φ, 195 βαθυρρείταο μέγα σθένος Ὠκεανοῖο. — 12 Ἀχαϊκὸν c. ἔσχε c. Olim cogitabam de ἄχρι. — 15 αὐτὸν c. — 16 Καλχηδὼν c, em. Ir.; διδοῦς δόμη θεῖα c, Διδ. καὶ δώματα θεῖα male conj. Ir. — 17 λυβίη τ' ὑπ' ὄμμασι c. Intelligit mare Mediterraneum : cfr. 8 et 11. — 18 βαθύπλουτον c. — 19 χρονίδου διὸς τρ., ἠδέ τε μύσης c, ante τρ. Ir. inseri volebat ἡ. Scribi etiam poterat ἦχί τε νύμφης. — 21 τέτακται c. — 22 ἐτύχεν c, ἐπέχει Salmasius. — 24 τριτάτας c, τρίτατος Salm. — 25 « ad oram codicis nostri exteriorem ex adverso versus adscripta sunt manu, qua cætera, variæ lectiones, nempe ἴσας pro ἔλαχεν, et λάχε pro ἴσα, ita ut is in hunc modum sit legendus : τὰς δ' ὑπολ. ἴσας φαίνων λάχε θούρῳ. « IR. Non prætuli. — 26 τὰς

om. c, add. Ir. — 31 τριτάτας c, τριτάτη Salm. — 34 δὲ ἓξ c, καὶ ἓξ Salm. — 35 ἑρμείας c; corr. Ir. Tum haud scio an scripserit Φαέθων τὰς ἑπτά. — 37 ἐπάχει c. — 40 sqq. στίλβων ἐπὶ τοῖς μοίρας Καὶ δέκα κύπρις ἑ. φ. δ. κατ' αὐτὴν τέσσ. Ἑπτὰ δ' ἄρης c.; vocabulum μοίρας recte post ἔχει transposuit et τέσσαρας initio sequentis versus collocavit Ir.; pro ἐπὶ τοῖς legi etiam poterat ἐνὶ ταύτῃ : alterum prætuli ex v. 54. — 48 δ' αὖ c, corr. Ir. — 51 τρίτας c. — 57 δὲ om. c, add. Ir. — 55 τέσσαρα c. — ἴσας c, pro quo λάχε conj. Ir. operosius. — 60 μοίρας om. c, add. Salm. — 64 ἤματα et νύκτες c, ἤματος et νυκτὸς Salm. — 66 παρθενικῆς τε c. — 67 Ἤματα ἀφρογένη c, nostrum Salm. — 70 διδύμοισι Salm., fort. Διδύμοις δὲ; sed cfr. 82. — 72 μοιράσατο c. — 74 ἤματι c, ἤματι μὲν Salm. — 76 ἐκ δ' ἄρατοι τούτων c. ἐν ὑδρηχόῳ c. — 86 ὑψώματα c. — 87 ὡρονόμου — ὥραν c, ὡρονόμον δὲ μάθῃς ὥρας Salm. Sed haud scio an scripserit : ὡρονόμον μοῖραν δὲ μάθοις. — 90 κεῖθε δὲ ἑστοιχηδὸν c, nostrum præbuit Salm. — 97 ἔχεις c.

Horum fragmentorum ex Dorotheo excerptorum collectione quantopere nostra de libris I et V Manethonianorum conjectura adjuvetur, præsertim quod illa libri I disticha attinet, sponte patet. Dorotheum illum addo a Firmico II, c. 32, p. 38 *virum* dici *prudentissimum, qui apotelesmata verissimis et disertissimis versibus scripsit.*

Scripsi die XVIII mens. Mart. MDCCCL.

Arminius KOECHLY.

ARMINIO KOECHLY

S. P. D.

FREDERICUS DÜBNER.

Proficiscentem (ne dubita) cupido incessit Manethonis Tui sarcinis includendi; verum sanioribus astrologus ille scriptoribus bonas horas multas in Medicea detractum ire parabat. Quare domi reliqui quem in splendido ornatu Tuo se merito jactare sciebam, codicem tamen in terris unicum inspecturus. Vidi κειμήλιον (plut. 28, cod. 27) egregie servatum et elegantissima calligraphia nitens, ut *ne unam quidem literam* toto in opere dubiam esse posse existimem. Ipse si videres, ægerrime profecto ferres cumulum illum testimoniorum quo scatet annotatio Tua, et discordes sæpe strepitus τῶν MGHJ, simpliciter quippe, clare et distincte loquente membrana. Non memini ex Tuis *primi* libri argumenta. In codice is liber in septuaginta capita divisus, quorum argumenta, præmissa libro, suis locis breviter repetuntur in margine. Memorabilius etiam, in eodem libro tres ῥήσεις per singulos versus *asteriscis* esse distinctas; porro duas ῥήσεις in secundo, unam in sexto. Quinti libri, itidem ut primi, totum decursum prosaica paraphrasi persequitur scholiastes in margine, uncialibus literis, qui mos est codicum decimi et undecimi sæculi. Hæc, uti vides, proxime tangunt quæstiones a Te sollertissime agitatas : ut verear ne (contra ac proverbio jactatur) quattuor rotis MGHJ insistenti currui jam percupias addi quintam. At hanc Thesaurus Græcus propediem retrahet Parisios.

Maximum mihi nunquam persuadere potui esse Alexandrinorum quam dicimus ætate recentiorem : quo magis gavisus sum rerum documentis manifestis quæ profers, et Ruhnkenii, qui in his poetis habitabat, judicio quod ignorabam. Hunc in codice relegere constitueram, quum nova res se obtulit et propter Harlesii silentium prorsus inexspectata. A Bandinio enim in ejusdem plutei 28 codicum recensu indicatur vetus syntagma scriptorum astrologicorum (cod. 34), quod multis cum aliis continet paraphrasin Maximi et ipsum initium carminis his verbis conceptum :

Εἰ δ' ἄγε μοι κούρη Πιμπληιὰς ἔννεπε Μοῦσα
Μήνην ἠερόφοιτον, ὅπως ἄνδρεσσιν ἕκαστα
σημαίνει σκολιωπὸν ἐπιστείχουσα κέλευθον.

[Codex v. 2 ἱερόφοιτον, 3 ἐπιστίχ.] Hos versus Bandinius exscripserat tanquam initium paraphraseos : ut plurium hinc partium carminis exspectatio mihi facile subnasceretur. Sed manuscriptus liber in illis sese continet, prosaicam paraphrasin subjiciens vehementer jejunam : quæ hoc tamen emolumenti affert, ut discamus quale fuerit *totius* carminis argumentum, et rerum tractatarum quis ordo; nam in iis quæ supersunt, paraphrastes nihil omisit.

Primum igitur, carissime amice, eorum quæ perdita sunt paraphrasin integram perscribo; deinde superstitum excerptam, additis memorabilioribus ex poetæ codice; vellem autem aliquantillum spatii concessisses codicis lectionibus ante te correctis; nunc omittendæ erant illæ quas apud Gerhardum relatas esse suspicabar. Codex 34 est sæculi XI vel XII ineuntis, magno et splendido charactere scriptus; sed nomina signorum a me posita esse scito pro siglis astrologicis quibus *ubique* utitur.

Μαξίμου περὶ καταρχῶν μεταφρασθὲν πεζῇ λέξει ἐκ τῶν ἡρωϊκῶν μέτρων.

Εἰ δ' ἄγε μοι κούρη Πιμπληιὰς ἔννεπε Μοῦσα
Μήνην ἠερόφοιτον, ὅπως ἄνδρεσσιν ἕκαστα
σημαίνει σκολιωπὸν ἐπιστείχουσα κέλευθον.

Πῶς ὁ τεχθεὶς ἄνθρωπος αὐξιφωτούσης τῆς σελήνης ἔμπρακτος ἔσται καὶ κατορθωτικὸς ὧν μεταχειρίζεται πάντων; Ἐὰν παρατηρῆται ἐν ταῖς καταρχαῖς τῶν ἑαυτοῦ ἔργων τὴν σελήνην συνοδεύουσαν ἤτοι τῷ Διὶ ἢ τῇ Ἀφροδίτῃ ἢ τῷ Ἑρμῇ· ἐὰν δὲ ἀνοδεύῃ (leg. συνοδ.) ἡ σελήνη τῷ Κρόνῳ ἢ τῷ Ἄρει, μὴ καταρχέσθω ἔργου· ἀπραξία γὰρ καὶ βλάβη ἐπακολουθεῖ.

Ἡ σελήνη ἀποκαταστατικὴ καὶ ἀνταποκαταστατικὴ καὶ εἰς τὰ ἑαυτῆς τετράγωνα τὰ κατὰ γένεσιν ἐλθοῦσα, ἄπρακτος καὶ ἐπιβλαβὴς γίνεται.

Ἐάν τινος γένεσιν θεάσῃ καὶ βούλῃ αἰτήσασθαι παρ' ἐκείνου χάριν, σκεψάμενος τὴν σελήνην αὐτοῦ ἀνταποκαταστατικὴν οὖσαν, τουτέστιν ἑαυτὴν [l. ἑαυτῇ] διαμετρήσασαν, αἴτησαι τὴν χάριν, καὶ οὐ μὴ ἀστοχήσῃς τῆς αἰτήσεως.

Περὶ κτήσεως δούλων.

Τῆς σελήνης ἐν ἀνθρωποειδέσι ζῳδίοις (Διδύμοις, Παρθένῳ, Ζυγῷ, Τοξότῃ, Ὑδροχόῳ) οὔσης ἐὰν βούλῃ διακόνους εἰς τὸ ἴδιον σῶμά (sic) σου ἀγοράζειν, ἀγαθὸν καὶ ἔμπρακτον καὶ ἐπικερδές.

Τῆς σελήνης ἐν τῷ Ζυγῷ ἢ ἐν τῷ Σκορπίῳ οὔσης γεωργὸν δοῦλον ἀγόραζε.

Τῆς σελήνης οὔσης ἐν τῷ Κριῷ ἢ ἐν τῷ Λέοντι ἢ ἐν τῷ Τοξότῃ ταῖς ἐσχάταις μοίραις καὶ ἐν τῷ Αἰγοκέρωτι ταῖς πρώταις ποιμένα ἀγόραζε.

Τῆς σελήνης οὔσης ἐν τοῖς Ἰχθύσιν ἢ ἐν τῷ Ὑδροχόῳ ἢ ἐν τῷ Καρκίνῳ ἢ ἐν τῷ Αἰγοκέρωτι ταῖς ἐσχάταις μοίραις ναύτην δοῦλον καὶ ἁλιέα καὶ τὸν τοὺς χιτῶνας πλύνοντα ἀγόραζε, καὶ ἁπλῶς τὸν μεθ' ὕδατος ἐργαζόμενον.

Τῆς σελήνης ἐν τῷ Κριῷ οὔσης γναφεῖς δούλους καὶ ὑφάντας ἀγόραζε.

Τῆς σελήνης ἐν τῷ Αἰγικέρωτι (1) οὔσης σιτοποιοὺς καὶ ἀρτοκόπους δούλους ἀγόραζε.

Τῆς σελήνης ἐν τῷ Ταύρῳ οὔσης μαγείρους δούλους ἀγόραζε.

Τῆς σελήνης ἐν τῷ Ζυγῷ ἢ ἐν τοῖς Διδύμοις οὔσης καπήλους δούλους καὶ ἐμπόρους ἀγόραζε.

Περὶ πλοῦ καὶ ἐμπορίας.

Τῆς σελήνης ἐν τοῖς ἀνθρωποειδέσιν οὔσης ζῳδίοις μετὰ ἀγαθοποιοῦ Διὸς ἢ Ἀφροδίτης ἢ Ἑρμοῦ, ἐμπορεύου, ἀγόραζε, πόρθμευε, ὁδοῦ καὶ πλοῦ κατάρχου.

Τῆς σελήνης ἐν τοῖς καθύγροις ζῳδίοις οὔσης (Καρκίνῳ, Αἰγοκέρωτι [sic], Ἰχθύσιν) ἀκακώτου, τὴν σὴν ναῦν πληρώσας τῶν ἀγωγίμων φόρτων καὶ χρημάτων, κατάρχου τῆς ἐμπορίας· ὁ γὰρ πλοῦς ἀγαθὸς γίνεται, καὶ ἐπικερδὴς ὁ φόρτος.

Τῆς σελήνης οὔσης μετὰ τοῦ Κρόνου ἢ μετὰ τοῦ Ἄρεως μὴ κατάρξῃ πλοῦ μήτε φόρτου μήτε ἐμπορίας· ἀλλ' ὅμως ἐπιβλαβέστερος ὁ Κρόνος τοῖς ναυτίλοις ἤπερ ὁ Ἄρης· ὁ μὲν γὰρ Ἄρης πολλάκις ῥύεται τοὺς ναύτας ἐκ τοῦ τῆς θαλάσσης κινδύνου· ὁ δὲ Κρόνος χαλεπώτατος μάλιστα τοῖς ναύταις γίνεται.

(1) Hoc signum super alio eraso negligenter exaratum dubium est sitne hujus an Παρθένου.

Περὶ ὁδοιπορίας.

Τῆς σελήνης ἐν τῷ Κριῷ οὔσης ὁ ἀποδημήσας ταχέως ὑποστρέψει.

Τῆς σελήνης ἐν τῷ Ταύρῳ οὔσης ὁ ἀποδημήσας ἀβλαβῶς καὶ μετὰ κέρδους ὑποστρέψει.

Τῆς σελήνης ἐν τοῖς Διδύμοις οὔσης ὁ ἀποδημήσας ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐν τῇ ξένῃ διατρίψει.

Τῆς σελήνης ἐν τῷ Καρκίνῳ οὔσης ὁ ἀποδημήσας ξενίσει (2) μὲν ἐν τῇ ξένῃ, χαίρων δὲ καὶ ἐνδόξως ὑποστρέψει πράξας εὐτυχῶς.

Τῆς σελήνης ἐν τῷ Λέοντι οὔσης ἐν μὲν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ οὐ δεῖ ἀποδημεῖν· βλάβαι γὰρ καὶ φόβοι ἐξ ἀνδρῶν κακῶν ὑπαντήσουσιν· | ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ ἐν μὲν λέοντι (super siglo astrol. *Leonis* spir. lenis ᾿ positus) οὐ δεῖ ἀποδημεῖν· ἔτι δὲ ἡμέρας οὔσης ὁ ἀποδημήσας πάνυ βλάπτεται.

Carmen incipere vides ubi signum | collocavi; sed infauste accidit ut hoc loco et poetæ verba et paraphrasis sint corrupta. Egregie sane procedunt quæ apud poetam posuisti, nec dubito quin ita fuerint scripta; habes etiam *perniciosius* auspicium quod recte dixisti debuisse præcedere. Jam paraphrasin quoque Tuæ εὐστοχίᾳ commendo; diffido enim hariolationi meæ. Putabam scriptum fuisse ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ εὐμενεστέρᾳ οὔσῃ ὁ ἀποδημήσας etc. (quod poetæ est ἀγανωτέρῃ οἶμος), illud autem εὐμενεστέρᾳ οὐ depravatum in ἐν μὲν ἑσπέρᾳ οὐ produxisse duplicem sententiæ restituendæ conatum : οὐ [δεῖ ἀποδημεῖν], et (propter ἑσπέρᾳ) ἔτι δὲ ἡμέρας οὔσης. Librarius post ἐν μέν zodiaci signum pro vocabulo posuerit, quia plus centies in hac paraphrasi præpositionem ἐν siglum astrol. excipit loco nominis. Ceterum infra etiam nonnulla offendes quæ de suo appendit paraphrastes.

Vers. 11-17 negligentius paraphrastes : ... ὁ ἀποδημήσας εἰ μὲν ἐπὶ δικαίᾳ προαιρέσει, συμφέρει· εἰ δὲ ἐπὶ ἀδίκῳ, οὐ συμφέρει. **Postremo versu ex codice scribendum** παλιμποίνοισιν.

18-24 paraphrastes :... ὁ ἀποδημήσας ὠφεληθήσεται, καὶ κερδήσει ἐν τῇ ξένῃ· ὁ δὲ ἀρξάμενος ὑποστρέφειν οἴκαδε, ὠφεληθήσεται καὶ ταχέως τὴν ὁδὸν ἀνύσει, λαθραίως καὶ μετὰ σιγῆς ὑποστρέφων. **Videtur** καὶ δ' ἄν... **(21) pro apodosi habuisse præcedentis** εἰ δέ κεν.... **Versu 24 codex** ἐνὶ τῷδε, **quod scripsisti; 20 idem** λιλαίεαι ἀπονέεσθαι, **quod reducendum pro calami lapsu** αὖτι.

25 codex εἰ δ' αὖ τοξ., **non** εἰ δέ κε.

(1) Haud dubie corrigendum χρονίσει. **Paullo post Maximi versus 8-10 ita** παραφράζει : Τῆς σελήνης ἐν τῇ Παρθένῳ οὔσης ὁ ἀποδημήσας χροΐσει (sic) μὲν ἐν τῇ ξένῃ, ἀβλαβῶς δὲ ὑποστρέψει.

36 cod. οἰχνεύοντα, et sic ubique præter v. 7, ubi ἠχν.

44 cod. πρῆξίν γε, supra posito κ.

49-53 sic paraphrastes : ἡ σελήνη ὑπὸ ἀγαθοποιῶν μαρτυρουμένη τετράγωνος (sic, cetera siglis) ἢ τρίπλευρος ἢ διάμετρος κακὴν (corr. καλὴν) τὴν ὁδοιπορίαν σημαίνει· ὑπὸ δὲ κακοποιῶν μαρτυρηθεῖσα τετράγωνος ἢ τρίπλευρος ἢ διάμετρος κακήν. Legit ille v. 52 quod in codice restitutum : μὴὲ τρίπλ., delendo μ (sed in margine ibi ant. m. positum μὴ τρ.), et fortasse ἔχουσι... φέρουσι. Ibidem cod. ἔχωσι, paullo recentiori m. η posito super ω. 53 idem μήνη, quod restituisti, et 58 καὶ δ' ἄν τοι ἀτάρβητος πέλοι οἶμος, recte, nec quicquam omissum. Etiam paraphrasis indicat non loqui poetam de reditu.

69 super οὕνεκεν, in quo recte offendebas, mire scriptum ἡ (literæ ο impositum). Sequenti versu cod. εἰσηται sic sine accentu, quod dubitationem librarii de integritate scripturæ indicat.

75–6 paraphrasis : ἔσται ἡ γυνὴ ἀκατάστατος, παλίμβουλος.

87–8 paraphr. : ἔσται γὰρ ἡ γυνὴ μυχαλίς (sic), πολύκοινος, ῥυπαρά. — 92 cod. Ἀρσίππης, ut excusum, non ἑ. — 93 idem ἀνέρι χοράνουσα, sic, literæ ο superposito η.

98 κομίζεις fortasse typographicum vitium : cod. κομίζοις, et paraphr. : ὁ γήμας ἐν τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ χαρήσεται.

107 codex non ἀεί κε, sed ἀεὶ καὶ παν., quo probabilius fit tuum αἰνά. — 109 idem πέλοντο, 110 λωβήσατ'.

121 παλλακίς tuum habet paraphrastes, qui de suo quædam addit :.... ἐλευθέραν οὐ δεῖ γῆμαι, ἀλλὰ δούλην παλλακίδα μᾶλλον δεῖ· καὶ γὰρ ὁ Ζυγὸς μοιχείαν ἐπιφέρει· καὶ διὰ τοῦτο εὐαπάλλακτος μὲν γίνεται ἡ παλλακίς, δυσαπάλλακτος δὲ ἡ ἐλευθέρα, ὡς τὸ εἰκός.

127-8 paraphr. : ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ οὐ δεῖ γῆμαι ὅλως· μοιχευθήσεται γὰρ καὶ ὑπὸ δούλων ἡ γυνή.

132 paraphr. : τὸν δὲ δευτερογαμοῦντα δεῖ, καὶ μάλιστα, ἐὰν ἡ γυνὴ χήρα.

150-154 paraphr. : πλὴν τοῖς κεφαλαλγικοῖς ἀπαίσιος ὁ Κριός. Egregia emendatio tua v. 150.

155 cod. η (sine acc.) δὲ, sed paraphr. εἰ δὲ γυνὴ μέλλοι ἐκτιτρώσκειν etc., qui βαρύθησιν pro adjectivo habebat. — 161 paraphr. : ἀκινδύνως ἀπαλλαγεῖσα σωθήσεται.

162 codex μετανισσομένησ. (hic lit. erasa) που, cui vocabulo paullo recentius superpositum σοι. — 167 cod. a pr. m. ἔχει. Paraphr. : ὁ κατακλιθεὶς πάρεστιν (imo πάρεσιν) ὑπομείνας καὶ παρακόψας σωθήσεται ταχέως. — 168 ἔχοι cod. — 170 codex συνάγχης, et paraphrasis περὶ τράχηλον συναγχικὸν πάθος. — 173 cod. πέλει, quod non est cur mutetur.

186 codex υἱὰ (sic), non υἱέα. Neque v. 195 ἐπεισέρχοιτ', sed ἐπισπέρχοι. — 207 cod. ἀκεσφορίην γ' ἐπάγ. — 209 ἀμυδρή. Paraphrastes : ἐλαφρὰ καὶ ἀκίνδυνος. — 211 cod. μογέειν, 213 φέρει, ubi recte correxisse videris λαιψήρ' ὑγίειαν.

237 codex non ἐνί, sed τημόσδε ἐπί, ut hinc quoque firmetur Hermanni emendatio περί. Item versu 250 Gerhardi τοίην, Hermanni σμυγερήν in cod. leguntur, posterius στυγερήν cum μ super litera τ, non super utraque στ, quod fefellit Fabricii ἀπογραφέα.

270 paraphr. : μετὰ οἱουδήποτε τῶν πέντε πλανωμένων βλάπτει... — 274 σύ μοι tuum in codice legitur, manu paullo recentiore superposito ἡ. Priorem scripturam paraphrastes quoque agnoscit : διὸ ἄμεινον ἐν τοῖς τοιούτοις ἄνευ ἀστέρος εἶναι τὴν σελήνην καθ' αὑτήν.

280-292 paucis verbis reddit paraphr. : ὁ ὡροσκόπος ἢ ἡ σελήνη ἐν τῷ Ταύρῳ ἢ ἐν τῷ Αἰγοκέρωτι ἢ ἐν τῇ Παρθένῳ βλάπτουσι τοὺς χειρουργουμένους.

306 cod. καί γε τομήν. — 312 paraphr. : ἡ σελήνη μετὰ Διὸς ἢ Ἀφροδίτης λειψιφωτοῦσα καὶ μᾶλλον μετὰ τὴν δευτέραν διχότομον. Neque accuratius pro versib. 318-19 : τὰ δὲ εἰρημένα πάντα κοινῶς δεῖ συνυπακούειν ἐπὶ πάσης χειρουργίας.

337 cod. ἴδοις, 340 λανθάνοι, 341 καρκίνον, quod posuisti. — 344-45 paraphr. : καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ ὑπόσπονδος εὑρεθήσεται, ὥστε μηδὲν κακὸν παθεῖν.

355 λείπει cod., supra scripto οι ead. m. — 358 paraphr. : ἐν ἀμφιλαφεῖ καὶ δασεῖ τόπῳ. — 361 cod. θαρσαλέος, 363 πρηΰνέει, 369 ἀνάγη, 370 ἦν δ', 379 τέτμοι. Paraphr. : παρὰ δημαγωγῷ ἢ στρατιώτῃ. Idem 384-5 : κινδυνεύσει ὥστε καὶ ἐγγὺς γενέσθαι θανάτου. Et 389 : χωρίς τινος ἀστέρος πλανωμένου οὖσα καθ' ἑαυτήν. 397 seqq. : ἡ σελήνη... κομίζει μὲν πόρρω τὸν φυγόντα, ποιεῖ δὲ αὐτὸν δεσμώτην κρατηθῆναι.

412 codex οὔ κε κίχῃις, cum ι. Paraphr. : οὐ μὴ εὑρεθῇ.

425–28 paraphrastes cum additamento : ... εὐθέως εὑρεθήσεται ὁ φυγών· φήμη γὰρ περὶ αὐτοῦ εὐθέως ἔρχεται μηνύουσα αὐτόν.

429–32 paraphr. : ἡ σελήνη συνοδεύουσα τῷ ἡλίῳ ἢ πανσεληνιάζουσα ἐκτοπίζει τὸν φυγόντα.

439 tit. περὶ τεχνῶν διδασκ. in cod. — 450-55 paraphr. : παρατηροῦ δὲ ἵνα μὴ ἐν τοῖς προειρημένοις οὖσα ζῳδίοις ἡ σελήνη συνοδεύσῃ τῷ ἡλίῳ ἢ διαμετρεῖ (sic).

469 paraphr. : γῆν ἀργὴν βωλοστροφεῖν καὶ ἐξημεροῦν. — 473 seq. idem : ἐργολαβίας δὲ ἢ μισθώσεως γεωργικῆς ἐπιλαβέσθαι οὐ συμφέρει. — 479 id. :

σπείρειν τε καὶ φυτεύειν. — 4 pro κε. 481 paraphr. : κατωρυγιάζειν ἀργὴν γῆν ἢ μετροῦν, ut in eadem re v. 508 : συμφέρει δὲ καὶ γεωμετρεῖν, et v. 525 : συμφέρει ἀροτριᾶν, γεωμετρεῖν, φυτεύειν. — 482 cod. προμηθιόωσ, 486 ἠὲ πυρ., 489 ἐναίσιος, 492 ἔλινους (accentus ab recenti m.), 495 καὶ μὴν στυφ. Idem 497 αἰθροπολεῦσαν a sec. m., sed a prima αἰθροπολεύσης 598, ut αἰθροπολεύσης legitur 357.

515 ἢ ἱρ. cod. In sequentibus paraphr. : ἔτι δὲ ἀχυρμιὰς ποιεῖν καὶ χορτοκοπεῖν καὶ τὰ τοιαῦτα. — 521 cod. καὶ δ' ἂν κε ἐπόλια (sic, sine καί). Paraphrastes : συμφέρει πᾶσαν ἀγέλην κτηνῶν εἰς ἕτερον τόπον μεθιστάνειν, οἷα γίνεται πολλάκις διὰ χειμαδεῖα (sic) καὶ διὰ ψυχρὰ ὕδατα ἐν θέρει.

523 cod. ὑδροχόος δὲ (non τε) φέρων, 526 εὖ δ' ἀναεργηλοῖς σύνιν (sic), 533 πιφαύσκοις, ut scripsisti; 532 συμφορέοντ' (non ἑοιτ').

530-37 paraphrastes : ἡ σελήνη μετὰ μὲν Διὸς ἢ Ἀφροδίτης ἢ Ἑρμοῦ τὰ μὲν ἀγαθὰ πάντα τὰ εἰρημένα ἐπὶ ἑκάστου τῶν ζῳδίων πολλαπλασιάζει, τὰ δὲ κακὰ μειοῖ· μετὰ δὲ Κρόνου καὶ Ἄρεως ἔμπαλιν τὰ μὲν ἀγαθὰ σμικρίνοι (sic) καὶ ἀμαυροῖ, τὰ δὲ κακὰ ἐπαύξει.

544 cod. αἰχμάζ. Turbatum fuisse versu 551 etiam inde patet quod codex ἐν σκορπίῳ αἰθερίῳ, hac serie. — 552 Ταύρῳ omittit paraphr. — 561 cod. φαείνῃι.

574 non debebas Dorvillii conjecturam inferre poetæ, qui dicit : *hoc*, quod monui, mente teneas *usque ad* decimam diem Tauri. Ecce paraphrasin rem explicantem : ἕως μὲν τῆς δεκάτης μοίρας τὸ κλαπὲν πρός τινα δυνάστην ἀπελθὸν δυσχόλως εὑρεθήσεται· αἱ δὲ λοιπαὶ εἴκοσι μοῖραι τοῦ Ταύρου εὕρεσιν ὑποφαίνουσι τοῦ κλαπέντος, εἰ μὴ Ἄρης συμπαρῇ τῇ σελήνῃ. — 576 cod. αἰδιτήμονα (sic).

579 cod. εἰ τέτμοις μιν, non μέν. Paraphr. : τὸ κλαπὲν εὑρεθήσεται, πλὴν μετά τινος μικρᾶς βλάβης.

585 codex οὐ μάλα, non αὖ, quod fortasse Gerhardo debetur. Codicis scripturam exprimit paraphrastes : ... τὸ κλαπὲν ἀμφισβητήσιμόν ἐστι πότερον εὑρεθήσεται ἢ οὔ.

589 cod. δήεις (sic) κ', 597 σῶσίς τε ἀπ., 600 εἰς π. κεν ἕλῃι (non ἕλοι), et κλοπείου cum recentioris m. correctione παίου.

Postremæ parti 603-11 auxilium nullum a paraphrasi quæ est talis : ἡ σελήνη μετὰ τῶν κακοποιῶν Κρόνου καὶ Ἄρεως εὕρεσιν ποιεῖ τοῦ κλαπέντος. — ἡ σελήνη μετὰ τῶν ἀγαθοποιῶν Διὸς καὶ Ἄρεως (sic lapsu posuit pro Ἀφροδίτης siglo, quod non multum differt a Martio) καὶ Ἑρμοῦ ἀνεύρετον ποιεῖ τὸ ἀπολόμενον. Sed manifestum est paraphasten non legisse versus 606 et 7, quos recte seclusisti. Videntur casu aliquo huc esse delati ex capite *primo*, ubi jam docet paraphrasis etiam de γενέσει locutum esse poetam.

Hæc habui quibus Tibi, dilectissime amice, gratum facere possem. Seposito Manethone, illud certe curavi ne quid in Maximo Tibi esset desiderandum. Superest ut his ducibus aut ipse sequaris aut indices mihi constellationem jucundissimos illos dies iterum et sæpius adducturam, quos Dresdæ olim et nuper Parisiis egimus una. Vale et me amare perge. Dedi Florentiæ, idibus januariis, MDCCCLI.

FRIDERICO DÜBNERO

S. P. D.

ARMINIUS KOECHLY.

Quæ e codicibus Florentinis excerpta ad me perscripsisti, cum heri mihi essent allata, quamquam decrescentis semestris academici crescentibus laboribus obrutus temperare tamen mihi non potui, quin statim literas ad Te darem, quibus et gratias Tibi agerem amplissimas et pauca quædam ad rem ipsam spectantia rescriberem. Sunt ea, fateor, perquam exilia, sed unde tamen cognoscere possis, quæ a Te mecum communicata sunt benignissime, summo ea studio a me esse pertractata. Ac primum quidem de *Manethonis* codice quæ narras, iis dici non potest quantos animo meo stimulos injeceris, ut, si res meo ex arbitrio penderet, sublatis quæ anno superiore commentatus sum, Florentiam profectus de integro totam retexere telam non dubitarem. Verum enim vero quibus retinear vinculis, Te non latet, et vereor magnopere, ne Hesperiæ arva, ruinas et codices non prius adire mihi liceat, quam dissociabili hoc tempore, quo vel firmissimas dissolvi societates queruntur, unum ex Sosiis socium invenero, qui currum stellatum quattuor illis rotis immotum bigis quadrigisve instruat!

Sed transgredior ad *Maximum*, de quo quæ fuit inter viros doctos controversia, haud scio an felicissimo tuo paraphraseos invento componi commodissime et possit et debeat. Nam cum Tzetzæ, ut scis, aliquot hujus carminis versus tamquam ex Orphei quodam περὶ γεωργίας carmine depromptos laudavissent, summi Lobeckii olim hæc fuit sententia, « carmen illud, quod Tzetzæ Orpheo tribuunt, a Maximo non compositum sed exscriptum multis locis et compilatum esse (*Aglaoph.* p. 424); minimam autem totius operis partem ad nostra tempora servatam esse (*ibid.* p. 421). » Contra, postquam ex paraphraste tuo curtus carminis ambitus patuit, probabilior erit suspicio ex eo poetæ Alexandrini opere — nam de ætate Te mecum consentire gaudeo — quosdam de agricultura locos subreptos esse ab hominibus Orphicis, qui post aliquot sæcula impudentissima fraude antiqui Orphei opera a se undecumque consarcinata venditabant, cujus rei simile quid et in oraculis Sibyllinis accidisse scimus et in primo atque quinto Manethonianorum libris factum esse demonstravi.

Jam ut ad singula transeam, haud pauci sunt loci, mi Dübnere, qui novis opibus Tua diligentia prolatis aut firmantur aut emendantur. Eos hic sub unum conspectum ponere haud abs re fuerit, quamquam Tu in plerisque jam rem profligasti. Ac primum quidem magnopere gavisus sum, quod quædam lectiones a me receptæ stabiliuntur, ut 24, 92, 161, 250, 274, 341, 412, 533. Contra aliis locis a me erratum esse liquido jam demonstrasti, ut 574 et 58, ubi tamen et ipse δ' ἄν τοι scripturus eram, sed lacunarum detegendarum curiositate in Quinto tantopere exercitata transversus actus sum. Accedit tertius locus 52 sq., ubi dubitari non potest, quin rectissime vestigia codicis sequendo emendaveris :

> ἠὲ τρίπλευρον ἔχουσι Σεληναίης ἀμαρυγήν,
> ἢ διάμετρα φέρουσιν ἐπ' ἀγλαὰ φάεα Μήνη,

ita ut 51 comma post δέρκονται tollendum sit. Sequuntur loci, in quibus aliæ vocabulorum formæ e codice inferendæ sunt : v. 17 παλιμποίνοισιν, 36 et alibi οἰχνεύοντα, 170 συνάγχης, 357 αἰθροπολεύσης et ita similiter αἰθροπολεῦσαν 497 et — πολεύσης 598, 600 χλοπαίου. Etiam 361 θαρσαλέος rescribendum esse ex 163 et 585 patet. Tum in modis hæc mutanda sunt : v. 98 κομίζεις in — ζοις, 173 πέλοι in πέλει, quæ ipse jam indicasti, 600 πέλοι in πέλῃ. Contra 355 λείποι retineo, nec 370 ἢν δ' ἂν ὑπερβάλλοι puto ferri posse : certo ἢν δ' ἄρ' ὑπερβάλλῃ scribendum est, nisi præferas quod posui : εἰ δ' ἂν ὑπερβάλλοι. Contra nunc 155 ἢν δὲ γυνὴ βαρύθῃσιν præfero, ut 561 emendari debet : ἢν δὲ — φαείνῃ. De λωβήσατ' 110 adhuc incertus sum. Deinde 20 ἀπονέεσθαι ponendum esse jam ipsi monuisti, nec quin 25 εἰ δ' αὖ verum sit

dubitari potest. Egregium vero 195 ἐπισπέρχοι. Utrum 260 στυγερὴν an σμυγερήν poetæ sit, vix decernere audeam : στυγερῇ ἐναλίγκιοι Ἄτῃ in epigrammate Homerico ad nautas legitur; sed alterum est vocabulum Apollonianum. Restant nonnulli loci, in quibus novas afferre placet conjecturas. Ac primum quidem 532 mecum consenties e codicis scriptura συμφορέωνται restituendum esse. Tum 69 sq. ex iis, quæ Tu attulisti, emendari rite possit :

> ἦ τέ κεν ἤμασι τοῖσδε πορὼν περικαλλέα ἕδνα
> κουριδίην οἴκοισιν ἑοῖς εἰσβήσαι ἄνασσαν,

ubi, ne quis ἦ νύ κ' ἐν vel ἦ τέ κ' ἐν proponat, id ἦ τ' ἂν ἐν scripsisset : sed vulgatam præfero. Porro 521 fortasse καὶ δ' ἄν κεν ἐπ' αἰπόλια scripsit, quamquam καὶ δ' ἄν κε καί etiam 303 legitur. Postremo 576 αἰδήμονα θωήν mihi jam olim suspectum fuit, adeo ut ἀχθήμονα commendaturus essem. Nunc inventa codicis scriptura poetam dedisse arbitror :

> οὐδέ τ' ἀνιηρὴν ἐπάγουσ' ἀλιτήμονι θωήν.

Unus locus est, 579, quem ad liquidum perducere non potui : ibi initio τέτμοις μέν scribendum esse nunc ex paraphrasi patet, sed de sequentibus magnopere ambigo, nec receptam jam probo interpretationem. Restat ut meritis laudibus extollam sagacitatem Tuam, qua et paraphrastæ verba ad v. 1 sqq. pertinentia egregie emendasti, et v. 606 et 7 a me seclusos ad *primum* caput referendos esse acute perspexisti. His quod opponam aut addam, nihil habeo.

Sed jam ipse me revoco a tenui hoc spicilegio, cui non indulsissem, nisi cum voluptate quadam simul recoluissem illius temporis memoriam, quo Bruxellis animum ardentissimo mœrore confectum recreare mihi licuit hoc labore per Te paratissime oblato. Quare quantum in me contuleris beneficium vix quisquam, nisi qui simili atque ego fortuna jactatus fuerit, divinare poterit : mihi vero, quam gratus Tibi sim, aperte profiteri omnium est gratissimum. Itaque quæ inter nos quasi stellarum opportunissimo quodam concursu exorta est mutua benevolentia, eam et a nobis absentibus retentum iri scio, et repetito mox congressu nova incrementa capturam esse confido. Me quidem, quo me cumque fata trahent retrahentque, semper tibi amicissimum fore et deditissimum scito. Vale! Scripsi Turici, d. III m. Mart. MDCCCLI.

ΑΡΑΤΟΥ

ΦΑΙΝΟΜΕΝΑ ΚΑΙ ΔΙΟΣΗΜΕΙΑ.

ARATI

PHÆNOMENA ET PROGNOSTICA.

ACCEDUNT LATINORUM

CICERONIS ET GERMANICI

RELIQUIÆ.

ΑΡΑΤΟΥ ΣΟΛΕΩΣ ΦΑΙΝΟΜΕΝΑ.

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, τὸν οὐδέποτ' ἄνδρες ἐῶμεν
ἄῤῥητον· μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί,
πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί, μεστὴ δὲ θάλασσα
καὶ λιμένες· πάντῃ δὲ Διὸς κεχρήμεθα πάντες.
τοῦ γὰρ καὶ γένος εἰμέν· ὁ δ' ἤπιος ἀνθρώποισιν
δεξιὰ σημαίνει, λαοὺς δ' ἐπὶ ἔργον ἐγείρει
μιμνήσκων βιότοιο· λέγει δ' ὅτε βῶλος ἀρίστη
βουσί τε καὶ μακέλῃσι, λέγει δ' ὅτε δεξιαὶ ὧραι
καὶ φυτὰ γυρῶσαι καὶ σπέρματα πάντα βαλέσθαι.
αὐτὸς γὰρ τάγε σήματ' ἐν οὐρανῷ ἐστήριξεν
ἄστρα διακρίνας· ἐσκέψατο δ' εἰς ἐνιαυτὸν
ἀστέρας, οἵ κε μάλιστα τετυγμένα σημαίνοιεν
ἀνδράσιν ὡράων, ὄφρ' ἔμπεδα πάντα φύωνται.
τῷ μιν ἀεὶ πρῶτόν τε καὶ ὕστατον ἱλάσκονται.
χαῖρε, πάτερ, μέγα θαῦμα, μέγ' ἀνθρώποισιν ὄνειαρ,
αὐτὸς καὶ προτέρη γενεή· χαίροιτε δὲ Μοῦσαι
μειλίχιαι μάλα πᾶσιν· ἐμοί γε μὲν ἀστέρας εἰπεῖν
ᾗ θέμις εὐχομένῳ τεκμήρατε πᾶσαν ἀοιδήν.
Οἱ μὲν ὁμῶς πολέες τε καὶ ἄλλυδις ἄλλοι ἰόντες
οὐρανῷ ἕλκονται πάντ' ἤματα συνεχὲς αἰεί·
αὐτὰρ ὅγ' οὐδ' ὀλίγον μετανίσσεται, ἀλλὰ μάλ' αὔτως
ἄξων αἰὲν ἄρηρεν, ἔχει δ' ἀτάλαντον ἁπάντῃ
μεσσηγὺς γαῖαν, περὶ δ' οὐρανὸν αὐτὸν ἀγινεῖ.
καί μιν πειραίνουσι δύω πόλοι ἀμφοτέρωθεν·
ἀλλ' ὁ μὲν οὐκ ἐπίοπτος, ὁ δ' ἀντίος ἐκ βορέαο
ὑψόθεν ὠκεανοῖο· δύω δέ μιν ἀμφὶς ἔχουσαι
Ἄρκτοι ἅμα τροχόωσι, τὸ δὴ καλέονται Ἅμαξαι.
αἱ δ' ἤτοι κεφαλὰς μὲν ἐπ' ἰξύας αἰὲν ἔχουσιν
ἀλλήλων, αἰεὶ δὲ κατωμάδιαι φορέονται,
ἔμπαλιν εἰς ὤμους τετραμμέναι. εἰ ἐτεὸν δή,
Κρήτηθεν κεῖναί γε Διὸς μεγάλου ἰότητι
οὐρανὸν εἰσανέβησαν, ὅ μιν τότε κουρίζοντα
Δίκτῳ ἐν εὐώδει, ὄρεος σχεδὸν Ἰδαίοιο,
ἄντρῳ ἐγκατέθεντο καὶ ἔτρεφον εἰς ἐνιαυτόν,
Δικταῖοι Κούρητες ὅτε Κρόνον ἐψεύδοντο.
καὶ τὴν μὲν Κυνόσουραν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
τὴν δ' ἑτέρην Ἑλίκην. Ἑλίκῃ γε μὲν ἄνδρες Ἀχαιοὶ
εἰν ἁλὶ τεκμαίρονται ἵνα χρὴ νῆας ἀγινεῖν·
τῇ δ' ἄρα Φοίνικες πίσυνοι περόωσι θάλασσαν.
ἀλλ' ἡ μὲν καθαρὴ καὶ ἐπιφράσσασθαι ἑτοίμη
πολλὴ φαινομένη Ἑλίκη πρώτης ἀπὸ νυκτός·
ἡ δ' ἑτέρη ὀλίγη μέν, ἀτὰρ ναύτῃσιν ἀρείων·
μειοτέρη γὰρ πᾶσα περιστρέφεται στροφάλιγγι·
τῇ καὶ Σιδόνιοι ἰθύντατα ναυτίλλονται.

ARATI SOLENSIS PHÆNOMENA.

Ab Jove incipiamus, quem nunquam nos homines mittamus
indictum: plena vero Jovis omnia sunt compita,
omnesque hominum cœtus, plenumque mare
et portus: ubique autem Jove indigemus omnes.
Hujus enim etiam genus sumus: et hic benevolus hominibus
dextra signa dat; populos autem ad opus excitat
commonens victus; prædicat vero quando gleba *sit* optima
bobusque et ligonibus; prædicat quando secunda tempora
et plantas scrobibus infodiendi et germina quælibet jaciendi.
Ipse enim ea signa in cœlo firmavit,
sidera dispertitus. Providit vero in annum
stellas, quæ potissimum vices indicarent
hominibus anni temporum, ut rite cuncta nascerentur.
Eo ipsum semper primumque et ultimum placant.
Salve, pater, magna admiratio, magna hominibus utilitas,
ipse et prior *deorum* generatio. Salvete vero, Musæ
suavissimæ sane omnibus; mihi quidem stellas dicere
ut fas est oranti, promite omnem cantum.
Hæ quidem simul multæque et aliæ aliter meantes
cœlo volvuntur omnibus diebus continuo per ævum:
at ne tantillum quidem circumvertitur, sed plane immobiliter
axis semper firmatus est; habetque æquilibrem undique
in medio terram et circum *se* cœlum ipsum versat.
Atque eum terminant duo poli utrimque; [borea
verum ille quidem non conspicuus, hic vero oppositus e
ex alto supra Oceanum: duæ autem ipsum circà tenentes
Ursæ una currunt; eoque vocantur Plaustra.
Quæ quidem capita ad lumbos semper habent
invicem, semperque humeris admotæ feruntur,
resupinæ in humeros versæ. Si verum hoc est,
e Creta illæ Jovis magni consilio
cœlum ascenderunt; quia ipsum tunc infantem
Dicto in odora, montem prope Idæum,
in antro deposuerunt et nutriebant in annum,
Dictæi Curetes quando Saturnum fallebant.
Atque hanc quidem Cynosuram cognomine dicunt,
alteram vero Helicen. Helice quidem viri Achivi
in mari signant quo oporteat naves dirigere:
altera porro Phœnices fisi persulcant mare.
At illa quidem clara *est* ac observatu prompta
Helice, multa lucens a prima nocte:
altera vero obscura quidem, sed nautis melior;
minori enim tota circumversatur orbe:
qua etiam Sidonii rectissime navigant.

Τὰς δὲ δι' ἀμφοτέρας οἵη ποταμοῖο ἀποῤῥὼξ
εἰλεῖται μέγα θαῦμα, Δράκων, περί τ' ἀμφί τ' ἐαγὼς
μυρίος· αἱ δ' ἄρα οἱ σπείρης ἑκάτερθε φέρονται
Ἄρκτοι, κυανέου πεφυλαγμέναι ὠκεανοῖο.
αὐτὰρ ὅγ' ἄλλην μὲν νεάτῃ ἐπιτείνεται οὐρῇ,
ἄλλην δὲ σπείρῃ περιτέμνεται. ἣ γε μέν ἄκρη
οὐρὴ πὰρ κεφαλὴν Ἑλίκης ἀποπαύεται ἄρκτου·
σπείρῃ δ' ἐν Κυνόσουρα κάρη ἔχει· ἡ δὲ κατ' αὐτὴν
εἰλεῖται κεφαλήν, καί οἱ ποδὸς ἔρχεται ἄχρις,
ἐκ δ' αὖτις παλίνορσος ἀνατρέχει. οὐ μὲν ἐκείνῃ
οἰόθεν, οὐδ' οἶος κεφαλῇ ἐπιλάμπεται ἀστήρ,
ἀλλὰ δύο κροτάφοις, δύο δ' ὄμμασιν· εἷς δ' ὑπένερθεν
ἐσχατιὴν ἐπέχει γένυος δεινοῖο πελώρου.
λοξὸν δ' ἐστὶ κάρη, νεύοντι δὲ πάμπαν ἔοικεν
ἄκρην εἰς Ἑλίκης οὐρήν· μάλα δ' ἐστὶ κατ' ἰθὺ
καὶ στόμα καὶ κροτάφοιο τὰ δεξιὰ νειάτῳ οὐρῇ.
κείνη που κεφαλὴ τῇ νίσσεται, ἧχί περ ἄκραι
μίσγονται δύσιές τε καὶ ἀντολαὶ ἀλλήλῃσιν.
Τῇς δ' ἀγχοῦ μογέοντι κυλίνδεται ἀνδρὶ ἐοικὸς
εἴδωλον. τὸ μὲν οὔτις ἐπίσταται ἀμφαδὸν εἰπεῖν,
οὐδ' ὅτινι κρέμαται κεῖνος πόνῳ, ἀλλά μιν αὔτως
Ἐγγόνασιν καλέουσι. τὸ δ' αὖτ' ἐν γούνασι κάμνον
ὀκλάζοντι ἔοικεν· ἀπ' ἀμφοτέρων δέ οἱ ὤμων
χεῖρες ἀείρονται· τάνυταί γε μὲν ἄλλυδις ἄλλη
ὅσσον ἐπ' ὀργυιήν· μέσσῳ δ' ἐφύπερθε καρήνῳ
δεξιτεροῦ ποδὸς ἄκρον ἔχει σκολιοῖο Δράκοντος.
Αὐτοῦ κἀκεῖνος Στέφανος, τὸν ἀγαυὸν ἔθηκεν
σῆμ' ἔμεναι Διόνυσος ἀποιχομένης Ἀριάδνης,
νώτῳ ὑποστρέφεται κεκμηότος εἰδώλοιο.
Νώτῳ μὲν Στέφανος πελάει, κεφαλῇ γε μὲν ἄκρῃ
σκέπτεο πὰρ κεφαλὴν Ὀφιούχεον, ἐκ δ' ἄρ' ἐκείνης
αὐτὸν ἐπιφράσσαιο φαεινόμενον Ὀφιοῦχον·
τοῖοί οἱ κεφαλῇ ὑποκείμενοι ἀγλαοὶ ὦμοι
εἴδονται. κεῖνοί γε καὶ ἂν διχόμηνι σελήνῃ
εἰσωποὶ τελέθοιεν· ἀτὰρ χέρες οὐ μάλα ἶσαι·
λεπτὴ γὰρ καὶ τῇ καὶ τῇ ἐπιδέδρομεν αἴγλη.
ἀλλ' ἔμπης κἀκεῖναι ἐπόψιαι· οὐ γὰρ ἐλαφραί.
ἀμφότεραι δ' Ὄφιος πεπονείαται, ὅς ῥά τε μέσσον
δινεύει Ὀφιοῦχον· ὁ δ' ἐμμενὲς εὖ ἐπαρηρὼς
ποσσὶν ἐπιθλίβει μέγα θηρίον ἀμφοτέροισιν,
Σκορπίον, ὀφθαλμῷ τε καὶ ἐν θώρηκι βεβηκὼς
ὀρθός. ἀτάρ οἱ Ὄφις γε δύο στρέφεται μετὰ χερσίν,
δεξιτερῇ ὀλίγος, σκαιῇ γε μὲν ὑψόθι πολλός.
καὶ δή οἱ Στεφάνῳ παρακέκλιται ἄκρα γένεια·
νειόθι δὲ σπείρης μεγάλας ἐπιμαίεο Χηλάς.
ἀλλ' αἱ μὲν φαέων ἐπιδευέες οὐδὲν ἀγαυαί.
Ἐξόπιθεν δ' Ἑλίκης φέρεται ἐλάοντι ἐοικὼς
Ἀρκτοφύλαξ, τόν ῥ' ἄνδρες ἐπικλείουσι Βοώτην,
οὕνεχ' ἁμαξαίης ἐπαφώμενος εἴδεται Ἄρκτου.
καὶ μάλα πᾶς ἀρίδηλος· ὑπὸ ζώνῃ δέ οἱ αὐτὸς
ἐξ ἄλλων Ἀρκτοῦρος ἑλίσσεται ἀμφαδὸν ἀστήρ.
Ἀμφοτέροισι δὲ ποσσὶν ὑποσκέπτειο Βοώτεω
Παρθένον, ἥ ῥ' ἐν χερσὶ φέρει Στάχυν αἰγλήεντα.
εἴτ' οὖν Ἀστραίου κείνη γένος, ὅν ῥά τέ φασιν

Has vero per ambas, qualis fluvii decursus,
volutatur immane monstrum, Draco, circumcirca fractus
immensus. Verum ei ex utraque parte spiræ feruntur
Ursæ, a cæruleo sibi caventes Oceano.
Sed hic alteram quidem extrema attingit cauda,
alteram vero spira circumscribit. Ejus quidem summa
cauda ad caput Helices quiescit Ursæ; [cum ipsum
in spira vero Cynosura caput habet: hæc (*spira*) autem circumvolvitur caput, eique ad pedem progreditur usque,
rursus vero inde retroversus recurrit. Non quidem illa
sola, neque una in capite splendet stella; [ferius
sed duæ in temporibus, duæque in oculis; unus autem inextremitatem occupat genæ horrendi monstri. [est
Incurvum autem est caput, et nutanti prorsus assimilatum
extremam in Helices caudam: omnino vero sunt ex directo
et os et temporum dextera extremæ caudæ;
illud ferme caput huc meat, qua extremi
miscentur occasusque et ortus sibi invicem.
Huic vero prope, laboranti volvitur viro simile
signum: quod quidem nemo scit manifesto dicere,
neque cui incumbat ille labori; sed ipsum sic
Engonasi vocant; est autem in genubus laborans
geniculanti simile; super ambobus vero ei humeris
manus elevantur; distenditur quidem altrorsum altera
quantum ad manuum passum; medio vero super capite
dextri pedis imum habet tortuosi Draconis.
Ibidem et illa Corona, quam lucidum posuit
signum ut esset Bacchus morientis Ariadnæ,
tergo subvolvitur laborantis astri.
Tergo quidem Corona vicina est, caput vero summum
juxta observa caput Serpentarii; ex illo inde
ipsum deprehendas licet splendidum Serpentarium:
tales ipsius capiti subjacentes clari humeri
apparent. Hi quidem etiam plena luna
conspicui essent; sed manus non admodum æquales:
tenuis namque hinc et inde eas percurrit splendor:
attamen etiam illæ contemplabiles; non enim *sunt* tenues.
Ambæ autem Serpente fatigantur, qui quidem medium
involvit Serpentarium; hic vero constanter apteque innixus
pedibus comprimit magnam feram ambobus,
Scorpium, oculoque et in pectore calcans
rectus. Sed ei Serpens ambas volvitur per manus,
dexteram modicus, sinistram vero superne multus.
Atque ejus Coronam attingunt supremæ genæ:
subter spiram autem magnas inquire Chelas;
sed hæ quidem luminum indigæ, nequaquam splendidæ.
At post Helicen circumfertur auriganti similis
Arctophylax, quem quidem homines cognominant Booten,
eo quod plaustrum contrectare videtur Ursæ.
Atque totus valde conspicuus *est*: sub zona vero ei ipse
præ aliis Arcturus obvolvitur, lucida stella.
Verum ambobus sub pedibus observato Bootæ
Virginem, quæ in manibus gerit Spicam splendidam.
Sive igitur Astræi illa proles, quem quidem ferunt

ἄστρων ἀρχαῖον πατέρ' ἔμμεναι, εἴτε τευ ἄλλου,
εὔκηλος φορέοιτο. λόγος γε μὲν ἐντρέχει ἄλλος
ἀνθρώποις, ὡς δῆθεν ἐπιχθονίη πάρος ἦεν,
ἤρχετο δ' ἀνθρώπων κατεναντίη, οὐδέ ποτ' ἀνδρῶν
οὐδέ ποτ' ἀρχαίων ἠνήνατο φῦλα γυναικῶν,
ἀλλ' ἀναμὶξ ἐκάθητο καὶ ἀθανάτη περ ἐοῦσα.
καί ἑ Δίκην καλέεσκον· ἀγειρομένη δὲ γέροντας
ἠέ που εἰν ἀγορῇ ἢ εὐρυχόρῳ ἐν ἀγυιῇ,
δημοτέρας ἤειδεν ἐπισπέρχουσα θέμιστας.
οὔπω λευγαλέου τότε νείκεος ἠπίσταντο,
οὐδὲ διακρίσιος περιμεμφέος, οὐδὲ κυδοιμοῦ·
αὔτως δ' ἔζωον. χαλεπὴ δ' ἀπέκειτο θάλασσα,
καὶ βίον οὔπω νῆες ἀπόπροθεν ἠγίνεσκον·
ἀλλὰ βόες καὶ ἄροτρα καὶ αὐτὴ πότνια λαῶν
μυρία πάντα παρεῖχε Δίκη, δώτειρα δικαίων.
τόφρ' ἦν ὄφρ' ἔτι γαῖα γένος χρύσειον ἔφερβεν.
ἀργυρέῳ δ' ὀλίγη τε καὶ οὐκέτι πάμπαν ὁμοίη
ὡμίλει, ποθέουσα παλαιῶν ἤθεα λαῶν.
ἀλλ' ἔμπης ἔτι κεῖνο κατ' ἀργύρεον γένος ἦεν.
ἤρχετο δ' ἐξ ὀρέων ὑποδείελος ἠχηέντων
μουνάξ· οὐδέ τεῳ ἐπεμίσγετο μειλιχίοισιν·
ἀλλ' ὁπότ' ἀνθρώπων μεγάλας πλήσαιτο κολώνας,
ἠπείλει δὴ ἔπειτα καθαπτομένη κακότητος,
οὐδ' ἔτ' ἔφη εἰσωπὸς ἐλεύσεσθαι καλέουσιν.
« οἵην χρύσειοι πατέρες γενεὴν ἐλίποντο
χειροτέρην· ὑμεῖς δὲ κακώτερα τεξείεσθε.
καὶ δή που πόλεμοι, καὶ δὴ καὶ ἀνάρσιον αἷμα
ἔσσεται ἀνθρώποισι, κακοῖς δ' ἐπικείσεται ἄλγος. »
ὣς εἰποῦσ' ὀρέων ἐπεμαίετο, τοὺς δ' ἄρα λαοὺς
εἰς αὐτὴν ἔτι πάντας ἐλίμπανε παπταίνοντας.
ἀλλ' ὅτε δὴ κἀκεῖνοι ἐτέθνασαν, οἱ δ' ἐγένοντο,
χαλκείη γενεή, προτέρων ὀλοώτεροι ἄνδρες,
οἳ πρῶτοι κακοεργὸν ἐχαλκεύσαντο μάχαιραν
εἰνοδίην, πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων,
καὶ τότε μισήσασα Δίκη κείνων γένος ἀνδρῶν
ἔπταθ' ὑπουρανίη· ταύτην δ' ἄρα νάσσατο χώρην,
ἧχί περ ἐννυχίη ἔτι φαίνεται ἀνθρώποισιν
Παρθένος, ἐγγὺς ἐοῦσα πολυσκέπτοιο Βοώτεω.
Τῆς ὑπὲρ ἀμφοτέρων ὤμων εἱλίσσεται ἀστὴρ
[δεξιτερῇ πτέρυγι· Προτρυγητὴρ δ' αὖτε καλεῖται·]
τόσσος μὲν μεγέθει, τοίῃ δ' ἐγκείμενος αἴγλῃ,
οἷος καὶ μεγάλης οὐρὴν ὑποφαίνεται Ἄρκτου.
δεινὴ γὰρ κείνη, δεινοὶ δέ οἱ ἐγγύθεν εἰσὶν
ἀστέρες· οὐκ ἂν τούς γε ἰδὼν ἐπιτεκμήραιο,
οἷός οἱ πρὸ ποδῶν φέρεται καλός τε μέγας τε,
εἷς μὲν ὑπωμαίων, εἷς δ' ἰξυόθεν κατιόντων,
ἄλλος δ' οὐραίοις ὑπὸ γούνασιν. ἀλλ' ἄρα πάντες
ἁπλόοι ἄλλοθεν ἄλλος ἀνωνυμίῃ φορέονται.
Κρατὶ δέ οἱ Δίδυμοι, μέσσῃ δ' ὑπὸ Καρκίνος ἐστίν·
ποσσὶ δ' ὀπισθοτέροισι Λέων ὕπο καλὰ φαείνει.
ἔνθα μὲν ἠελίοιο θερείταταί εἰσι κέλευθοι·
αἱ δέ που ἀσταχύων κενεαὶ φαίνονται ἄρουραι
ἠελίου τὰ πρῶτα συνερχομένοιο Λέοντι.
τῆμος καὶ κελάδοντες ἐτησίαι εὐρέϊ πόντῳ

astrorum primævum patrem esse, sive cujuspiam alius,
secura versetur. Fabula certe fertur alia inter
homines, quod, inquam, in terra conversata quondam fuerit
veneritque hominum in conspectum, nec unquam virorum
nec unquam antiquarum recusarit cœtus mulierum;
sed permixtim consederit, quamvis immortalis esset.
Atque eam Justitiam vocabant: congregans autem senes
aut alicubi in foro, aut lato in compito,
civiles canebat studiosa leges.
Nondum perniciosam tunc litem norant,
nec disceptationem contentiosam, nec seditionem; [mare,
sed simpliciter vivebant; periculosum autem procul aberat
ac victum nondum naves e longinquo adducebant;
sed boves et aratra, et ipsa domina populorum
copiosa omnia suppeditabat Justitia, datrix justorum.
Tamdiu aderat, quamdiu terra genus aureum fovebat.
Argenteo autem raraque et non amplius omnino eodem modo
conversabatur, desiderans veterum mores populorum:
verumtamen adhuc illo argenteo seculo aderat;
veniebat autem e montibus post crepusculum sonantibus
solitaria: nec cuiquam congrediebatur blandis verbis:
verum quando hominibus magnos impleverat colles,
increpabat subinde, carpens malitiam;
neque amplius, dixit, visendam se datum venire rogantibus.
« Quale aurei patres seculum reliquerunt,
deterius! vos vero pejora generabitis.
Tunc scilicet bella atque adeo seditione fusus cruor
futurus est hominibus; malis autem impendebit dolor. »
Sic locuta montes repetebat; verum populos
in ipsam adhuc omnes deserebat spectantes.
At quando etiam illi obierunt, et hi nati sunt,
ænea ætas, prioribus perniciosiores homines,
qui primi maleficum fabricarunt gladium
viatorium, primi etiam boves edere cœperunt operarios:
tunc exosa Justitia illorum genus hominum
volavit sub cælum; atque hanc occupavit regionem,
ubi nocturna adhuc cernitur hominibus
Virgo, vicina late conspicuo Bubulco.
Cujus super ambobus humeris circumvertitur stella
[ad dextram alam; Prævindemiator autem vocatur:]
tanta quidem magnitudine talique positus in splendore,
qualis etiam magnæ sub cauda lucet Ursæ.
Ardens enim illa; ardentes etiam ei cominus sunt
stellæ; nec fere hasce contuitus tibi inquisitione opus fuerit,
qualis ei *una* ante pedes feratur claraque magnaque,
una quoque sub humeris, una item a lumbo descendentium,
alia præterea posterioribus sub genubus. At hæ omnes
simplices, alibi alia, sine nomine feruntur.
Capiti autem ejus Gemini, mediæ vero Cancer subest:
at pedibus sub posterioribus Leo clare sublucet.
Ibi quidem solis ardentissimi sunt cursus:
ac fere spicarum vacua apparent arva
sole primum accedente Leonem.
Tunc etiam susurrantes Etesiæ vastum pontum

ἀθρόοι ἐμπίπτουσιν, ὁ δὲ πλόος οὐκέτι κώπαις
ὥριος. εὐρεῖαί μοι ἀρέσκοιεν τότε νῆες,
εἰς ἄνεμον δὲ τὰ πηδὰ κυβερνητῆρες ἔχοιεν.
Εἰ δέ τοι Ἡνίοχόν τε καὶ ἀστέρας Ἡνιόχοιο
σκέπτεσθαι δοκέει, καί τοι φάτις ἤλυθεν Αἰγὸς
αὐτῆς ἠδ' Ἐρίφων, οἵτ' εἰν ἁλὶ πορφυρούσῃ
πολλάκις ἐσκέψαντο κεδαιομένους ἀνθρώπους,
αὐτὸν μέν μιν ἅπαντα μέγαν Διδύμων ἐπὶ λαιὰ
κεκλιμένον δήεις· Ἑλίκης δέ οἱ ἄκρα κάρηνα
ἀντία δινεύει. σκαιῷ δ' ἐπελήλαται ὤμῳ
Αἲξ ἱερή, τὴν μέν τε λόγος Διὶ μαζὸν ἐπισχεῖν·
Ὠλενίην δέ μιν Αἶγα Διὸς καλέουσ' ὑποφῆται.
ἀλλ' ἡ μὲν πολλή τε καὶ ἀγλαή· οἱ δέ οἱ αὐτοῦ
λεπτὰ φαείνονται Ἔριφοι καρπὸν κάτα χειρός.
Πὰρ ποσὶ δ' Ἡνιόχου κεραὸν πεπτηότα Ταῦρον
μαίεσθαι· τὰ δέ οἱ μάλ' ἐοικότα σήματα κεῖται·
τοίη οἱ κεφαλὴ διακέκριται· οὐδέ τις ἄλλῳ
σήματι τεκμήραιτο κάρη βοός, οἷά μιν αὐτοὶ
ἀστέρες ἀμφοτέρωθεν ἑλισσόμενοι τυπόωσιν.
καὶ λίην κείνων ὄνομ' εἴρεται, οὐδέ τοι αὔτως
νήκουστοι Ὑάδες. ταὶ μέν ῥ' ἐπὶ παντὶ μετώπῳ
Ταύρου βεβλέαται· λαιοῦ δὲ κεράατος ἄκρον
καὶ πόδα δεξιτερὸν παρακειμένου Ἡνιόχοιο
εἷς ἀστὴρ ἐπέχει, συνεληλάμενοι δὲ φέρονται.
ἀλλ' αἰεὶ Ταῦρος προφερέστερος Ἡνιόχοιο
εἰς ἑτέρην καταβῆναι, ὁμηλυσίῃ περ ἀνελθών.
Οὐδ' ἄρα Κηφῆος μογερὸν γένος Ἰασίδαο
αὔτως ἄῤῥητον κατακείσεται· ἀλλ' ἄρα καὶ τῶν
οὐρανὸν εἰς ὄνομ' ἦλθεν, ἐπεὶ Διὸς ἐγγύθεν ἦσαν.
αὐτὸς μὲν κατόπισθεν ἐὼν Κυνοσουρίδος Ἄρκτου
Κηφεύς, ἀμφοτέρας χεῖρας τανύοντι ἐοικώς·
ἴση οἱ στάθμη νεάτης ἀποτείνεται οὐρῆς
ἐς πόδας ἀμφοτέρους, ὅσση ποδὸς ἐς πόδα τείνει.
αὐτὰρ ἀπὸ ζώνης ὀλίγον κε μεταβλέψειας
πρώτης ἱέμενος καμπῆς μεγάλοιο Δράκοντος.
Τοῦ δ' ἄρα δαιμονίη προκυλίνδεται οὐ μάλα πολλὴ
νυκτὶ φαεινομένη παμμήνιδι Κασσιέπεια·
οὐ γάρ μιν πολλοὶ καὶ ἐπημοιβοὶ γανόωσιν
ἀστέρες, οἵ μιν πᾶσαν ἐπιῤῥήδην στιχόωσιν.
οἵη δὲ κληῗδι θύρης ἔντοσθ' ἀραρυίης,
δικλίδος, ἐμπλήσσοντες ἀνακρούουσιν ὀχῆας,
τοῖοί οἱ μουνὰξ ἐπικείμενοι ἰνδάλλονται
ἀστέρες. ἡ δ' αὔτως ὀλίγων ἀποτείνεται ὤμων
ὀργυιήν· φαίης κεν ἀνιάζειν ἐπὶ παιδί.
Αὐτοῦ γὰρ κἀκεῖνο κυλίνδεται αἰνὸν ἄγαλμα
Ἀνδρομέδης ὑπὸ μητρὶ κεκασμένον. οὔ σε μάλ' οἴω
νύκτα περισκέψασθαι, ἵν' αὐτίκα μᾶλλον ἴδηαι·
τοίη οἱ κεφαλή, τοῖοι δέ οἱ ἀμφοτέρωθεν
ὦμοι καὶ πόδες ἀκρότατοι καὶ ζώματα πάντα.
ἀλλ' ἔμπης κἀκεῖθι διωλενίη τετάνυσται,
δεσμὰ δέ οἱ κεῖται καὶ ἐν οὐρανῷ· αἱ δ' ἀνέχονται
αὐτοῦ πεπταμέναι πάντ' ἤματα χεῖρες ἐκείνῃ.
Ἀλλ' ἄρα οἱ καὶ κρατὶ πέλωρ ἐπελήλαται Ἵππος
γαστέρι νειαίρῃ· ξυνὸς δ' ἐπιλάμπεται ἀστὴρ

glomerati irruunt; navigatio autem non amplius remis
tempestiva *est*. Magnæ tunc mihi placeant naves,
contra ventum vero gubernacula rectores teneant.
Porro si tibi Aurigam et stellas Aurigæ
contemplari videtur, ac tibi mentio inciderit Capræ,
ipsius atque Hœdorum, qui in mari nigrescente
sæpe contuiti sunt jactatos homines,
eum quidem ipsum totum, ingentem Geminorum sub læva
acclinatum invenies; Helices autem ei summum caput
e regione obversatur. Verum sinistro superincumbit humero
Capra sacra, quam fabula est Jovi mammam præbuisse.
Oleniam vero eam Capram Jovis vocant vates.
Atque hæc quidem multaque et splendida; verum ejus ibidem
obscure lucent Hœdi in junctura manus.
Prope pedes autem Aurigæ cornutum expansum Taurum
scrutare; atque ei valde consimilia indicia ponuntur:
tale ipsi caput interstinctum est; neque quispiam alio
signo conjectarit caput bovis, qualiter id ipsæ
stellæ utrimque circumductæ configurant.
Et crebro eorum nomen memoratur; neque adeo
incelebres Hyades; quæ quidem per totam frontem
Tauri sparsæ sunt: sinistri autem cornu summitatem
et pedem dextrum adjacentis Aurigæ
unica stella tenet, ac simul agitati feruntur.
Attamen semper Taurus pronior Aurigâ
in occasum descendere, pari ascensu alioquin exortus.
Neque porro Cephei ærumnosa familia Iasidæ
adeo ignobilis jacebit; quin etiam horum
in cœlum nomen pervenit; siquidem Jovis cognati erant.
Ipse quidem a tergo positus Cynosuræ Ursæ
Cepheus, ambas manus pandenti similis.
Æqua ei linea ab extrema tenditur cauda
in pedes ambos, quanta a pede in pedem tendit.
Ceterum a cingulo parumper respicias
primam petens flexuram magni Draconis.
Ante hunc autem infelix volvitur, non admodum multa
nocte lucens plenilunari, Cassiopea:
non enim eam multæ et frequentes illustrant
stellæ, quæ eam totam distincte componant.
Quali vero clave januæ intus munitæ,
biforis, impingentes repandunt vectes,
tales ei singulatim impositæ lucent
stellæ; atque hæc itidem modicis tendit ab humeris
manuum passum; diceres angi propter filiam.
Ibi namque et illud obvolvitur triste simulacrum
Andromedæ, sub matre constellatum. Haud te multum opi-[nor
noctem disquirere, quo mox magis agnoscas:
tam clarum ei caput *est*, tam clari item ei utrimque
humeri et pedes extremi et cincturæ omnes.
Attamen et illic brachiis distentis propansa est,
vinculaque ei admota sunt etiam in cœlo; retinentur autem
illic expassæ omnibus diebus manus illi.
Sed enim ei etiam supra caput ingens volutatur Equus
ventre extremo; communis autem fulget stella

τοῦ μὲν ἐπ' ὀμφαλίῳ, τῆς δ' ἐσχατόωντι καρήνῳ.
οἱ δ' ἄρ' ἔτι τρεῖς ἄλλοι ἐπὶ πλευράς τε καὶ ὤμους
Ἵππου δεικανόωσι διασταδὸν ἶσα πέλεθρα,
καλοὶ καὶ μεγάλοι. κεφαλὴ δέ οἱ οὐδὲν ὁμοίη,
οὐδ' αὐχὴν δολιχός περ ἐών. ἀτὰρ ἔσχατος ἀστὴρ
αἰθομένης γένυος καί κεν προτέροις ἐρίσειεν
τέτρασιν, οἵ μιν ἔχουσι περίσκεπτοι μάλ' ἐόντες.
οὐδ' ὅγε τετράπος ἐστίν· ἀπ' ὀμφαλίοιο γὰρ ἄκρου
μεσσόθεν ἡμιτελὴς περιτέλλεται ἱερὸς Ἵππος.
κεῖνον δὴ καί φασι καθ' ὑψηλοῦ Ἑλικῶνος
καλὸν ὕδωρ ἀγαγεῖν εὐαλδέος Ἱππουκρήνης.
οὐ γάρ πω Ἑλικὼν ἄκρος κατελείβετο πηγαῖς·
ἀλλ' Ἵππος μιν ἔτυψε· τὸ δ' ἀθρόον αὐτόθεν ὕδωρ
ἐξέχυτο πληγῇ προτέρου ποδός· οἱ δὲ νομῆες
πρῶτοι κεῖνο ποτὸν διεφήμισαν Ἱππουκρήνην.
ἀλλὰ τὸ μὲν πέτρης ἀπολείβεται, οὐδέ τοι αὐτὸ
Θεσπιέων ἀνδρῶν ἑκὰς ὄψεαι· αὐτὰρ ὁ Ἵππος
ἐν Διὸς εἱλεῖται, καί τοι πάρα θηήσασθαι.
Αὐτοῦ καὶ Κριοῖο θοώταταί εἰσι κέλευθοι,
ὅς ῥά τε καὶ μήκιστα διωκόμενος περὶ κύκλα
οὐδὲν ἀφαυρότερον τροχάει Κυνοσουρίδος Ἄρκτου,
αὐτὸς μὲν νωθὴς καὶ ἀνάστερος οἷα σελήνῃ
σκέψασθαι, ζώνῃ δ' ἂν ὅμως ἐπιτεκμήραιο
Ἀνδρομέδης· ὀλίγον γὰρ ὑπ' αὐτὴν ἐστήρικται.
μεσσόθι δὲ τρίβει μέγαν οὐρανόν, ἧχί περ ἄκραι
Χηλαὶ καὶ ζώνη περιτέλλεται Ὠρίωνος.
Ἔστι δέ τοι καὶ ἔτ' ἄλλο τετυγμένον ἐγγύθι σῆμα
νειόθεν Ἀνδρομέδης, τὸ δ' ἐπὶ τρισὶν ἐστάθμηται
Δελτωτὸν πλευρῇσιν, ἰσαιομένῃσιν ἐοικὸς
ἀμφοτέρῃς· ἡ δ' οὔτι τόση, μάλα δ' ἐστὶν ἑτοίμη
εὑρέσθαι· περὶ γὰρ πολέων εὐάστερός ἐστιν.
τῶν ὀλίγον Κριοῦ νοτιώτεροι ἀστέρες εἰσίν.
Οἱ δ' ἄρ' ἔτι προτέρω, ἔτι δ' ἐν προμολῇσι νότοιο
Ἰχθύες. ἀλλ' αἰεὶ ἕτερος προφερέστερος ἄλλου,
καὶ μᾶλλον βορέαο νέον κατιόντος ἀκούει.
ἀμφοτέρων δέ σφεων ἀποτείνεται ἠΰτε δεσμὰ
οὐραίων ἑκάτερθεν ἐπισχερὼ εἰς ἓν ἰόντων.
καὶ τὰ μὲν εἷς ἀστὴρ ἐπέχει καλός τε μέγας τε,
ὅν ῥά τε καὶ σύνδεσμον ὑπουράνιον καλέουσιν.
Ἀνδρομέδης δέ τοι ὦμος ἀριστερὸς Ἰχθύος ἔστω
σῆμα βορειοτέρου· μάλα γάρ νύ οἱ ἐγγύθεν ἐστίν.
Ἀμφότεροι δὲ πόδες γαμβροῦ ἐπισημαίνοιεν
Περσέος, οἵ ῥά οἱ αἰὲν ἐπωμάδιοι φορέονται.
αὐτὰρ ὅγ' ἐν βορέω φέρεται περιμήκετος ἄλλων.
καί οἱ δεξιτερὴ μὲν ἐπὶ κλισμὸν τετάνυσται
πενθερίου δίφροιο· τὰ δ' ἐν ποσὶν οἷα διώκων
ἴχνια μηκύνει κεκονιμένος ἐν Διὶ πατρί.
Ἄγχι δέ οἱ σκαιῆς ἐπιγουνίδος ἤλιθα πᾶσαι
Πληιάδες φορέονται. ὁ δ' οὐ μάλα πολλὸς ἁπάσας
χῶρος ἔχει, καὶ δ' αὐταὶ ἐπισκέψασθαι ἀφαυραί.
ἑπτάποροι δὴ ταίγε μετ' ἀνθρώπους ὑδέονται,
ἓξ οἶαί περ ἐοῦσαι ἐπόψιαι ὀφθαλμοῖσιν.
οὐ μέν πως ἀπόλωλεν ἀπευθὴς ἐκ Διὸς ἀστήρ,
ἐξ οὗ καὶ γενεῆθεν ἀκούομεν, ἀλλὰ μάλ' αὔτως

hujus quidem in umbilico, illius vero in extremo capite.
Præterea autem tres aliæ intra latera et armos
Equi signant distanter æqualia spatia,
claræ et magnæ. Verum caput ei *est* haudquaquam simile,
neque cervix, quanquam longa. At extrema stella
fulgentis genæ etiam prioribus concertaret
quattuor, quæ ipsum continent conspicuæ plane.
Nec vero hic quadrupes est; ab umbilico enim extremo
dimidio semiperfectus volvitur sacer Equus.
Hunc etiam aiunt ab excelso Helicone
pulchram aquam deduxisse almæ Hippucrenes (Equi fontis).
Nondum enim Helicon summus destillabat fontibus;
verum Equus ipsum feriit; atque copiosa inde aqua
effusa est ictu prioris pedis : pastores autem
primi hunc potum vocitarunt Equi fontem.
Atque hic quidem e rupe stillat, neque ipsum
a Thespiensibus viris longe abesse cernes : sed Equus
in cœlo obversatur, atque adest spectandus.
Illic etiam Arietis celerrimi sunt cursus :
qui sane, vel longissimos agitatus per orbes,
nihilo segnius currit Cynosuride Ursa,
ipse quidem tenuis et obscurus, tanquam luna lucente,
spectatu, verumtamen per cingulum deprehendere poteris
Andromedæ; haud longe enim sub ipsam situs est.
In medio autem terit magnum cœlum, ubi summæ
Chelæ et cingulus circumagitur Orionis.
Est vero adhuc aliud dispositum prope signum
subter Andromedam : id autem in tria dimensum est
Deltotum latera, æqualibus assimilatum
duobus : tertium vero non tantum, tamen admodum facile
est inventu; præ multis enim fulgidum est.
Quibus paullulum Arietis australiores stellæ sunt.
Verum adhuc anterius, præterea in procursibus Austri
sunt Pisces; sed semper alter spectabilior altero *est*,
atque magis Boream recenter descendentem sentit.
Ab ambobus vero ipsis tenduntur quasi vincula
e caudis utrimque deinceps in unum coeuntibus;
et hæc quidem una stella connectit, claraque magnaque,
quam utique etiam Nodum cœlestem vocant.
Porro Andromedæ humerus sinister Piscis esto
index septentrionalioris; admodum etenim ei vicinus est.
Ambo autem pedes sponsum indicare poterunt,
Perseum, qui quidem ei semper ob humeros volvuntur
Verum hic in boreali parte fertur amplus præ aliis;
atque ei dextra quidem ad lecticam protensa est
socrinæ sellæ : in pedibus autem velut persequens
gressus grandit, properans in Dio patre.
At ei prope sinistrum genu acervatim omnes
Pleiades feruntur. Nec vero adeo spatiosus universas
locus continet; atque ipsæ spectatu languidæ.
Septemgradæ autem eæ inter homines celebrantur,
sex solæ quamvis exsistant conspicuæ oculis.
Nec certe ullatenus periit ignorata ex cœlo stella,
ex quo a primordio audivimus; sed sic temere

εἴρεται. ἑπτὰ δ' ἐκεῖναι ἐπιῤῥήδην καλέονται
Ἀλκυόνη Μερόπη τε Κελαινώ τ' Ἠλέκτρη τε
καὶ Στερόπη καὶ Τηϋγέτη καὶ πότνια Μαῖα.
αἱ μὲν ὁμῶς ὀλίγαι καὶ ἀφεγγέες, ἀλλ' ὀνομασταὶ
ἦρι καὶ ἑσπέριαι, Ζεὺς δ' αἴτιος, εἱλίσσονται,
ὅ σφισι καὶ θέρεος καὶ χείματος ἀρχομένοιο
σημαίνειν ἐκέλευσεν ἐπερχομένου τ' ἀρότοιο.
Καὶ Χέλυς ἥτ' ὀλίγη. τὴν γάρ τ' ἔτι καὶ παρὰ λίκνῳ
Ἑρμείης ἐτόρησε, Λύρην δέ μιν εἶπε λέγεσθαι,
κὰδ δ' ἔθετο προπάροιθεν ἀπευθέος εἰδώλοιο
οὐρανὸν εἰσαγαγών. τὸ δ' ἐπὶ σκελέεσσι πέτηλον
γούνατί οἱ σκαιῷ πελάει· κεφαλή γε μὲν ἄκρη
ἀντιπέρην Ὄρνιθος ἑλίσσεται· ἡ δὲ μεσηγὺ
ὀρνιθέης κεφαλῆς καὶ γούνατος ἐστήρικται.
Ἤτοι γὰρ καὶ Ζηνὶ παρατρέχει αἰόλος Ὄρνις.
ἀλλ' ὁ μὲν ἠερόεις, τὰ δέ οἱ πτερὰ τετρήχυνται
ἀστράσιν οὔτι λίην μεγάλοις, ἀτὰρ οὐ μὲν ἀφαυροῖς.
αὐτὰρ ὅγ' εὐδιόωντι ποτὴν ὄρνιθι ἐοικὼς
οὔριος εἰς ἑτέρην φέρεται, κατὰ δεξιὰ χειρὸς
Κηφείης ταρσοῖο τὰ δεξιὰ πείρατα τείνων.
λαιῇ δὲ πτέρυγι σκαρθμὸς παρακέκλιται Ἵππου.
Τὸν δὲ μετασκαίροντα δύ' Ἰχθύες ἀμφινέμονται
Ἵππον· πὰρ δ' ἄρα οἱ κεφαλῇ χεὶρ Ὑδροχόοιο
δεξιτερὴ τετάνυσθ'. ὁ δ' ὀπίστερος Αἰγοκερῆος
τέλλεται· αὐτὰρ ὅγε πρότερος καὶ νειόθι μᾶλλον
κέκλιται Αἰγόκερως, ἵνα τε τρέπετ' ἠελίου ἴς.
μὴ κείνῳ ἐνὶ μηνὶ περικλύζοιο θαλάσσῃ
πεπταμένῳ πελάγει κεχρημένος. οὔτε κεν ἠοῖ
πολλὴν πειρήνειας, ἐπεὶ ταχινώταταί εἰσιν·
οὔτ' ἄν τοι νυκτὸς πεφοβημένῳ ἐγγύθεν ἠὼς
ἔλθοι καὶ μάλα πολλὰ βοωμένῳ. οἱ δ' ἀλεγεινοὶ
τῆμος ἐπιῤῥήσσουσι νότοι, ὁπότ' Αἰγοκερῆϊ
συμφέρετ' ἠέλιος· τότε δὲ κρύος ἐκ Διός ἐστιν
ναύτῃ μαλκιόωντι κακώτατον. ἀλλὰ καὶ ἔμπης
ἤδη πάντ' ἐνιαυτὸν ὑπὸ στείρῃσι θάλασσα
πορφύρει· ἴκελοι δὲ κολυμβίσιν αἰθυίῃσιν
πολλάκις ἐκ νηῶν πέλαγος περιπαπταίνοντες
ἥμεθ', ἐπ' αἰγιαλοὺς τετραμμένοι· οἱ δ' ἔτι πόρσω
κλύζονται· ὀλίγον δὲ διὰ ξύλον ἄϊδ' ἐρύκει.
Καὶ δ' ἂν ἐπὶ προτέρῳ γε θαλάσσῃ πολλὰ πεπονθώς,
τόξον ὅτ' ἠέλιος καίει καὶ ῥύτορα τόξου,
ἑσπέριος κατάγοιο, πεποιθὼς οὐκέτι νυκτί.
σῆμα δέ τοι κείνης ὥρης καὶ μηνὸς ἐκείνου
Σκορπίος ἀντέλλων εἴη πυμάτης ἐπὶ νυκτός.
ἤτοι γὰρ μέγα τόξον ἀνέλκεται ἐγγύθι κέντρου
Τοξευτής· ὀλίγον δὲ παροίτερος ἵσταται αὐτοῦ
Σκορπίος ἀντέλλων, ὁ δ' ἀνέρχεται αὐτίκα μᾶλλον.
τῆμος καὶ κεφαλὴ Κυνοσουρίδος ἀκρόθι νυκτὸς
ὕψι μάλα τροχάει· ὁ δὲ δύεται ἠῶθι πρὸ
ἀθρόος Ὠρίων, Κηφεὺς δ' ἀπὸ χειρὸς ἐπ' ἰξύν.
Ἔστι δέ τις προτέρω βεβλημένος ἄλλος Ὀϊστὸς
αὐτὸς ἄτερ τόξου· ὁ δέ οἱ παραπέπταται Ὄρνις
ἀσσότερον βορέω. σχεδόθεν δέ οἱ ἄλλος ἄηται
οὐ τόσσος μεγέθει, χαλεπός γε μὲν ἐξ ἁλὸς ἐλθεῖν

dicitur. Porro septem illæ nominatim vocantur
Alcyone, Meropeque, Celænoque, Electraque,
et Sterope, et Taygeta, et veneranda Maia,
hæ quidem simul modicæ et obscuræ; tamen celebres
mane et vespertine, Jove auctore, circumaguntur,
qui eis æstatem et hiemem instantem
significare præcipit advenientemque arationem.
Præterea Testudo, quæ parva. Hanc etiamdum ad cunam
Mercurius compegit; Lyram vero eam jussit vocari;
collocavitque ante ignotum astrum
in cœlum transferens; hoc autem cruribus innixum
genu ei sinistro appropinquat; caput quidem summum
e regione Cygni volvitur; illa vero inter
Cygninum caput et genu sita est.
Quandoquidem etiam in cœlo volat micans Ales;
verum ipse quidem obscurus; alæ autem ei exasperatæ sunt
stellis non adeo magnis, tamen neque languidis.
Sed hic leni volatu labenti avi similis,
a cauda in occasum fertur, ad dexteram manum
Cephei alæ dexteras extremitates tendens.
Lævæ vero alæ ungula acclinata est Equi.
Hunc subsultantem duo Pisces circumdant,
Equum, atque ei prope caput manus Aquarii
dextera extensa est; is autem posterior Capricorno
oritur. Ceterum prior et in imo magis
inclinatus est Capricornus, ubi vertitur solis vis.
Ne illum per mensem te committas undis maris
vasto pelago usus. Neque die
multam viam confeceris, quoniam brevissimi sunt;
neque tibi noctu exterrito prope dies
venerit, etiam valde multum clamanti. Periculosi autem
tunc irrumpunt Austri, quando Capricorno
una fertur sol; tunc sane frigus ex aere est
nautæ rigenti perniciosissimum. Verumtamen
jam totum annum sub carinis mare
nigrescit: similes autem urinantibus mergis
sæpenumero e navibus mare circumspicientes
sedemus, ad littora conversi; hæc vero adhuc procul
alluuntur; modicum autem lignum mortem arcet.
At vero in priore *mense* mari multa passus,
arcum quando sol incendit et rectorem arcus,
sub vesperam navem reducito, fidens non amplius nocti.
Indicium autem tibi illius temporis et mensis illius
Scorpius exoriens esto extrema sub nocte:
quandoquidem magnum arcum attrahit prope cuspidem
Sagittarius; sed aliquantum anterior consistit ipso
Scorpius exoriens: ille vero ascendit confestim admodum.
Tunc etiam caput Cynosuræ in extremo noctis
excelse valde fertur: occidit autem ante matutinum
totus Orion, Cepheus vero a manu ad lumbum.
Est item quædam ulterius jacta alia Sagitta,
sola absque arcu; atque illi advolitat Cygnus
propius Boreæ. Vicinus autem ei alius fertur *ales*,
non tantus magnitudine, tempestuosus sane mari egrediendo,

νυκτὸς ἀπερχομένης· καί μιν καλέουσιν Ἀητόν.
Δελφὶς δ' οὐ μάλα πολλὸς ἐπιτρέχει Αἰγοκερῆϊ
μεσσόθεν ἠερόεις· τὰ δέ οἱ περὶ τέσσαρα κεῖται
γλήνεα, παρβολάδην δύο πὰρ δύο πεπτηῶτα.
Καὶ τὰ μὲν οὖν βορέω καὶ ἀλήσιος ἠελίοιο
μεσσηγὺς κέχυται· τὰ δὲ νειόθι τέλλεται ἄλλα
πολλὰ μεταξὺ νότοιο καὶ ἠελίοιο κελεύθου.
Λοξὸς μὲν Ταύροιο τομῇ ὑποκέκλιται αὐτὸς
Ὠρίων. Μὴ κεῖνον ὅτις καθαρῇ ἐνὶ νυκτὶ
ὑψοῦ πεπτηῶτα παρέρχεται, ἄλλα πεποίθοι
οὐρανὸν εἰσανιδὼν προφερέστερα θηήσασθαι.
Τοῖός οἱ καὶ φρουρὸς ἀειρομένῳ ὑπὸ νώτῳ
φαίνεται ἀμφοτέροισι Κύων ἐπὶ ποσσὶ βεβηκώς,
ποικίλος, οὐ μὲν πάντα πεφασμένος· ἀλλὰ κατ' αὐτὴν
γαστέρα κυάνεος περιτέλλεται, ἡ δέ οἱ ἄκρη
ἀστέρι βέβληται δεινῇ γένυς, ὅς ῥα μάλιστα
ὀξέα σειριάει· καί μιν καλέουσ' ἄνθρωποι
Σείριον. οὐκέτι κεῖνον ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντα
φυταλιαὶ ψεύδονται ἀναλδέα φυλλιόωσαι·
ῥεῖα γὰρ οὖν ἔκρινε διὰ στίχας ὀξὺς ἀΐξας,
καὶ τὰ μὲν ἔρρωσεν, τῶν δὲ φλόον ὤλεσε πάντα.
κείνου καὶ κατιόντος ἀκούομεν· οἱ δὲ δὴ ἄλλοι
σῆμ' ἔμεναι μελέεσσιν ἐλαφρότεροι περίκεινται.
Ποσσὶν δ' Ὠρίωνος ὑπ' ἀμφοτέροισι Λαγωὸς
ἐμμενὲς ἤματα πάντα διώκεται· αὐτὰρ ὅγ' αἰεὶ
Σείριος ἐξόπιθεν φέρεται μετιόντι ἐοικώς,
καί οἱ ἐπαντέλλει, καί μιν κατιόντα δοκεύει.
Ἡ δὲ Κυνὸς μεγάλοιο κατ' οὐρὴν ἕλκεται Ἀργὼ
πρυμνόθεν· οὐ γὰρ τῆγε κατὰ χρέος εἰσὶ κέλευθοι,
ἀλλ' ὄπιθεν φέρεται τετραμμένη, οἷα καὶ αὐταὶ
νῆες, ὅτ' ἤδη ναῦται ἐπιστρέψωσι κορώνην
ὅρμον ἐσερχόμενοι· τὴν δ' αὐτίκα πᾶς ἀνακόπτει
νῆα, παλιρροθίη δὲ καθάπτεται ἠπείροιο·
ὣς ἥγε πρύμνηθεν Ἰησονὶς ἕλκεται Ἀργώ.
καὶ τὰ μὲν ἠερίη καὶ ἀνάστερος ἄχρι παρ' αὐτὸν
ἱστὸν ἀπὸ πρῴρης φέρεται, τὰ δὲ πᾶσα φαεινή.
καί οἱ πηδάλιον κεχαλασμένον ἐστήρικται
ποσσὶν ὑπ' οὐραίοισι Κυνὸς προπάροιθεν ἰόντος.
Τὴν δὲ καὶ οὐκ ὀλίγον περ ἀπόπροθι πεπτηυῖαν
Ἀνδρομέδην μέγα Κῆτος ἐπερχόμενον κατεπείγει.
ἡ μὲν γὰρ Θρηΐκος ὑπὸ πνοιῇ βορέαο
κεκλιμένη φέρεται, τὸ δέ οἱ νότος ἐχθρὸν ἀγινεῖ
Κῆτος, ὑπὸ Κριῷ τε καὶ Ἰχθύσιν ἀμφοτέροισιν,
βαιὸν ὑπὲρ Ποταμοῦ βεβλημένον ἀστερόεντος.
Οἶον γὰρ κἀκεῖνο θεῶν ὑπὸ ποσσὶ φορεῖται
λείψανον Ἠριδανοῖο, πολυκλαύτου ποταμοῖο.
καὶ τὸ μὲν Ὠρίωνος ὑπὸ σκαιὸν πόδα τείνει·
δεσμοὶ δ' οὐράνιοι, τοῖς Ἰχθύες ἄκροι ἔχονται,
ἄμφω συμφορέονται ἀπ' οὐραίων κατιόντες,
κητείης δ' ὄπιθεν λοφίης ἐπιμὶξ φορέονται
εἰς ἓν ἐλαυνόμενοι· ἑνὶ δ' ἀστέρι πειραίνονται
Κήτεος, ὃς κείνου πρώτῃ ἐπίκειται ἀκάνθῃ.
Οἱ δ' ὀλίγῳ μέτρῳ, ὀλίγῃ δ' ἐγκείμενοι αἴγλῃ
μεσσόθι πηδαλίου καὶ Κήτεος εἰλίσσονται,

nocte decedente; atque eum vocant Aquilam. [Capricorno,
Delphinus autem non admodum magnus appropinquat
in medio obscurus; quattuor vero ei circumjacent
lucidæ stellæ, adjectim duæ juxta duas volantes.
Atque hæc quidem boream et vagationem solis
interfusa sunt. Verum remote oriuntur alia
multa inter Austrum et solis orbitam.
Obliquus quidem Tauri sectioni subjacet ipse
Orion. Non illum qui serena in nocte
sublime volitantem præterit, is alia confidat
cœlum intuens astra præstabiliora contemplari.
Talis ei custos quoque elato sub dorso
lucet ambobus Canis in pedibus stans,
varius, at non penitus illustratus; verum circa ipsum
ventrem obscurus obversatur, atque ei summum
stellâ insignitum est fervidum mentum, quæ quidem ma-
vehementer exsiccat; atque ipsum vocant homines [xime
Sirium. Nunquam illum, cum sole orientem,
arbores fallunt sine humore frondentes :
facile siquidem discernit ordines, acutus penetrans;
et quasdam consolidat, quarumdam corticem perdit omnem.
Illum etiam occidentem sentimus; sed ceteræ,
quæ signum sint membris, languidiores circumjacent.
Pedibus autem Orionis sub ambobus Lepus
incessanter diebus omnibus fugatur; at semper
Sirius a tergo fertur, insequenti similis :
etiam ei cooritur, atque ipsum occidentem insectatur.
At Canis magni contra caudam volvitur Argo
a puppi; non enim huic ex more sunt cursus,
sed retro agitatur versa; ceu etiam ipsæ
naves, quando jam nautæ invertunt rostrum,
portum appellentes : atque subito quilibet retorquet
navem, retrograda vero attingit continentem;
sic a puppi Iasonica trahitur Argo. [ipsum
Ac quibusdam in partibus obscura et sine stellis usque ad
malum a prora fertur; in aliis vero tota splendida.
Atque ei gubernaculum remissum fultum est
pedibus sub posterioribus Canis antecedentis.
Ceterum, etsi admodum eminus volitantem,
Andromedam grandis Cetus adveniens urget.
Hæc enim Thracii sub flatu Boreæ
inclinata fertur; at ei Auster infestum agit
Cetum, sub Arieteque et Piscibus ambobus,
paullulum super Fluvio extensum stellato.
Solæ enim illæ deorum sub pedibus feruntur
reliquiæ Eridani, luctuosi fluvii.
Et hic quidem Orionis sub sinistrum pedem tendit :
Vincula autem cœlestia, quibus Pisces extremi tenentur,
ambo coeunt, a cauda descendentia,
Ceti vero post cervicem commixtim feruntur
in unum ducta, atque unica stella terminantur
Ceti, quæ ejus primæ insidet spinæ.
Quæ autem modica magnitudine, modico circumfusæ ful-
in gubernaculi medio et Ceti volvuntur, [gore

γλαυκοῦ πεπτηῶτες ὑπὸ πλευρῇσι Λαγωοῦ
νώνυμοι· οὐ γὰρ τοίγε τετυγμένου εἰδώλοιο
βεβλέαται μελέεσσιν ἐοικότες, οἷά τε πολλὰ
ἑξείης στιχόωντα παρέρχεται αὐτὰ κέλευθα
ἀνομένων ἐτέων, τά τις ἀνδρῶν οὐκέτ' ἐόντων
ἐφράσατ' ἠδ' ἐνόησεν ἅπαντ' ὀνομαστὶ καλέσσαι
ἤλιθα μορφώσας· οὐ γάρ κ' ἐδυνήσατο πάντων
οἰόθι κεκριμένων ὄνομ' εἰπεῖν οὐδὲ δαῆναι·
πολλοὶ γὰρ πάντῃ, πολέων δ' ἐπὶ ἶσα πέλονται
μέτρα τε καὶ χροιή, πάντες γε μὲν ἀμφιέλικτοι.
τῷ καὶ ὁμηγερέας οἱ ἐείσατο ποιήσασθαι
ἀστέρας, ὄφρ' ἐπιτὰξ ἄλλῳ παρακείμενος ἄλλος
εἴδεα σημαίνοιεν. ἄφαρ δ' ὀνομαστὰ γένοντο
ἄστρα, καὶ οὐκέτι νῦν ὑπὸ θαύματι τέλλεται ἀστήρ·
ἀλλ' οἱ μὲν καθαροῖς ἐναρηρότες εἰδώλοισιν
φαίνονται· τὰ δ' ἔνερθε διωκομένοιο Λαγωοῦ
πάντα μάλ' ἠερόεντα καὶ οὐκ ὀνομαστὰ φέρονται.
Νειόθι δ' Αἰγοκερῆος, ὑπὸ πνοιῇσι νότοιο,
Ἰχθὺς ἐς Κῆτος τετραμμένος αἰωρεῖται
οἶος ἀπὸ προτέρων, Νότιον δέ ἑ κικλήσκουσιν.
Ἄλλοι δὲ σποράδην ὑποκείμενοι Ὑδροχοῆϊ
Κήτεος αἰθερίοιο καὶ Ἰχθύος ἠερέθονται
μέσσοι νωχελέες καὶ ἀνώνυμοι· ἐγγύθι δέ σφεων,
δεξιτερῆς ἀπὸ χειρὸς ἀγαυοῦ Ὑδροχόοιο,
οἵη τις τ' ὀλίγη χύσις ὕδατος ἔνθα καὶ ἔνθα
σκιδναμένου, χαροποὶ καὶ ἀναλδέες εἱλίσσονται.
ἐν δέ σφιν δύο μᾶλλον ἐειδόμενοι φορέονται
ἀστέρες, οὔτε τι πολλὸν ἀπήοροι οὔτε μάλ' ἐγγύς,
εἷς μὲν ὑπ' ἀμφοτέροισι ποσὶν καλός τε μέγας τε
Ὑδροχόου, ὁ δὲ κυανέου ὑπὸ Κήτεος οὐρῇ,
τοὺς πάντας καλέουσιν Ὕδωρ. ὀλίγοι γε μὲν ἄλλοι
νειόθι Τοξευτῆρος ὑπὸ προτέροισι πόδεσσιν
ἄγνωτοι κύκλῳ περιηγέες εἱλίσσονται.
Αὐτὰρ ὑπ' αἰθομένῳ κέντρῳ τέραος μεγάλοιο
Σκορπίου, ἄγχι νότοιο, Θυτήριον αἰωρεῖται.
τοῦ δ' ἤτοι ὀλίγον μὲν ἐπὶ χρόνον ὑψόθ' ἐόντος
πεύσεαι· ἀντιπέρην γὰρ ἀείρεται Ἀρκτούροιο.
καὶ τῷ μὲν μάλα πάγχυ μετήοροί εἰσι κέλευθοι
Ἀρκτούρῳ, τὸ δὲ θᾶσσον ὑφ' ἑσπερίην ἅλα νεῖται.
ἀλλ' ἄρα καὶ περὶ κεῖνο Θυτήριον ἀρχαίη Νύξ,
ἀνθρώπων κλαίουσα πόνον, χειμῶνος ἔθηκεν
εἰναλίου μέγα σῆμα. κεδαιόμεναι γὰρ ἐκείνῃ
νῆες ἀπὸ φρενός εἰσι· τὰ δ' ἄλλοθεν ἄλλα πιφαύσκει
σήματ', ἐποικτείρουσα πολυῤῥοθίους ἀνθρώπους.
τῷ μή μοι πελάγει νεφέων εἰλυμένον ἀχλυΐ
εὔχεο μεσσόθι κεῖνο φανήμεναι οὐρανῷ ἄστρον,
αὐτὸ μὲν ἀνέφελόν τε καὶ ἀγλαόν, ὕψι δὲ μᾶλλον
κυμαίνοντι νέφει πεπιεσμένον, οἷά τε πολλὰ
θλίβετ' ἀναστέλλοντος ὀπωρινοῦ ἀνέμοιο.
πολλάκι γὰρ καὶ τοῦτο νότῳ ἔπι σῆμα τιτύσκει
νὺξ αὐτή, μογεροῖσι χαριζομένη ναύτῃσιν.
οἱ δ' εἰ μέν κε πίθωνται ἐναίσιμα σημαινούσῃ,
αἶψά τε κοῦφά τε πάντα καὶ ἄρτια ποιήσωνται,
αὐτίκ' ἐλαφρότερος πέλεται πόνος· εἰ δέ κε νηῒ

glauci volutantes sub lateribus Leporis,
ignotæ *sunt :* non enim illæ conflati simulacri
conjectæ sunt membris similes, qualia multa
ex ordine incedentia perambulant easdem semitas [stitum
completis annis : quas quis hominum non amplius super-
observavit et excogitavit universas nominatim appellare,
junctarum figuram imaginatus : non enim potuisset omnium
solarum et distinctarum nomen dicere neque discere.
Multæ namque passim, multarum insuper æquales exsistunt
magnitudinesque et color, omnes utique circumvolubiles.
Quare et simul collectas visum fuit facere
stellas, ut ordinatim alii adjacens alia
imagines effigiarent : inde nominabilia facta sunt
astra, et haud amplius nunc cum admiratione oritur stella :
sed hæ quidem concinnis infixæ imaginibus
cernuntur; quæ vero subter impetitum Leporem,
omnes plane obscuræ sunt et sine nomine feruntur.
Infra autem Capricornum sub flatibus Austri
Piscis contra Cetum versus in alto natat,
unicus præter priores; Austrinum autem eum appellant.
Aliæ item sparsim subjectæ Aquario
Cetum cœlestem et Piscem pendent
inter, languidæ et ignotæ; at juxta eas,
dextra a manu splendidi Aquarii,
qualis quædam parva fusio aquæ huc et illuc
sparsæ, lucidæ et exiguæ volvuntur.
Inter ipsas autem duæ magis splendidæ feruntur
stellæ, nec multum distantes, neque admodum vicinæ;
una quidem sub ambobus pedibus pulchraque magnaque
Aquarii, altera vero obscuri sub Ceti cauda;
quas omnes vocant Aquam. Parvæ quidem aliæ
ultra Sagittarium sub prioribus pedibus
ignobiles corona circumactæ volvuntur.
At sub flagrante aculeo monstri magni
Scorpii, prope Austrum, Ara in cœlo pendet.
Quam certe modicum quidem ad tempus in alto versantem
senties; e regione enim elevatur Arcturi.
At huic quidem admodum multum sublimes sunt viæ,
Arcturo, illa vero citius sub vespertinum mare redit.
Sed et per hanc Aram primæva Nox,
hominum deplorans calamitatem, tempestatis fecit
marinæ certum signum. Jactatæ enim illi
naves dolori sunt. Alicunde item alia docet
signa, commiserans fluctibus luctantes homines.
Idcirco ne mihi in pelago nubium obductum caligine
opta in medio hoc apparere cœlo astrum,
ipsum quidem innubilum et splendidum, sed superne magis
turbida nube pressum, sicut frequenter
urgetur, surgente autumnali vento :
sæpe namque et hoc super Austro signum submittit
Nox ipsa, miseris gratificans nautis.
Qui si quidem obsecuti fuerint certa significanti,
et statim faciliaque omnia et recte ordinata reddant,
ilico levior est labor. Sin autem navi

ὑψόθεν ἐμπλήξῃ δεινὴ ἀνέμοιο θύελλα
αὔτως ἀπρόφατος, τὰ δὲ λαίφεα πάντα ταράξῃ,
ἄλλοτε μὲν καὶ πάμπαν ὑπόβρυχα ναυτίλλονται,
ἄλλοτε δ', αἴ κε Διὸς παρανισσομένοιο τύχωσιν
εὐχόμενοι, βορέω δὲ παρατρέψῃ ἀνέμου ἴς,
πολλὰ μάλ' ὀτλήσαντες ὅμως πάλιν ἐσκέψαντο
ἀλλήλους ἐπὶ νηΐ. νότον δ' ἐπὶ σήματι τούτῳ
δείδιθι, μέχρι βορῆος ἀπαστράψαντος ἴδηαι.
εἰ δέ κεν ἑσπερίης μὲν ἁλὸς Κενταύρου ἀπείη
ὦμος ὅσον προτέρης, ὀλίγη δέ μιν εἰλύοι ἀχλὺς
αὐτόν, ἀτὰρ μετόπισθεν ἐοικότα σήματα τεύχοι
νὺξ ἐπὶ παμφανόωντι Θυτηρίῳ, οὔ σε μάλα χρὴ
ἐς νότον, ἀλλ' εὔροιο περισκοπέειν ἀνέμοιο.
Δήεις δ' ἄστρον ἐκεῖνο δύω ὑποκείμενον ἄλλοις·
τοῦ γάρ τοι τὰ μὲν ἀνδρὶ ἐοικότα νειόθι κεῖται
Σκορπίου, ἱππούραια δ' ὑπὸ σφίσι Χηλαὶ ἔχουσιν.
αὐτὰρ ὁ δεξιτερὴν αἰεὶ τανύοντι ἔοικεν
ἀντία δινωτοῖο Θυτηρίου. ἐν δέ οἱ ἀπρὶξ
ἄλλο μάλ' ἐσφήκωται, ἐληλάμενον διὰ χειρός,
Θηρίον· ὣς γάρ μιν πρότεροι διεφημίξαντο.
Ἀλλ' ἔτι γάρ τε καὶ ἄλλο περαιόθεν ἕλκεται ἄστρον·
Ὕδρην μιν καλέουσι. τὸ δὲ ζώοντι ἐοικὸς
ἠνεκὲς εἰλεῖται, καί οἱ κεφαλὴ ὑπὸ μέσσον
Καρκίνον ἱκνεῖται, σπείρη δ' ὑπὸ σῶμα Λέοντος·
οὐρὴ δὲ κρέμαται ὑπὲρ αὐτοῦ Κενταύροιο.
μέσσῃ δὲ σπείρῃ Κρητήρ, πυμάτῃ δ' ἐπίκειται
εἴδωλον Κόρακος σπεῖρην κόπτοντι ἐοικός.
Καὶ μὴν καὶ Προκύων Διδύμοις ὕπο καλὰ φαείνει.
Ταῦτά κε θηήσαιο παρερχομένων ἐνιαυτῶν
ἑξείης παλίνωρα· τὰ γὰρ καὶ πάντα μάλ' αὔτως
οὐρανῷ εὖ ἐνάρηρεν ἀγάλματα νυκτὸς ἰούσης.
Οἱ δ' ἐπιμὶξ ἄλλοι πέντ' ἀστέρες, οὐδὲν ὁμοῖοι
πάντοθεν εἰδώλων δυοκαίδεκα δινεύονται.
οὐκ ἂν ἔτ' εἰς ἄλλους ὁρόων ἐπιτεκμήραιο
κείνων, ἧχι κέονται, ἐπεὶ πάντες μετανάσται.
μακροὶ δέ σφεών εἰσιν ἑλισσομένων ἐνιαυτοί,
μακρὰ δὲ σήματα κεῖται ἀπόπροθεν εἰς ἓν ἰόντων.
οὐκέτι θαρσαλέος κείνων ἐγὼ ἄρκιος εἴην
ἀπλανέων τά τε κύκλα τά τ' αἰθέρι σήματ' ἐνισπεῖν.
Ἤτοι μὲν τάγε κεῖται ἀλίγκια δινωτοῖσιν,
τέσσαρα, τῶν κε μάλιστα ποθὴ ὀφελός τε γένοιτο
μέτρα περισκοπέοντι κατανομένων ἐνιαυτῶν.
σήματα δ' εὖ μάλα πᾶσιν ἐπιῤῥήδην περίκειται
πολλά τε καὶ σχεδόθεν πάντῃ συνεεργμένα πάντα.
αὐτοὶ δ' ἀπλατέες καὶ ἀρηρότες ἀλλήλοισιν
πάντες· ἀτὰρ μέτρῳ γε δύω δυσὶν ἀντιφέρονται.
Εἴ ποτέ τοι νυκτὸς καθαρῆς, ὅτε πάντας ἀγαυοὺς
ἀστέρας ἀνθρώποις ἐπιδείκνυται οὐρανίη νύξ,
οὐδέ τις ἀδρανέων φέρεται διχόμηνι σελήνῃ,
ἀλλὰ τάγε κνέφαος διαφαίνεται ὀξέα πάντα, —
εἴ ποτέ τοι τῆμόσδε περὶ φρένας ἵκετο θαῦμα
σκεψαμένῳ πάντῃ κεκεασμένον εὐρέϊ κύκλῳ
οὐρανόν, ἢ καί τίς τοι ἐπιστὰς ἄλλος ἔδειξεν
κεῖνο περιγληνὲς τροχαλόν, Γάλα μιν καλέουσιν.

ex alto impegerit vehemens venti procella
sic improvisa, atque vela omnia turbaverit :
interdum quidem omnino subversim navigant,
interdum vero, modo Jovem appropinquantem nacti sint
supplices, etiam Boreæ superaverit venti vis,
multa valde passi tamen revisunt
sese super navi. Austrum autem sub signo illo
metue, donec Boream deserenantem senseris.
Si vero ab occidentali quidem mari Centauri abfuerit
humerus, quantum a priori; modica autem eum occuluerit
ipsum, insuper autem similia signa faciat [nebula
nox cum omnino lucida Ara, minime te oportet
ad Austrum, sed circa Eurum speculari ventum.
Invenies autem sidus illud duobus suppositum aliis :
hujus enim partes homini assimilatæ jacent infra
Scorpium, posteriores vero equinas sub se Chelæ habent :
at is dextram continuo pandenti similis est
contra rotundam Aram. In eo item strictim
alia valde prensa est, ducta per manum,
Fera; sic namque eam priores appellarunt.
Præterea aliud quoque eminus volvitur sidus;
Hydram eam vocant; id vero vivo simile
longissime volutatur; atque ei caput sub medium
Cancrum pergit : volumen vero sub corpus Leonis :
cauda porro pendet super ipso Centauro.
Ac medio volumini Crater, extremo autem insidet
simulacrum Corvi, spiram mordenti simile.
Porro et Procyon sub Geminis pulchre lucet.
Hæc sane speculari poteris decurrentibus annis,
ex ordine suis horis redeuntia; ea namque omnia stabiliter
cœlo apte infixa sunt simulacra, nocte labante. [miles,
At promiscue aliæ quinque stellæ, haudquaquam *illis* si-
undique per signa duodecim versantur.
Non itidem alias intuendo conjecturam facere poteris
de his, ubi sitæ sint; quoniam omnes vagabundæ sunt.
Longi autem earum sunt revolventium anni,
et sera signa posita sunt e longinquo in unum commeantium.
Minime confidens ad has *exponendas*, utinam valeam satis
fixarum et circulos et in cœlo signa referre.
Porro hi quidem ponuntur similes tornatis, [cidit
quattuor, quorum maxime desiderium commoditasque ac-
mensuras observanti complentium se annorum. [sunt
Indicia autem maxime omnibus distincte undique posita
multaque et vicina ubique conjuncta omnia.
At ipsi *circuli sunt* angusti et aptati sibi invicem
omnes : sed magnitudine duo duobus respondent.
Si quando igitur nocte clara, quum omnes lucidas
stellas hominibus ostendit ætheria nox,
neque ulla languida fertur plena luna,
verum per caliginem lucent perspicue omnia;
si quando igitur tunc in animum venerit admiratio
contemplanti totum divisum spatioso circulo
cœlum, vel si quis adstans alius monstraverit
illum constellatum orbem, Lac ipsum vocant.

τῷ δ' ἤτοι χροιὴν μὲν ἀλίγκιος οὐκέτι κύκλος
δινεῖται, τὰ δὲ μέτρα τόσοι πισύρων περ ἐόντων
οἱ δύο, τοὶ δέ σφεων μέγα μείονες εἱλίσσονται.
Τῶν ὁ μὲν ἐγγύθεν ἐστὶ κατερχομένου βορέαο.
ἐν δέ οἱ ἀμφότεραι κεφαλαὶ Διδύμων φορέονται,
ἐν δέ τε γούνατα κεῖται ἀρηρότος Ἡνιόχοιο,
λαιὴ δὲ κνήμη καὶ ἀριστερὸς ὦμος ἐπ' αὐτῷ
Περσέος, Ἀνδρομέδης δὲ μέσην ἀγκῶνος ὕπερθεν
δεξιτερὴν ἐπέχει· τό γε μὲν θέναρ ὑψόθι κεῖται
ἀσσότερον βορέαο, νότῳ δ' ἐπικέκλιται ἀγκών.
ὁπλαὶ δ' Ἵππειοι, καὶ ὑπαύχενον Ὀρνίθειον
ἄκρῃ σὺν κεφαλῇ, καλοί τ' Ὀφιούχεοι ὦμοι
αὐτὸν δινεύονται ἐληλάμενοι περὶ κύκλον.
ἡ δ' ὀλίγον φέρεται νοτιωτέρη, οὐδ' ἐπιβάλλει,
Παρθένος, ἀλλὰ Λέων καὶ Καρκίνος. οἱ μὲν ἄρ' ἄμφω
ἑξείης κέαται βεβλημένοι, αὐτὰρ ὁ κύκλος
τὸν μὲν ὑπὸ στῆθος καὶ γαστέρα μέχρι παρ' αἰδῶ
τέμνει, τὸν δὲ διηνεκέως ὑπένερθε χελείου
Καρκίνον, ἧχι μάλιστα διχαιόμενόν κε νοήσαις
ὀρθόν, ἵν' ὀφθαλμοὶ κύκλου ἑκάτερθεν ἴοιεν.
τοῦ μέν, ὅσον τε μάλιστα, δι' ὀκτὼ μετρηθέντος,
πέντε μὲν ἔνδια στρέφεται καθ' ὑπέρτερα γαίης,
τὰ τρία δ' ἐν περάτῃ· θέρεος δέ οἱ ἐν τροπαί εἰσιν.
ἀλλ' ὁ μὲν ἐν βορέῳ περὶ Καρκίνον ἐστήρικται.
Ἄλλος δ' ἀντιόωντι νότῳ μέσον Αἰγοκερῆα
τέμνει καὶ πόδας Ὑδροχόου καὶ Κήτεος οὐρήν·
ἐν δέ οἱ ἐστι Λαγωός· ἀτὰρ Κυνὸς οὐ μάλα πολλὴν
αἴνυται, ἀλλ' ὁπόσην ἐπέχει ποσίν· ἐν δέ οἱ Ἀργὼ
καὶ μέγα Κενταύροιο μετάφρενον, ἐν δέ τε κέντρον
Σκορπίου· ἐν καὶ τόξον ἀγαυοῦ Τοξευτῆρος,
τὸν πύματον καθαροῖο παρερχόμενος βορέαο
ἐς νότον ἠέλιος φέρεται, τρέπεται γε μὲν αὐτοῦ
χειμέριος. καί οἱ τρία μὲν περιτέλλεται ὑψοῦ
τῶν ὀκτώ, τὰ δὲ πέντε κατώρυχα δινεύονται.
Μεσσόθι δ' ἀμφοτέρων, ὅσσος πολιοῖο γάλακτος,
γαῖαν ὑποστρέφεται κύκλος διχόωντι ἐοικώς·
ἐν δέ οἱ ἤματα νυξὶν ἰσαίεται ἀμφοτέρῃσιν,
φθίνοντος θέρεος, τοτὲ δ' εἴαρος ἱσταμένοιο.
σῆμα δέ οἱ Κριὸς Ταύροιό τε γούνατα κεῖται,
Κριὸς μὲν κατὰ μῆκος ἐληλάμενος διὰ κύκλου,
Ταύρου δὲ σκελέων ὅσση περιφαίνεται ὀκλάξ.
ἐν δέ τέ οἱ ζώνη εὐφεγγέος Ὠρίωνος
καμπή τ' αἰθομένης Ὕδρης· ἐνί οἱ καὶ ἐλαφρὸς
Κρητήρ, ἐν δὲ Κόραξ, ἐνὶ δ' ἀστέρες οὐ μάλα πολλοὶ
Χηλάων· ἐν τῷ δ' Ὀφιούχεα γοῦνα φορεῖται.
οὐ μὴν Αἰητοῦ ἀπομείρεται, ἀλλά οἱ ἐγγὺς
Ζηνὸς ἀητεῖται μέγας ἄγγελος. ἡ δὲ κατ' αὐτὸν
Ἱππείη κεφαλὴ καὶ ὑπαύχενον εἱλίσσονται.
Τοὺς μὲν παρβολάδην ὀρθοὺς περιβάλλεται ἄξων,
μεσσόθι πάντας ἔχων· ὁ δὲ τέτρατος ἐσφήκωται
λοξὸς ἐν ἀμφοτέροις, οἵ μίν ῥ' ἑκάτερθεν ἔχουσιν
ἀντιπέρην τροπικοί, μέσσος δέ ἑ μεσσόθι τέμνει.
οὔ κεν Ἀθηναίης χειρῶν δεδιδαγμένος ἀνὴρ
ἄλλῃ κολλήσαιτο κυλινδόμενα τροχάλεια

Huic sane colore similis nullus præterea circulus
volvitur; sed magnitudine tanti quattuor exsistentium
duo *sunt*, duo vero ipsis multum minores volvuntur.
Quorum unus quidem vicinus est decidenti Boreæ:
in eo autem ambo capita Geminorum feruntur,
in eodemque genua sita sunt aptati Aurigæ;
læva item tibia et sinister humerus in eo
Persei; Andromedæ autem mediam supra cubitum
dexteram continet; vola quidem superne posita est
vicinius Boreæ, Austro vero acclinatus est cubitus.
Ungulæ Equinæ et collum Cygninum
summo cum capite, clarique Serpentarii humeri
ipsum volvuntur agitati circum orbem.
Porro aliquanto fertur australior, neque attingit
Virgo, sed Leo et Cancer. Hi quidem ambo
ex ordine jacent icti; sed circulus
Leonem quidem sub pectore et ventre usque ad pudenda
secat, continue vero sub testa
Cancrum, ubi maxime in duas sectum videas
recte, ut oculi a circuli parte utraque stent.
Hoc sane, quantus quantus est, per octo partes menso,
quinque quidem diurna volvuntur in supremis terræ,
tres vero in parte inferna. Æstatis in ipso conversiones sunt.
Sed hic quidem in Borea circa Cancrum fixus est.
Alius autem in opposito Austro medium Capricornum
secat, et pedes Aquarii et Ceti caudam.
Atque inest ei Lepus; ceterum Canis non valde magnam par-[tem
aufert, sed quantam continet pedibus. Inest item ei Argo
et magna Centauri scapula; inest etiam aculeus
Scorpii; inest arcus lucidi Sagittarii,
quem ultimum ex sereno præteriens Borea
in austrum sol agitur; vertitur quidem ibi
hibernus, atque ei tres circumvolvuntur superne
partium octo, quinque vero subterraneæ versantur.
At in medio amborum, quantus *circulus* cani lactis,
subter terram volvitur circulus, bipartita forma:
in eo autem dies noctibus æquantur utrisque,
decrescente æstate, tum vero vere instante.
Sed signum ei Aries Taurique genua ponuntur:
Aries quidem secundum longitudinem deductus per circu-[lum,
Tauri vero crurum quanta apparet geniculatio.
Inest quoque ei cingulus præfulgidi Orionis,
flexuraque flagrantis Hydræ; inest ipsi et tenuis
Crater, inestque Corvus, insunt stellæ non valde multæ
Chelarum; in hoc item Serpentarii genua feruntur.
Non tamen Aquilæ quicquam intercipit, sed ei vicine
Jovis volitat magnus nuncius; etiam juxta ipsum
Equinum caput et collum volvuntur.
Hos quidem adjectim rectos circum se agit axis,
in medio omnes tenens: at quartus fixus est
obliquus in ambobus, qui quidem eum utrimque tenent
e regione tropici; medius autem ipsum in medio secat.
Haud facile Minervæ operum doctus aliquis
aliter composuerit volubiles orbes,

τοῖά τε καὶ τόσα πάντα περισφαιρηδὸν ἑλίσσων,
ὡς τάγ' ἐναιθέρια πλαγίῳ συναρηρότα κύκλῳ
ἐξ ἠοῦς ἐπὶ νύκτα διώκεται ἤματα πάντα.
καὶ τὰ μὲν ἀντέλλει καὶ ἀντία νειόθι δύνει
πάντα παραβλήδην· μία δέ σφεών ἐστιν ἑκάστου
ἑξείης ἑκάτερθε κατηλυσίη τ' ἄνοδός τε.
αὐτὰρ ὅγ' ὠκεανοῦ τόσσον παραμείβεται ὕδωρ,
ὅσσον ἀπ' Αἰγοκερῆος ἀνερχομένοιο μάλιστα
Καρκίνον εἰς ἀνιόντα κυλίνδεται. ὅσσον ἁπάντη
ἀντέλλων ἐπέχει, τόσσον γε μὲν ἄλλοθι δύνων.
ὅσσον δ' ὀφθαλμοῖο βολὶς ἀποτείνεται αὐγῇ,
ἑξάκις ἂν τόσση μιν ὑπεκδράμοι· αὐτὰρ ἑκάστη
ἴση μετρηθεῖσα δύω περιτέμνεται ἄστρα.
Ζωΐδιον δέ ἑ κύκλον ἐπίκλησιν καλέουσιν.
τῷ ἔνι Καρκίνος ἐστί, Λέων δ' ἐπὶ τῷ, καὶ ὑπ' αὐτὸν
Παρθένος· αἱ δ' ἐπί οἱ Χηλαὶ καὶ Σκορπίος αὐτὸς
Τοξευτής τε καὶ Αἰγόκερως, ἐπὶ δ' Αἰγοκερῆϊ
Ὑδροχόος· δύο δ' αὐτὸν ὕπ' Ἰχθύες ἀστερόωνται,
τοὺς δὲ μέτα Κριός, Ταῦρος δ' ἐπὶ τῷ Δίδυμοί τε.
ἐν τοῖς ἠέλιος φέρεται δυοκαίδεκα πᾶσιν
πάντ' ἐνιαυτὸν ἄγων, καί οἱ περὶ τοῦτον ἰόντι
κύκλον ἀέξονται πᾶσαι ἐπικάρπιοι ὧραι.
τοῦ δ' ὅσσον κοίλοιο κατ' ὠκεανοῖο δύηται,
τόσσον ὑπὲρ γαίης φέρεται· πάσῃ δ' ἐπὶ νυκτὶ
ἓξ αἰεὶ δύνουσι δυωδεκάδες κύκλοιο,
τόσσαι δ' ἀντέλλουσι. τόσον δ' ἐπὶ μῆκος ἑκάστη
νὺξ αἰεὶ τετάνυσται, ὅσον τέ περ ἥμισυ κύκλου
ἐρχομένης ἀπὸ νυκτὸς ἀείρεται ὑψόθι γαίης.
Οὔ κεν ἀπόβλητον δεδοκημένῳ ἤματος εἴη
μοιράων σκέπτεσθαι ὅτ' ἀντέλλῃσιν ἑκάστη·
αἰεὶ γὰρ τάωνγε μιῇ συνανέρχεται αὐτὸς
ἠέλιος. τὰς δ' ἄν κε περισκέψαιο μάλιστα
εἰς αὐτὰς ὁρόων· ἀτὰρ εἰ νεφέεσσι μέλαιναι
γίνοιντ' ἢ ὄρεος κεκρυμμέναι ἀντέλλοιεν,
σήματ' ἐπερχομένῃσιν ἀρηρότα ποιήσασθαι.
αὐτὸς δ' ἂν μάλα τοι κεράων ἑκάτερθε διδοίη
ὠκεανός, τάτε πολλὰ περιστρέφεται ἑοῖ αὐτῷ,
νειόθεν ὁππῆμος κείνων φορέῃσιν ἑκάστην.
Οὔ οἱ ἀφαυρότατοι, ὅτε Καρκίνος ἀντέλλῃσιν,
ἀστέρες ἀμφοτέρωθεν ἑλισσόμενοι περίκεινται,
τοὶ μὲν δύνοντες, τοὶ δ' ἐξ ἑτέρης ἀνιόντες.
δύνει μὲν Στέφανος, δύνει δὲ κατὰ ῥάχιν Ἰχθύς·
ἥμισυ μέν κεν ἴδοιο μετήορον, ἥμισυ δ' ἤδη
ἐσχατιαὶ βάλλουσι κατερχομένου Στεφάνοιο.
αὐτὰρ ὁ γνὺξ ὄπιθεν τετραμμένος ἄλλα μὲν οὔπω
γαστέρι νειαίρῃ, τὰ δ' ὑπέρτερα νυκτὶ φορεῖται.
τὸν δὲ καὶ εἰς ὤμους κατάγει μογερὸν Ὀφιοῦχον
Καρκίνος ἐκ γονάτων, κατάγει δ' Ὄφιν αὐχένος ἐγγύς.
οὐδ' ἂν ἔτ' Ἀρκτοφύλαξ εἴη πολὺς ἀμφοτέρωθεν,
μείων ἠμάτιος, τὸ δ' ἐπιπλέον ἔννυχος ἤδη.
τέτρασι γὰρ μοίραις ἅμυδις κατιόντα Βοώτην
ὠκεανὸς δέχεται· ὁ δ' ἐπὴν φάεος κορέσηται,
βουλυτῷ ἐπέχει πλεῖον δίχα νυκτὸς ἰούσης,
ἦμος ὅτ' ἠελίοιο κατερχομένοιο δύηται.

talesque et tantos omnes rotabiliter circumvolvens,
sicut hi in ætheria regione, obliquo coaptati circulo,
ab aurora ad noctem impelluntur diebus omnibus.
Atque ii quidem oriuntur et ex adverso inferne occidunt
omnes æquidistanter; unus autem ipsorum est cujusvis
ordinatim utrimque descensus ascensusque.
Verum obliquus orbis Oceani tantam versatur ad aquam,
quantum a Capricorno ascendente maxime
Cancrum ad ascendentem volvitur. Quantum ubilibet
exoriens continet, tantum quidem alibi occidens.
Quantum autem ocularis radius extenditur visu,
sexies tantundem eum subtermeaverit; sed quævis portio,
æqualis divisa, duo circumsecat astra.
Animalem vero circulum (*Zodiacum*) cognomento dicunt.
In hoc Cancer est, Leoque juxta ipsum, et sub eo
Virgo, atque prope eam Chelæ et Scorpius ipse,
Sagittariusque et Capricornus; at juxta Capricornum
Aquarius; duo item sub ipsum Pisces constellant;
hos autem post Aries, Taurusque juxta hunc Gemellique.
In quibus sol fertur duodecim omnibus,
totum annum deducens; atque ei circa hunc eunti
circulum augescunt omnes frugiferæ tempestates.
Hujus item quantum cavum sub Oceanum occidat,
tantum supra terram fertur: omni autem in nocte
sex semper occidunt partes duodenariæ circuli,
tot item oriuntur. Tantam autem ad longitudinem quælibet
nox semper protensa est, quam longum dimidium circuli
incipiente a nocte elevatur supra terram.
Nec sane contemnendum observanti diem fuerit
partium considerare quando oriatur quælibet;
semper enim harum uni cooritur ipse
sol. Has vero deprehenderis maxime
ipsas intuens: verum si nubibus obscuræ
fiant, vel monte occultatæ oriantur,
indicia coorientibus apta facito.
Ipse autem valde tibi a cornibus utrimque dare poterit
Oceanus, quæ multa circumvolvuntur illi ipsi,
ab infero quando illarum volvat unamquamque.
Haud ei valde obscura, quando Cancer oritur,
astra utrimque agitata circumjacent;
hæc quidem occidentia, illa vero de oriente ascendentia.
Occidit Corona, occidit et secundum scapulam Piscis;
dimidium quidem videas sublime, dimidium vero jam
extremitates submittunt descendentis Coronæ.
Sed geniculans retro versus, cetera quidem nondum
ventre extremo, at superioribus partibus nocte fertur.
Quinetiam usque in humeros deducit laboriosum Serpentarium
Cancer a genubus, deducitque Serpentem circa collum.
Nec vero amplius Arctophylax fuerit multus utrimque,
minor diurnus, majore parte nocturnus jam;
quattuor enim partibus simul descendentem Booten
Oceanus excipit: at hic quando luce satiatus est,
solvendo bove obtinet plus dimidio noctis labentis,
tum quando sole descendente occidit.

κεῖναί οἱ καὶ νύκτες ἐπ' ὀψὲ δύοντι λέγονται.
ὧς οἱ μὲν δύνουσιν, ὁ δ' ἀντίος οὐδὲν ἀεικής,
ἀλλ' εὖ μὲν ζώνῃ εὖ δ' ἀμφοτέροισι φαεινὸς
ὤμοις Ὠρίων, ξίφεός γε μὲν ἶφι πεποιθώς,
πάντα φέρων Ποταμόν, κέραος παρατείνεται ἄλλου.
Ἐρχομένῳ δὲ Λέοντι τὰ μὲν κατὰ πάντα φέρονται
Καρκίνῳ ὅσσ' ἐδύοντο, καὶ Αἰετός. αὐτὰρ ὅγε γνὺξ
ἥμενος ἄλλα μὲν ἤδη, ἀτὰρ γόνυ καὶ πόδα λαιὸν
οὔπω κυμαίνοντος ὑποστρέφει ὠκεανοῖο.
ἀντέλλει δ' Ὕδρης κεφαλὴ χαροπός τε Λαγωὸς
καὶ Προκύων πρότεροί τε πόδες Κυνὸς αἰθομένοιο.
Οὐ μὲν θην ὀλίγους γαίης ὑπὸ νείατα βάλλει
Παρθένος ἀντέλλουσα. Λύρη τότε Κυλληναίη
καὶ Δελφὶς δύνουσι καὶ εὐποίητος Ὀϊστός.
σὺν τοῖς Ὄρνιθος πρῶτα πτερὰ μέσφα παρ' αὐτὴν
οὐρὴν καὶ Ποταμοῖο παρηορίαι σκιόωνται.
δύνει δ' Ἱππείη κεφαλή, δύνει δὲ καὶ αὐχήν.
ἀντέλλει δ' Ὕδρη μὲν ἐπιπλέον ἄχρι παρ' αὐτὸν
Κρητῆρα. φθάμενος δὲ Κύων πόδας αἴνυται ἄλλους,
ἕλκων ἐξόπιθεν πρύμνην πολυτειρέος Ἀργοῦς.
ἡ δὲ θέει γαίης ἱστὸν διχόωσα κατ' αὐτόν,
Παρθένος ἦμος ἅπασα περαιόθεν ἄρτι γένηται.
Οὐδ' ἂν ἐπερχόμεναι Χηλαὶ καὶ λεπτὰ φάουσαι
ἄφραστοι παρίοιεν, ἐπεὶ μέγα σῆμα Βοώτης
ἀθρόος ἀντέλλει βεβολημένος Ἀρκτούροιο.
Ἀργὼ δ' αὖ μάλα πᾶσα μετήορος ἵσταται ἤδη·
ἀλλ' Ὕδρη (κέχυται γὰρ ἐν οὐρανῷ ἤλιθα πολλή)
οὐρῆς ἂν δεύοιτο. μόνην δ' ἐπὶ Χηλαὶ ἄγουσιν
[δεινὸν ἐφεστηῶτ' Ὀφιούχεα· τοῦ μὲν ἔπειτα]
δεξιτερὴν κνήμην, αὐτῆς ἐπιγουνίδος ἄχρις,
αἰεὶ γνύξ, αἰεὶ δὲ Λύρῃ παραπεπτηῶτος,
ὅντινα τοῦτον ἄϊστον ὑπουρανίων εἰδώλων,
ἀμφότερον δύνοντα καὶ ἐξ ἑτέρης ἀνιόντα
πολλάκις αὐτονυχὶ θηεύμεθα. τοῦ μὲν ἄρ' οἴη
κνήμη σὺν Χηλῇσι φαείνεται ἀμφοτέρῃσιν·
αὐτὸς δ' ἐς κεφαλὴν ἔτι που τετραμμένος ἄλλῃ
Σκορπίον ἀντέλλοντα μένει καὶ ῥύτορα Τόξου·
οἱ γάρ μιν φορέουσιν, ὁ μὲν μέσον ἄλλα τε πάντα,
χεῖρα δέ οἱ σκαιὴν κεφαλήν θ' ἅμα Τόξον ἀγινεῖ.
ἀλλ' ὁ μὲν ὣς τρίχα πάντα καταμελεϊστὶ φορεῖται·
ἥμισυ δὲ Στεφάνοιο καὶ αὐτὴν ἔσχατον οὐρὴν
Κενταύρου φορέουσιν ἀνερχόμεναι ἔτι Χηλαί.
τῆμος ἀποιχομένην κεφαλὴν μεταδύεται Ἵππος,
καὶ προτέρου Ὄρνιθος ἐφέλκεται ἔσχατος οὐρή.
δύνει δ' Ἀνδρομέδης κεφαλή· τὸ δέ οἱ μέγα δεῖμα
Κήτεος ἠερόεις ἐπάγει νότος· ἀντία δ' αὐτὸς
Κηφεὺς ἐκ βορέω μεγάλῃ ἀνὰ χειρὶ κελεύει.
καὶ τὸ μὲν ἐς λοφιὴν τετραμμένον ἄχρι παρ' αὐτὴν
δύνει, ἀτὰρ Κηφεὺς κεφαλῇ καὶ χειρὶ καὶ ὤμῳ.
Καμπαὶ δ' ἂν Ποταμοῖο καὶ αὐτίκ' ἐπερχομένοιο
Σκορπίου ἐμπίπτοιεν ἐϋρρόου ὠκεανοῖο·
ὃς καὶ ἐπερχόμενος φοβέει μέγαν Ὠρίωνα.
Ἄρτεμις ἱλήκοι· προτέρων λόγος, οἵ μιν ἔφαντο
ἑλκῆσαι πέπλοιο, Χίῳ ὅτε θηρία πάντα

Illæ etiam noctes ab eo sero occidente dicuntur.
Sic hæc quidem occidunt; at oppositus haud illucidus,
sed pulchre quidem cingulo, pulchre vero ambobus splen-
humeris, Orion, ense quidem fortiter fisus, [didus
totum ferens Fluvium, a cornu protenditur altero.
Orienti vero Leoni omnia quidem subterferuntur, [tim
Cancro quæ occidebant; etiam Aquila. Verum ille genicula-
sedens alias quidem partes jam, sed genu et pedem sinistrum
nondum procelloso subtervolvit Oceano.
Oritur autem Hydræ caput, lucidusque Lepus,
et Procyon, prioresque pedes Canis ardentis.
Nec certe pauca sidera terræ sub infima mittit
Virgo exoriens. Lyra tum Cyllenæa
et Delphinus occidunt et fabrefacta Sagitta.
Cum quibus Cygni priores pinnæ usque ad ipsam
caudam et Fluvii extremitates occultantur.
Occidit item Equinum caput, occidit etiam collum.
Oritur vero Hydra amplius usque ad ipsum
Craterem. Properans vero Canis pedes arripit ceteros,
trahens a tergo puppim stellatæ Argûs.
Hæc autem currit supra terram (?), malo dimidiata in ipso,
Virgo quando universa ab infero jam evaserit.
Neque exorientes Chelæ et tenuiter lucentes [Boötes
haud animadversæ præterierint; quoniam, ingens signum,
totus oritur, interstinctus Arcturo.
Argo autem plane tota sublimis se erigit modo;
sed Hydra (fusa est enim in cœlo abunde multa)
cauda indiguerit. Solam, Chelæ adducunt
[constanter innixum Serpentarium; ipsius quidem deinde]
dexteram tibiam, usque ad ipsum genu,
semper geniculantis, semper item Lyræ acclinati,
quem eundem ignotum inter cœlestes imagines
utrobique occidentem et ex altera parte ascendentem
sæpe eadem nocte conspicimus. Hujus quidem sola
tibia cum Chelis apparet ambabus;
ipse vero in caput adhuc aliquo versus alia
Scorpium orientem manet et tentorem Arcus: [omnia,
hi namque ipsum ferunt: Scorpius quidem medium aliaque
manum vero ei lævam caputque simul Arcus advolvit.
Atque is quidem sic trifariam per omnia membratim fertur:
dimidium vero Coronæ et ipsam extremam caudam
Centauri proferunt exorientes adhuc Chelæ.
Tunc post demersum caput occidit Equus,
et prioris Cygni attrahitur extrema cauda. [strum
Occidit item Andromedæ caput; atque ei magnum mon-
Ceti nebulosus immittit Auster; e regione vero ipse
Cepheus de septentrione ingenti manu reprimit.
Atque Cetus quidem in cervicem versus usque ad ipsum
occidit; sed Cepheus capite et manu et humero.
At curvaturæ Fluvii, jam primum exoriente
Scorpio, inciderint latefluum Oceanum;
qui etiam exoriens terret magnum Orionem.
Diana æque ferat! veterum sermo, qui ipsum fabulati sunt
arripuisse *eam* peplo, in Chio quando feras omnes

κρατερὸς Ὠρίων στιβαρῇ ἐπέκοπτε κορύνῃ,
θήρης ἀρνύμενος κείνῳ χάριν Οἰνοπίωνι.
ἡ δέ οἱ ἐξαυτῆς ἐπετείλατο θηρίον ἄλλο,
νήσου ἀναῤῥήξασα μέσας ἑκάτερθε κολώνας,
σκορπίον, ὅς ῥά μιν οὖτα καὶ ἔκτανε πολλὸν ἐόντα
πλειότερος προφανείς, ἐπεὶ Ἄρτεμιν ἤκαχεν αὐτήν.
τοὔνεκα δὴ καί φασι περαιόθεν ἐρχομένοιο
Σκορπίου Ὠρίωνα περὶ χθονὸς ἔσχατα φεύγειν.
οὐδὲ μὲν Ἀνδρομέδης καὶ Κήτεος ὅσσ' ἐλέλειπτο
κείνου ἐπαντέλλοντος ἀπευθέες, ἀλλ' ἄρα καὶ τοὶ
πασσυδίῃ φεύγουσιν· ὁ δὲ ζώνῃ τότε Κηφεὺς
γαῖαν ἐπιξύει, τὰ μὲν ἐς κεφαλὴν μάλα πάντα
βάπτων ὠκεανοῖο, τὰ δ' οὐ θέμις, ἀλλὰ τάγ' αὐταὶ
Ἄρκτοι κωλύουσι, πόδας καὶ γοῦνα καὶ ἰξύν.
ἡ δὲ καὶ αὐτὴ παιδὸς ἐπείγεται εἰδώλοιο
δειλὴ Κασσιέπεια· τὰ δ' οὐκέτι οἱ κατὰ κόσμον
φαίνεται ἐκ δίφροιο, πόδες καὶ γούναθ' ὕπερθεν,
ἀλλ' ἥγ' ἐς κεφαλὴν ἴση δύετ' ἀρνευτῆρι
μειρομένη γονάτων, ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἔμελλεν ἐκείνη
Δωρίδι καὶ Πανόπῃ μεγάλων ἄτερ ἰσώσασθαι.
ἡ μὲν ἄρ' εἰς ἑτέρην φέρεται· τὰ δὲ νειόθεν ἄλλα
οὐρανὸς ἀντιφέρει, Στεφάνοιό τε δεύτερα κύκλα
Ὕδρης τ' ἐσχατιήν· φορέει τ' ἔπι Κενταύροιο
σῶμά τε καὶ κεφαλήν, καὶ Θηρίον ὅ ῥ' ἐνὶ χειρὶ
δεξιτερῇ Κένταυρος ἔχει. τοὶ δ' αὖθι μένουσιν
Τόξον ἐπερχόμενον πρότεροι πόδες ἱπποτόφηρος.
Τόξῳ καὶ σπείρη Ὄφιος καὶ σῶμ' Ὀφιούχου
ἀντέλλει ἐπιόντι· καρήατα δ' αὐτὸς ἀγινεῖ
Σκορπίος ἀντέλλων, ἀνάγει δ' αὐτὰς Ὀφιούχου
χεῖρας καὶ προτέρην Ὄφιος πολυτειρέα ἁγήν.
Τοῦ γε μὲν Ἐγγόνασιν (περὶ γὰρ τετραμμένος αἰεὶ
ἀντέλλει) τότε μὲν περάτης ἐξέρχεται ἄλλα,
γυῖά τε καὶ ζώνη καὶ στήθεα πάντα καὶ ὦμος
δεξιτερῇ σὺν χειρί· κάρη δ' ἑτέρης μετὰ χειρὸς
τόξῳ ἀνέρχονται καὶ Τοξότῃ ἀντέλλοντι.
σὺν τοῖς Ἑρμαίη τε Λύρη καὶ στήθεος ἄχρις
Κηφεὺς ἠῴου παρελαύνεται ὠκεανοῖο,
ἦμος καὶ μεγάλοιο Κυνὸς πᾶσαι ἀμαρυγαὶ
δύνουσιν, καὶ πάντα κατέρχεται Ὠρίωνος,
πάντα γε μὴν ἀτέλεστα διωκομένοιο Λαγωοῦ.
ἀλλ' οὐχ Ἡνιόχῳ Ἔριφοι οὐδ' Ὠλενίη Αἴξ
εὐθὺς ἀπέρχονται· τὰ δέ οἱ μεγάλην ἀνὰ χεῖρα
λάμπονται, καί οἱ μελέων διακέκριται ἄλλων
κινῆσαι χειμῶνας, ὅτ' ἠελίῳ συνίωσιν.
Ἀλλὰ τὰ μέν, κεφαλήν τε καὶ ἄλλην χεῖρα καὶ ἰξύν,
Αἰγόκερως ἀνιὼν κατάγει· τὰ δὲ νείατα πάντα
αὐτῷ Τοξευτῆρι κατέρχεται. οὐδέ τι Περσεύς,
οὐδέ τι ἄκρα κόρυμβα μένει πολυτειρέος Ἀργοῦς·
ἀλλ' ἤτοι Περσεὺς μὲν ἄτερ γουνός τε ποδός τε
δεξιτεροῦ δύεται, πρύμνης δ' ὅσον ἐς περιαγήν·
αὐτὴ δ' Αἰγοκερῆϊ κατέρχεται ἀντέλλοντι,
ἦμος καὶ Προκύων δύεται, τὰ δ' ἀνέρχεται ἄλλα,
Ὄρνις τ' Αἰητός τε, τά τε πτερόεντος Ὀϊστοῦ
τείρεα, καὶ νοτίοιο Θυτηρίου ἱερὸς ἕδρη.

fortis Orion valida cædebat clava,
venationis administrans illi gratiam Œnopioni.
Illa autem ei statim immisit feram aliam,
ab insula refringens medios utrimque colles,
Scorpium, qui quidem ipsum vulneravit et occidit grandem
major præcellens, quoniam Dianam læsit ipsam.
Quare etiam aiunt, ab imo veniente
Scorpio, Orionem ad terræ extrema fugere.
Neque Andromedæ et Ceti quæcumque relicta sunt,
nec hi illius exorientis ignari; sed etiam hi
omni vi *eum* fugiunt. Cingulo item tunc Cepheus
terram adradit, quæ quidem ad caput sunt plane omnia
tingens Oceano, sed reliqua non licet: verum hæc ipsæ
Ursæ prohibent, pedes et genua et lumbum.
Sed et ipsa filiæ assequi nititur simulacrum
misera Cassiopeia; verum haud ei decore
apparent e sella pedes et genua desuper;
sed hæc in caput similis occidit urinatori,
divisa a genubus; siquidem non poterat illa
Doridi et Panopæ magnis sine *malis* conferri.
Hæc quidem in occasum fertur; sed illa alia ab imo
cœlum contra affert, Coronæque secundos orbes
Hydræque extremitatem, affertque Centauri
corpusque et caput, et Bestiam, quam in manu
dextra Centaurus tenet. At illic exspectant
Arcum suborientem priores pedes inequitantis gigantis.
Cum Arcu etiam spira Serpentis et corpus Serpentarii
oritur ascendente; capita autem ipse agitat
Scorpius exoriens, reducitque ipsas Serpentarii
manus, atque priorem Serpentis constellatum anfractum.
Ipsius quidem Engonasi (siquidem conversus semper
oritur) tunc ab imo egrediuntur alia,
membraque et cingulus et pectora tota et humeri
dextra cum manu: sed caput altera cum manu
sub arcu ascendunt et Sagittario exoriente.
Cum quibus Mercurialisque Lyra et ad pectus usque
Cepheus ab orientali agitatur Oceano,
quando etiam magni Canis omnes scintillæ
occidunt, et omnes partes descendunt Orionis;
omnes item sine fine impetiti Leporis.
At non Aurigæ Hœdi neque Olenia Capra
statim decedunt, quæ ei magnam per manum
lucent, atque ei a membris discreta sunt aliis,
ad commovendum tempestates, quando cum sole coeant.
Sed hæc quidem, caputque et alteram manum et lumbum,
Capricornus ascendens deducit, infima vero omnia
sub ipso Sagittario occidunt. Neque amplius Perseus
neque summa rostra manent stellatæ Argûs;
sed Perseus quidem, præter genuque pedemque
dextrum, occidit, puppis vero quantum ad circumactum;
ipsa denique *Argo* sub Capricorno descendit oriente,
quando etiam Procyon occidit. Sed oriuntur alia,
Cygnus, Aquilaque, alatæque Sagittæ
astra, et austrinæ Aræ sacra sedes.

Ἵππος δ' Ὑδροχόοιο μέσον περιτελλομένοιο
ποσσί τε καὶ κεφαλῇ ἀνελίσσεται· ἀντία δ' Ἵππου
ἐξ οὐρῆς Κένταυρον ἐφέλκεται ἀστερίη νύξ.
ἀλλ' οὔ οἱ δύναται κεφαλὴν οὐδ' εὐρέας ὤμους
αὐτῷ σὺν θώρηκι χαδεῖν. ἀλλ' αἴθοπος Ὕδρης
αὐχενίην κατάγει σπείρην καὶ πάντα μέτωπα.
ἡ δὲ καὶ ἐξόπιθεν πολλὴ μένει· ἀλλ' ἄρα καὶ τὴν
αὐτῷ Κενταύρῳ, ὁπότ' Ἰχθύες ἀντέλλωσιν,
ἀθρόον ἐμφέρεται. ὁ δ' ἐπ' Ἰχθύσιν ἔρχεται Ἰχθὺς
αὐτῷ κυανέῳ ὑποκείμενος Αἰγοκερῆι·
οὐ μὲν ἄδην, ὀλίγον δὲ δυωδεκάδ' ἀμμένει ἄλλην.
οὕτω καὶ μογεραὶ χεῖρες καὶ γοῦνα καὶ ὦμοι
Ἀνδρομέδης δίχα πάντα, τὰ μὲν πάρος, ἄλλα δ' ὀπίσσω
τείνεται, ὠκεανοῖο νέον ὁπότε προγένωνται
Ἰχθύες ἀμφότεροι. τά γε μὲν κατὰ δεξιὰ χειρὸς
αὐτοὶ ἐφέλκονται, τὰ δ' ἀριστερὰ νειόθεν ἕλκει
Κριὸς ἀνερχόμενος. τοῦ καὶ περιτελλομένοιο
ἑσπερόθεν κεν ἴδοιο Θυτήριον, αὐτὰρ ἐν ἄλλῃ
Περσέος ἀντέλλοντος ὅσον κεφαλήν τε καὶ ὤμους·
αὐτὴ δὲ ζώνη καί κ' ἀμφήριστα πέλοιτο
ἢ Κριῷ λήγοντι φαείνεται ἢ ἐπὶ Ταύρῳ,
σὺν τῷ πασσυδίην ἀνελίσσεται. οὐδ' ὅγε Ταύρου
λείπεται ἀντέλλοντος, ἐπεὶ μάλα οἱ συναρηρὼς
Ἡνίοχος φέρεται· μοίρῃ γε μὲν οὐκ ἐπὶ ταύτῃ
ἀθρόος ἀντέλλει, Δίδυμοι δέ μιν οὖλον ἄγουσιν.
ἀλλ' Ἔριφοι λαιοῦ τε θέναρ ποδὸς Αἰγὶ σὺν αὐτῇ
Ταύρῳ συμφορέονται, ὅτε λοφιή τε καὶ οὐρὴ
Κήτεος αἰθερίοιο περαιόθεν ἀντέλλωσιν.
δύνει δ' Ἀρκτοφύλαξ ἤδη πρώτῃ τότε μοίρῃ
τάων, αἳ πίσυρές μιν ἄτερ χειρὸς κατάγουσιν
λαιῆς· ἡ δ' αὐτοῦ μεγάλῃ ὑποτέλλεται Ἄρκτῳ.
ἀμφότεροι δὲ πόδες καταδυομένου Ὀφιούχου,
μέσφ' αὐτῶν γονάτων, Διδύμοις ἔπι σῆμα τετύχθω
ἐξ ἑτέρης ἀνιοῦσι. τότ' οὐκέτι Κήτεος οὐδὲν
ἕλκεται ἀμφοτέρωθεν, ὅλον δέ μιν ὄψεαι ἤδη.
ἤδη καὶ Ποταμοῦ πρώτην ἁλὸς ἐξανιοῦσαν
ἀγκῶν ἐν καθαρῷ πελάγει σκέψαιτό κε ναύτης,
αὐτὸν ἐπ' Ὠρίωνα μένων, εἴ οἵ ποθι σῆμα
ἢ νυκτὸς μέτρων ἠὲ πλόου ἀγγείλειεν·
πάντῃ γὰρ τάγε πολλὰ θεοὶ ἄνδρεσσι λέγουσιν.

Equus autem Aquario ad medium exoriente,
pedibusque et capite sursum volvitur; e regione autem Equi
a cauda Centaurum attrahit siderea nox.
Sed non ei potest caput neque latos humeros
ipso cum thorace capere. At rutilæ Hydræ
collarem subducit spiram et omnem frontem.
Hæc autem retro multa manet: sed etiam hanc
cum ipso Centauro, quando Pisces oriuntur,
confertim aufert. At sub Pisces oritur Piscis
ipsi obscuro subjectus Capricorno;
haud quidem plene, verum parumper signum expectat aliud.
Sic etiam lassæ manus et genua et humeri
Andromedæ, dimidiatim omnia, hæc quidem ante, alia vero
tenduntur, ex Oceano primum quando prodeunt [post
Pisces ambo. Dextram quidem ei manum
hi attrahunt; at sinistram ab imo trahit
Aries ascendens. Quo etiam oriente
ab occasu conspexeris Aram; ceterum in altera parte
Persei orientis tantum caput et humeros:
ipse autem cingulus etiam ambiguum fuerit
an sub Ariete desinente luceat, an sub Tauro,
cum quo confertim advolvitur. Nec item Tauro
linquitur oriente, quoniam valde ei conjunctus
Auriga fertur; signo tamen haud sub illo
plenus oritur, sed Gemini ipsum totum proferunt.
At Hœdi, sinistrique planta pedis, Capra cum ipsa
Tauro cooriuntur, quando dorsumque et cauda
Ceti cœlestis ab imo oriuntur.
Occidit autem Arctophylax jam primo tunc signo,
quorum quattuor eum præter manum deducunt
lævam, sed hæc ibi sub magna versatur Ursa.
At ambo pedes occidentis Serpentarii
usque ad ipsa genua Geminis in signum sunto
ex altera parte orientibus. Tunc non amplius Ceti quidquam
volvitur utrimque, totum vero ipsum videbis jam.
Jam Fluvii quoque primam mari egredientem
curvaturam in sereno pelago conspexerit nauta,
ipsum Orionem exspectans, sicubi ei signum
vel noctis mensuram vel navigationis nunciare possit:
ubique enim istiusmodi multa dii hominibus prædicant.

ΔΙΟΣΗΜΕΙΑ

Οὐχ ὁράᾳς; ὀλίγη μὲν ὅταν κεράεσσι σελήνη
ἑσπερόθεν φαίνηται, ἀεξομένοιο διδάσκει
μηνός· ὅτε πρώτη ἀποκίδναται αὐτόθεν αὐγή,
ὅσσον ἐπισκιάειν, ἐπὶ τέτρατον ἦμαρ ἰοῦσα·
ὀκτὼ δ' ἐν διχάσει, διχόμηνα δὲ παντὶ προσώπῳ.
αἰεὶ δ' ἄλλοθεν ἄλλα παρακλίνουσα μέτωπα
εἴρει ὁπόσταίη μηνὸς περιτέλλεται ἠώς.
ἄκρα γε μὲν νυκτῶν κεῖναι δυοκαίδεκα μοῖραι
ἄρκιαι ἐξειπεῖν. τὰ δέ που μέγαν εἰς ἐνιαυτόν,

PROGNOSTICA.

Non vides? modica quidem quando cornibus luna
ab occasu apparet, inchoantem significat
mensem: quando prima spargitur inde lux,
sic ut umbram creet, ad quartum diem tendit;
octavum indicat in dimidio, medium mensem plena facie:
semper autem alias atque alias declinans frontes
dicit, quota mensis oriatur aurora.
Terminos sane noctium illa duodecim signa
sufficientia sunt indicare. Quæ item longum in annum sunt

ὥρη μέν τ' ἀρόσαι νειούς, ὥρη δὲ φυτεῦσαι,
ἐκ Διὸς ἤδη πάντα πεφασμένα πάντοθι κεῖται.
καὶ μέν τις καὶ νηῒ πολυκλύστου χειμῶνος
ἐφράσατ' ἢ δεινοῦ μεμνημένος Ἀρκτούροιο
ἠέ τεων ἄλλων, οἵ τ' ὠκεανοῦ ἀρύονται
ἀστέρες ἀμφιλύκης, οἵ τε πρώτης ἐπὶ νυκτός.
ἤτοι γὰρ τοὺς πάντας ἀμείβεται εἰς ἐνιαυτὸν
ἠέλιος, μέγαν ὄγμον ἐλαύνων, ἄλλοτε δ' ἄλλῳ
ἐμπελάσει, τοτὲ μέν τ' ἀνιών, τοτὲ δ' αὐτίκα δύνων·
ἄλλος δ' ἀλλοίην ἀστὴρ ἐπιδέρκεται ἠῶ.
γινώσκεις τάδε καὶ σύ· τὰ γὰρ συναείδεται ἤδη
ἐννεακαίδεκα κύκλα φαεινοῦ ἠελίοιο,
ὅσσα τ' ἀπὸ ζώνης εἰς ἔσχατον Ὠρίωνα
νὺξ ἐπιδινεῖται, Κύνα τε θρασὺν Ὠρίωνος,
οἵ τε Ποσειδάωνος ὁρώμενοι ἢ Διὸς αὐτοῦ
ἀστέρες ἀνθρώποισι τετυγμένα σημαίνουσιν.
τῷ κείνων πεπόνησο. μέλει δέ τοι, εἴ ποτε νηῒ
πιστεύεις, εὑρεῖν ὅσα που κεχρημένα κεῖται
σήματα χειμερίοις ἀνέμοις ἢ λαίλαπι πόντου.
μόχθος μέν τ' ὀλίγος, τὸ δὲ μυρίον αὐτίκ' ὄνειαρ
γίνετ' ἐπιφροσύνης αἰεὶ πεφυλαγμένῳ ἀνδρί.
αὐτὸς μὲν τὰ πρῶτα σαώτερος, εὖ δὲ καὶ ἄλλον
παρειπὼν ὤνησεν, ὅτ' ἐγγύθεν ὤρορε χειμών.
πολλάκι γάρ καί τίς τε γαληναίῃ ὑπὸ νυκτὶ
νῆα περιστέλλει πεφοβημένος ἦρι θαλάσσης·
ἄλλοτε δὲ τρίτον ἦμαρ ἐπιτρέχει, ἄλλοτε πέμπτον·
ἄλλοτε δ' ἀπρόφατον κακὸν ἵκετο· πάντα γὰρ οὔπω
ἐκ Διὸς ἄνθρωποι γινώσκομεν, ἀλλ' ἔτι πολλὰ
κέκρυπται, τῶν εἴ κ' ἐθέλῃ καὶ ἐσαυτίκα δώσει
Ζεύς· ὁ γὰρ οὖν γενεὴν ἀνδρῶν ἀναφανδὸν ὀφέλλει
πάντοθεν εἰδόμενος, πάντῃ δ' ὅγε σήματα φαίνων.
ἄλλα δέ τοι ἐρέει ἤ που διχόωσα σελήνη
πλήθουσ' ἀμφοτέρωθεν ἢ αὐτίκα πεπληθυῖα,
ἄλλα δ' ἀνερχόμενος, τοτὲ δ' ἄκρῃ νυκτὶ κελεύων
ἠέλιος. τὰ δέ τοι καὶ ἀπ' ἄλλων ἔσσεται ἄλλα
σήματα καὶ περὶ νυκτὶ καὶ ἤματι ποιήσασθαι.
Σκέπτεο δὲ πρῶτον κεράων ἑκάτερθε σελήνην.
ἄλλοτε γάρ τ' ἄλλῃ μιν ἐπιγράφει ἕσπερος αἴγλῃ,
ἄλλοτε δ' ἀλλοῖαι μορφαὶ κερόωσι σελήνην
εὐθὺς ἀεξομένην, αἱ μὲν τρίτῃ, αἱ δὲ τετάρτῃ·
τάων καὶ περὶ μηνὸς ἐφεσταότος κε πύθοιο.
λεπτὴ μὲν καθαρή τε περὶ τρίτον ἦμαρ ἐοῦσα
εὔδιός κ' εἴη, λεπτὴ δὲ καὶ εὖ μάλ' ἐρευθὴς
πνευματίη· παχίων δὲ καὶ ἀμβλείῃσι κεραίαις
τέτρατον ἐκ τριτάτοιο φόως ἀμενηνὸν ἔχουσα
ἠὲ νότῳ ἀμβλύνετ' ἢ ὕδατος ἐγγὺς ἐόντος.
εἰ δέ κ' ἀπ' ἀμφοτέρων κεράων τρίτον ἦμαρ ἄγουσα
μήτ' ἐπινευστάζῃ μήθ' ὑπτιόωσα φαείνῃ,
ἀλλ' ὀρθὰς ἑκάτερθε περιγνάμπτουσα κεραίας,
ἑσπέριοί κ' ἄνεμοι κείνην μετὰ νύκτα φέροιντο.
εἰ δ' αὔτως ὀρθὴ καὶ τέτρατον ἦμαρ ἀγινοῖ,
ἦτ' ἂν χειμῶνος συναγειρομένοιο διδάσκοι.
εἰ δέ κέ οἱ κεράων τὸ μετήορον εὖ ἐπινεύῃ,
δειδέχθαι βορέω, ὅτε δ' ὑπτιάῃσι, νότοιο.

tempus quidem arandi novales, tempus quoque plantandi,
e Jove jam omnia ostensa ubivis constant.
Atque aliquis etiam in navi pluviosam tempestatem
animadvertit, vel vehementis memor Arcturi,
vel quarumdam aliarum, quæ ab Oceano tolluntur
stellæ diluculo, quæque prima adhuc nocte.
Siquidem illas omnes transit per annum
sol, longam orbitam ductans, alias autem aliam
accedet, nunc quidem oriens, nunc vero vicissim occidens;
alia tamen aliam stella inspicit auroram.
Cognoscis hæc et tu; concinuntur enim jam
novem et decem circuli lucidi solis,
quascumque et a zona ad extremum Orionem
nox obvolvit, Canemque audacem Orionis,
quæque Neptuni conspectæ aut Jovis ipsius
stellæ hominibus eventus significant.
Idcirca illis operam da. Curæ quippe tibi est, si quando navi
te credis, deprehendere quæcumque debita ponuntur
signa hibernis ventis aut turbini maris.
Labor quidem parvus, ingens vero subinde commoditas
fit diligentiæ semper cauto viro.
Ipse quidem primum tutior, bene vero et alium
admonens juvat, quando mox irruat tempestas.
Sæpe enim etiam quispiam serena sub nocte
navem subducit, metuens mane pelagus:
alias quidem ad tertium diem durat, alias ad quintum;
quandoque improvisum malum subit. Omnia enim nondum
e Jove mortales didicimus, verum adhuc multa [dabit
occulta sunt; quorum aliqua, ubi libuerit, et in posterum
Juppiter; hic enim genus hominum aperte juvat,
undique conspectus, et passim hic signa ostendens.
Quædam autem indicabit vel alicubi dimidiata luna
augescens utrimque, vel jam aucta;
quædam item exoriens; alias ingruente nocte præcipiens
sol. Sed etiam ab aliis licebit alia
signa et per noctem et die facere.
Observa autem primum a cornibus utrimque lunam.
Alias enim alio eam depingit vesperus splendore,
alias vero aliæ facies miscent lunam
primum crescentem, hæc quidem tertio, illæ vero quarto;
quibus et de mense instante perquirere poteris.
Rara quidem puraque circa tertium diem exsistens
serena fuerit; rara vero et probe admodum rubens,
ventosa; crassa autem et obtusis cornibus,
quartum a tertio lumen debile habens,
aut Austro hebetatur, aut pluvia prope exsistente.
Sin autem ex ambobus cornibus tertium diem agens
neque huc nutet, neque resupina luceat,
sed recta utrimque inclinet cornua,
occidentales venti illam post noctem agitabuntur.
At si eodem modo recta et quartum diem agat,
certe tempestatem collectam indicat.
Sin autem ei cornuum superius apte nutet,
exspecta Boream; quum vero resupinat, Austrum.

αὐτὰρ ἐπὴν τριτόωσαν ὅλος περὶ κύκλος ἑλίσσῃ
πάντῃ ἐρευθόμενος, μάλα κεν τότε χείμερος εἴη·
μείζονι δ' ἂν χειμῶνι πυρώτερα φοινίσσοιτο.
Σκέπτεο δ' ἐς πληθύν τε καὶ ἀμφότερον διχόωσαν
ἠμὲν ἀεξομένην ἠδ' ἐς κέρας αὖθις ἰοῦσαν·
καί οἱ ἐπὶ χροιῇ τεκμαίρεο μηνὸς ἑκάστου.
πάντῃ γὰρ καθαρῇ κε μάλ' εὔδια τεκμήραιο·
πάντα δ' ἐρευθομένῃ δοκέειν ἀνέμοιο κελεύθους·
ἄλλοθι δ' ἄλλο μελαινομένῃ δοκέειν ὑετοῖο.
σήματα δ' οὔτ' ἄρ πᾶσιν ἐπ' ἤμασι πάντα τέτυκται·
ἀλλ' ὅσα μὲν τριτάτῃ τε τεταρταίῃ τε πέλονται
μέσφα διχαιομένης, διχάδος γε μὲν ἄχρις ἐπ' αὐτὴν
σημαίνει διχόμηνον, ἀτὰρ πάλιν ἐκ διχομήνου
ἐς διχάδα φθιμένην· ἔχεται δέ οἱ αὐτίκα τετρὰς
μηνὸς ἀποιχομένου, τῇ δὲ τριτάτῃ ἐπιόντος.
εἰ δέ κέ μιν περὶ πᾶσαν ἅλωαι κυκλώσωνται
ἢ τρεῖς ἠὲ δύω περικείμεναι ἠὲ μί' οἴη,
τῇ μὲν ἰῇ ἀνέμοιο γαληναίης τε δοκεύειν,
ῥηγνυμένῃ ἀνέμοιο, μαραινομένῃ δὲ γαλήνης·
ταὶ δύο δ' ἂν χειμῶνι περιτροχάοιντο σελήνην·
μείζονα δ' ἂν χειμῶνα φέροι τριέλικτος ἀλωή,
καὶ μᾶλλον μελανεῦσα, καὶ εἰ ῥηγνύατο μᾶλλον.
καὶ τὰ μὲν οὖν ἐπὶ μηνὶ σεληναίης κε πύθοιο.
Ἠελίοιο δέ τοι μελέτω ἑκάτερθεν ἰόντος·
ἠελίῳ καὶ μᾶλλον ἐοικότα σήματα κεῖται,
ἀμφότερον δύνοντι καὶ ἐκ περάτης ἀνιόντι.
μή οἱ ποικίλλοιτο νέον βάλλοντος ἀρούρας
κύκλος, ὅτ' εὐδίου κεχρημένος ἤματος εἴης,
μηδέ τι σῆμα φέροι, φαίνοιτο δὲ λιτὸς ἁπάντῃ.
εἰ δ' αὕτως καθαρόν μιν ἔχοι βουλύσιος ὥρη,
δύνοι δ' ἀνέφελος μαλακὴν ὑποδείελος αἴγλην,
καί κεν ἐπερχομένης ἠοῦς ἔθ' ὑπεύδιος εἴη.
ἀλλ' οὐχ ὁππότε κοῖλος ἐειδόμενος περιτέλλῃ,
οὐδ' ὁπότ' ἀκτίνων αἱ μὲν νότον αἱ δὲ βορῆα
σχιζόμεναι βάλλωσι, τὰ δ' αὖ περὶ μέσσα φαείνῃ·
ἀλλά που ἢ ὑετοῖο διέρχεται ἢ ἀνέμοιο.
Σκέπτεο δ', εἴ κέ τοι αὐγαὶ ὑπείκωσ' ἠελίοιο,
αὐτὸν ἐς ἥλιον (τοῦ γὰρ σκοπιαὶ καὶ ἄρισται),
εἴ τί οἱ ἢ που ἔρευθος ἐπιτρέχει, οἷά τε πολλὰ
ἑλκομένων νεφέων ἐρυθαίνεται ἄλλοθεν ἄλλα,
ἢ εἴ που μελανεῖ· καί τοι τὰ μὲν ὕδατος ἔστω
σήματα μέλλοντος, τὰ δ' ἐρεύθεα πάντ' ἀνέμοιο.
εἴ γε μὲν ἀμφοτέρων ἄμυδις κεχρωσμένος εἴη,
καί κεν ὕδωρ φορέοι καὶ ὑπηνέμιος τανύοιτο.
εἰ δέ οἱ ἢ ἀνιόντος ἢ αὐτίκα δυομένοιο
ἀκτῖνες συνίωσι καὶ ἀμφ' ἑνὶ πεπλήθωσιν,
ἤ ποτε καὶ νεφέων πεπιεσμένος ἢ ὅγ' ἐς ἠῶ
ἔρχηται παρὰ νυκτὸς ἢ ἐξ ἠοῦς ἐπὶ νύκτα,
ὕδατί κεν κατιόντι παρατρέχοι ἤματα κεῖνα.
μηδ' ὅτε οἱ ὀλίγη νεφέλη πάρος ἀντέλλῃσιν,
τὴν δὲ μέτ' ἀκτίνων κεχρημένος αὐτὸς ἀερθῇ,
ἀμνηστεῖν ὑετοῖο. πολὺς δ' ὅτε οἱ περὶ κύκλος
οἷον τηκομένῳ ἐναλίγκιος εὐρύνηται
πρῶτον ἀνερχομένοιο καὶ ἂψ ἐπὶ μεῖον ἵησιν,

Verum quando triduanam totus orbis circumambiat
undique rubens, valde tunc tempestas fuerit;
majore autem tempestate rubentius colorari solet.
Aspice item ad plenamque et utrimque dimidiatam,
tum crescentem, tum ad cornu rursus euntem,
atque ejus de colore signa capesse mensis cujusque.
Omnino enim pura quum est, serenitatem observato;
omnino vero rubens, conjicito venti meatus;
alias aliter nigricans, conjicito pluviam.
Signa autem non omnibus diebus omnia eveniunt;
sed quæ quidem tertio quartoque fuerint,
usque ad dimidiatam, a dimidiata quidem usque ad ipsam
significant semimenstruam; atque rursus e semimenstrua
ad dimidiatam decrescentem; sequitur vero hanc mox quarta
mensis decedentis, post hanc autem tertia abeuntis.
Sin autem ipsam totam circi ambiant
aut tres aut duo circumjacentes, aut unus solus;
per unum quidem, ventum serenitatemque observa;
per scissum, ventum; per marcescentem vero, serenitatem.
Duo autem cum tempestate ambierint lunam;
majorem vero tempestatem afferre solet triplicatus circus,
ac magis etiam nigricans, tum si frangatur magis.
Atque hæc quidem in mense ex luna deprehenderis.
Solis vero tibi cura sit utrimque euntis:
soli magis enim certa signa ponuntur,
utrobique occidenti et ex imo ascendenti.
Ne ejus varietur primum tangentis arva
circulus, quando sereni indigus diei fueris;
neque aliquam notam ferat, sed appareat unicolor ubique.
Si item plane purum ipsum habet vespertinum tempus,
occumbatque innubilus blando postmeridianus fulgore,
equidem subsequente aurora adhuc serenus fuerit.
At non, quando cavus apparens exoriatur,
neque quando ex radiis quidam Austrum, quidam Boream
scissi tangant, media autem lucida sint:
sed tum fere vel pluviam pervadet vel ventum.
Specta etiam, si tibi radii *hoc* concedant solis,
ipsum in solem (hujus enim observationes optimæ sunt):
si quando ei vel rubor incidit, ut sæpe
attractis nubibus rubescit alicunde aliter,
aut si quando nigrescit: ac tibi hæc quidem pluviæ sunt
signa futuræ, rubea vero omnia venti.
Porro si ambobus simul coloratus fuerit,
sane pluviam ferat et ventis obnoxius pandatur.
Si vero ejus orientis aut jam ant occidentis
radii coeant, et circa unum locum crassescant,
aut quandoque nubibus pressus vel quum ad auroram
veniat a nocte, vel ab aurora ad noctem,
pluviis delabentibus peraguntur dies illi.
Nec item, quum ei modica nubes præoriatur,
post hanc vero radiis carens ipse elevatus fuerit,
immemor esto pluviæ. Magnus autem quum ejus circa orbis
fere flaccescenti similis dilatetur
primum exorientis et mox decrescat,

εὔδιός κε φέροιτο· καὶ εἴ ποτε χείματος ὥρῃ
ὠχρήσαι κατιών. ἀτὰρ ὕδατος ἠμερινοῖο
γινομένου κατόπισθε περὶ νέφεα σκοπέεσθαι
καδδὴ δυομένου τετραμμένος ἠελίοιο.
ἢν μὲν ὑποσκιάῃσι μελαινομένη εἰκυῖα
ἠέλιον νεφέλη, ταὶ δ' ἀμφί μιν ἔνθα καὶ ἔνθα
ἀκτῖνες μεσσηγὺς ἐλισσόμεναι διχόωνται,
ἦτ' ἂν ἔτ' εἰς ἠῶ σκέπαος κεχρημένος εἴης.
εἰ δ' ὁ μὲν ἀνέφελος βάπτοι ῥόου ἑσπερίοιο,
ταὶ δὲ κατερχομένου νεφέλαι καὶ ἀποιχομένοιο
πλησίαι ἑστήκωσιν ἐρευθέες, οὔ σε μάλα χρὴ
αὔριον οὐδ' ἐπὶ νυκτὶ περιτρομέειν ὑετοῖο,
ἀλλ' ὁπότ' ἠελίοιο μαραινομένῃσιν ὁμοῖαι
ἐξαπίνης ἀκτῖνες ἀπ' οὐρανόθεν τανύωνται,
οἷον ἀμαλδύνονται, ὅτε σκιάῃσι κατ' ἰθὺ
ἱσταμένη γαίης τε καὶ ἠελίοιο σελήνη.
οὐδ' ὅτε οἱ ἐπέχοντι φανήμεναι ἠῶθι πρὸ
φαίνονται νεφέλαι ὑπερευθέες ἄλλοθεν ἄλλαι,
ἄῤῥαντοι γίνονται ἐπ' ἤματι κείνῳ ἄρουραι.
μηδ' αὔτως, ἔτ' ἐόντι πέρην ὁπότε προταθεῖσαι
ἀκτῖνες φαίνονται ἐπίσκιοι ἠῶθι πρό,
ὕδατος ἢ ἀνέμοιο κατοισομένου λελαθέσθαι.
ἀλλ' εἰ μὲν κεῖναι μᾶλλον κνέφαος φορέοιντο
ἀκτῖνες, μᾶλλόν κεν ἐφ' ὕδατι σημαίνοιεν·
εἰ δ' ὀλίγος τανύοιτο περὶ δνόφος ἀκτίνεσσιν,
οἷόν που μαλακαὶ νεφέλαι φορέουσι μάλιστα,
ἦτ' ἂν ἐπερχομένοιο περιδνοφέοιντ' ἀνέμοιο.
οὐδὲ μὲν ἠελίου σχεδόθεν μελανεῦσαι ἅλωαὶ
εὔδιοι· ἀσσότεραι δὲ καὶ ἀστεμφὲς μελανεῦσαι
μᾶλλον χειμέριαι· δύο δ' ἂν χαλεπώταται εἶεν.
Σκέπτεο δ' ἢ ἀνιόντος ἢ αὐτίκα δυομένοιο
εἴ πού οἱ νεφέων, τὰ παρήλια κικλήσκονται,
ἢ νότου ἠὲ βορῆος ἐρεύθεται ἢ ἑκάτερθεν.
μηδ' οὕτω σκοπιὴν ταύτην ἀμενηνὰ φυλάσσειν·
οὐ γάρ, ὅτ' ἀμφοτέρωθεν ὁμοῦ περὶ μέσσον ἔχουσιν
ἠέλιον κεῖναι νεφέλαι σχεδὸν ὠκεανοῖο,
γίνεται ἀμβολίη Διόθεν χειμῶνος ἰόντος.
εἴ γε μὲν ἐκ βορέαο μί' οἴη φοινίσσοιτο,
ἐκ βορέω πνοιάς κε φέροι, νοτίη δὲ νότοιο,
ἢ καί που ῥαθάμιγγες ἐπιτροχόωσ' ὑετοῖο.
Ἑσπερίοις καὶ μᾶλλον ἐπίτρεπε σήμασι τούτοις·
ἑσπερόθεν γὰρ ὁμῶς σημαίνεται ἐμμενὲς αἰεί.
Σκέπτεο καὶ Φάτνην. ἡ μέν τ' ὀλίγῃ εἰκυῖα
ἀχλύϊ βοῤῥαίη ὑπὸ Καρκίνῳ ἠγηλάζει·
ἀμφὶ δέ μιν δύο λεπτὰ φαεινόμενοι φορέονται
ἀστέρες, οὔτε τι πολλὸν ἀπήοροι οὔτε μάλ' ἐγγύς,
ἀλλ' ὅσσον τε μάλιστα πυγούσιον οἰήσασθαι,
εἷς μὲν πὰρ βορέαο· νότῳ δ' ἐπικέκλιται ἄλλος.
καὶ τοὶ μὲν καλέονται Ὄνοι, μέσση δέ τε Φάτνη,
ἥτε καὶ ἐξαπίνης πάντῃ Διὸς εὐδιόωντος
γίνετ' ἄφαντος ὅλη· τοὶ δ' ἀμφοτέρωθεν ἰόντες
ἀστέρες ἀλλήλων αὐτοσχεδὸν ἰνδάλλονται·
οὐκ ὀλίγῳ χειμῶνι τότε κλύζονται ἄρουραι.
εἰ δὲ μελαίνηται, τοὶ δ' αὐτίχ' ἐοικότες ὦσιν

serenus fere agatur : etiam si quando pluviæ tempore
palluerit occumbens. At, pluvia diurna
facta, postea nubes circumspicito,
ad occidentem conversus solem.
Si quidem obscuret nigricanti similis
solem nubes, circum ipsam autem hinc et inde
radii intervoluti findantur,
certe adhuc in auroram operimento indigus fueris.
At si hic quidem innubilus se submergat fluxu occiduo,
descendenti vero nubes et abeunti
vicinæ stent rubicundæ, haud te valde oportet
cras, neque per noctem, timere de pluvia,
verum quando solis marcescentibus similes
extemplo radii de cœlo protenduntur,
sicut evanescunt, quando obumbret ex directo
stans terræque et solis luna.
Neque quando ei moranti lucere ante auroram
apparent nubes subrubeæ alibi aliæ,
sicca fiunt in die illo arva.
Neque pari modo, adhuc exsistenti inferne quando prætensi
radii apparent obscuri ante auroram,
pluviæ aut venti irruituri obliviscere.
Sed si illi magis caligine involvantur
radii, magis certe de pluvia moneant :
sin autem modica extendatur caligo circum radios,
qualem nonnumquam teneræ nubes ferunt maxime,
certe adveniente obtenebrari solent vento.
Neque quidem prope solem nigrescentes circi
sunt sereni ; viciniores vero et impense nigrescentes,
magis tempestuosi : duo autem sævissimi fuerint.
Considera autem vel in oriente vel jam occidente,
sicubi ei nubes, quas Parelia (*soli vicina*) vocant,
aut ab Austro aut Borea rubescunt, aut utrimque.
Neque adeo observationem hanc frivole custodi :
non enim, quum utrimque simul medium circumdent
solem illæ nubes prope Oceanum,
fit dilatio e cœlo pluviæ venientis.
Si quidem e Borea una sola rubescat,
e Borea flatus afferre solet ; austrina vero, ex Austro ;
aut etiam guttæ decident pluviæ.
Occidentalibus etiam plus tribue signis his :
ab occidente namque signa sumuntur invariabiliter semper.
Intuere etiam Præsepe. Id quidem, tenui simile
nubeculæ, boreale sub Cancro versatur ;
at circa ipsum duæ tenuiter lucentes feruntur
stellæ, nec multum distantes, nec valde vicinæ,
sed quam maxime cubiti spatium esse puta ;
una quidem ad Boream est, Austro vero appropinquat altera.
Atque hæ quidem vocantur Asini ; medium autem Præsepe
quod etiam confestim, cœlo undique sereno, [*est*,
fit evanidum totum ; atque utrimque euntes
stellæ sibi invicem plane vicinæ apparent :
non modica tempestate tunc inundant arva.
Si autem nigrescat, atque eodem colore exsistant

ἀστέρες ἀμφότεροι, περί χ' ὕδατι σημαίνοιεν.
εἰ δ' ὁ μὲν ἐκ βορέω Φάτνης ἀμενηνὰ φαείνοι
λεπτὸν ἐπαχλυόων, νότιος δ' Ὄνος ἀγλαὸς εἴη,
δειδέχθαι ἀνέμοιο νότου· βορέω δὲ μάλα χρὴ
ἔμπαλιν ἀχλυόεντι φαεινομένῳ τε δοκεύειν.
Σῆμα δέ τοι ἀνέμοιο καὶ οἰδαίνουσα θάλασσα
γινέσθω, καὶ μακρὸν ἐπ' αἰγιαλοὶ βοόωντες,
ἀκταί τ' εἰνάλιοι ὁπότ' εὔδιοι ἠχήεσσαι
γίνονται, κορυφαί τε βοώμεναι οὔρεος ἄκραι.
Καὶ δ' ἂν ἐπὶ ξηρὴν ὅτ' ἐρωδιὸς οὐ κατὰ κόσμον
ἐξ ἁλὸς ἔρχηται φωνῇ περίαλλα λεληκώς,
κινυμένου κε θάλασσαν ὕπερ φορέοιτ' ἀνέμοιο.
καί ποτε καὶ κέπφοι, ὁπότ' εὔδιοι ποτέονται,
ἀντία μελλόντων ἀνέμων εἱληδὰ φέρονται.
πολλάκι δ' ἀγριάδες νῆσσαι ἢ εἰναλίδιναι
αἴθυιαι χερσαῖα τινάσσονται πτερύγεσσιν·
ἢ νεφέλη ὄρεος μηκύνεται ἐν κορυφῇσιν.
ἤδη καὶ πάπποι, λευκῆς γήρειον ἀκάνθης,
σῆμ' ἐγένοντ' ἀνέμου, κωφῆς ἁλὸς ὁππότε πολλοὶ
ἄκρον ἐπιπλείωσι, τὰ μὲν πάρος, ἄλλα δ' ὀπίσσω.
Καὶ θέρεος βρονταί τε καὶ ἀστραπαὶ ἔνθεν ἴωσιν,
ἔνθεν ἐπερχομένοιο περισκοπέειν ἀνέμοιο.
καὶ διὰ νύκτα μέλαιναν ὅτ' ἀστέρες ἀΐσσωσιν
ταρφέα, τοὶ δ' ὄπιθεν ῥυμοὶ ὑπολευκαίνωνται,
δειδέχθαι κείνοις αὐτὴν ὁδὸν ἐρχομένοιο
πνεύματος· ἢν δὲ καὶ ἄλλοι ἐναντίοι ἀΐσσωσιν,
ἄλλοι δ' ἐξ ἄλλων μερέων, τότε δὴ πεφύλαξο
παντοίων ἀνέμων, οἵ τ' ἄκριτοί εἰσι μάλιστα,
ἄκριτα δὲ πνείουσιν ἐπ' ἀνδράσι τεκμήρασθαι.
αὐτὰρ ὅτ' ἐξ εὔροιο καὶ ἐκ νότου ἀστράπτῃσιν,
ἄλλοτε δ' ἐκ ζεφύροιο καὶ ἄλλοτε πὰρ βορέαο,
δὴ τότε τις πελάγει ἔνι δείδιε ναυτίλος ἀνήρ,
μή μιν τῇ μὲν ἔχῃ πέλαγος, τῇ δ' ἐκ Διὸς ὕδωρ.
ὕδατι γὰρ τοσσαίδε περὶ στεροπαὶ φορέονται.
πολλάκι δ' ἐρχομένων ὑετῶν νέφεα προπάροιθεν
οἷα μάλιστα πόκοισιν ἐοικότες ἰνδάλλονται·
ἢ διδύμη ἔζωσε διὰ μέγαν οὐρανὸν ἶρις·
ἢ καί πού τις ἅλωα μελαινομένην ἔχει ἀστήρ.
Πολλάκι λιμναῖαι ἢ εἰνάλιαι ὄρνιθες
ἄπλητον κλύζονται ἐνιέμεναι ὑδάτεσσιν·
ἢ λίμνην πέρι δηθὰ χελιδόνες ἀΐσσονται
γαστέρι τύπτουσαι αὔτως εἰλεύμενον ὕδωρ·
ἢ μᾶλλον δειλαὶ γενεαί, ὕδροισιν ὄνειαρ,
αὐτόθεν ἐξ ὕδατος πατέρες βοόωσι γυρίνων·
ἢ τρύζει ὀρθρινὸν ἐρημαίη ὀλολυγών·
ἤ που καὶ λακέρυζα παρ' ἠϊόνι προυχούσῃ
χείματος ἐρχομένου χέρσῳ ὑπέτυψε κορώνη,
ἤ που καὶ ποταμοῖο ἐβάψατο μέχρι παρ' ἄκρους
ὤμους ἐκ κεφαλῆς, ἢ καὶ μάλα πᾶσα κολυμβᾷ,
ἢ πολλὴ στρέφεται παρ' ὕδωρ παχέα κρώζουσα.
Καὶ βόες ἤδη τοι πάρος ὕδατος ἐνδίοιο
οὐρανὸν εἰσανιδόντες ἀπ' αἰθέρος ὠσφρήσαντο·
καὶ κοίλης μύρμηκες ὀχῆς ἐξ ὤεα πάντα
θᾶσσον ἀνηνέγκαντο· καὶ ἀθρόοι ὤφθεν ἴουλοι

stellæ ambæ, de pluvia sane signum dare solent.
Si vero hic, qui est e Borea Præsepis, languide splendeat
modice tenebrascens, austrinus vero Asellus lucidus sit,
exspecta ventum Austrum: Boream vero valde oportet
econtra tenebrascente lucenteque excipere.
Atqui signum venti etiam intumescens mare
esto, et late litora insonantia,
scopulique marini, quum in sereno sonantes
fiunt, cacuminaque boant montis summa.
Quin etiam ad terram quum ardeola non rite
e mari venit, voce supra modum strepens,
commoto sane super mare feratur vento.
Interdum etiam fulicæ, quando serenæ volitant,
contra futuros ventos glomeratim feruntur.
Sæpe item feræ anates, aut in mari urinatores
mergi, terras quatiunt alis;
aut nubes montis elongatur in verticibus.
Jam etiam pappi, albi senium cardui,
indicium fiunt venti, muti maris quando multi
summum supernatant, partim ante, partim post.
Etiam æstate tonitruaque et fulgura unde eant,
inde advenientem observa ventum.
Item per noctem atram quando stellæ præcipites ruunt
crebro, a tergo vero tractus subalbescunt,
percipito ex illis eadem via venientem
ventum. Sin autem aliæ contrario ruant,
aliæ ex aliis partibus, tunc utique caveto
multiplices ventos, qui confusi sunt maxime,
confusi item spirant hominibus observatu.
Ceterum quum ex Euro et ex Austro fulgurat,
tum etiam e Zephyro et interdum a Borea,
tunc certe quispiam in pelago timuerit nauta:
ne ipsum partim teneat pelagus, partim cœli pluvia.
super pluvia enim tot fulgura feruntur.
Sæpenumero item venientibus pluviis nubes prius
utplurimum velleribus similes apparent,
aut gemina circumcingit magnum cœlum Iris,
vel etiam aliqua aream nigricantem habet stella.
Sæpe palustres aut marinæ aves
insaturabiliter se mergunt immittentes aquis;
aut paludem circum diu hirundines agitantur,
ventre verberantes leviter circinantem undam;
aut magis miseræ progenies, hydris esca,
indidem ex aqua patres coaxant ranularum;
aut ululat mane solitaria acredula:
aut alicubi etiam garrula ad litus prominens
tempestate instante terræ subsidit cornix;
etiam si quando flumini se immergit usque ad summos
humeros a capite, vel etiam plane tota subternatat,
vel frequens versatur prope undam crasse crocitans.
Etiam boves jam ante pluviam cœlestem
cœlum intuiti, ex æthere olfaciunt:
etiam cavo formicæ foramine ova omnia
ocius efferunt; atque cumulatim cernuntur millipedes

τείχε' ἀνέρποντες, καὶ πλαζόμενοι σκώληκες
κεῖνοι τοὺς καλέουσι μελαίνης ἔντερα γαίης.
καὶ τιθαὶ ὄρνιθες, ταὶ ἀλέκτορος ἐξεγένοντο,
εὖ ἐφθειρίσσαντο καὶ ἔκρωξαν μάλα φωνῇ,
οἷόν τε σταλάον ψοφέει ἐπὶ ὕδατι ὕδωρ.
δή ποτε καὶ γενεαὶ κοράκων καὶ φῦλα κολοιῶν
ὕδατος ἐρχομένοιο Διὸς πάρα σῆμ' ἐγένοντο,
φαινόμενοι ἀγεληδὰ καὶ ἰρήκεσσιν ὁμοῖον
φθεγξάμενοι. καί που κόρακες δίους σταλαγμοὺς
φωνῇ ἐμιμήσαντο σὺν ὕδατος ἐρχομένοιο,
ἤ ποτε καὶ κρώξαντε βαρείῃ δισσάκι φωνῇ
μακρὸν ἐπιῤῥοιζεῦσι τιναξάμενοι πτερὰ πυκνά.
καὶ νῆσσαι οἰκουροὶ ὑπωρόφιοί τε κολοιοὶ
ἐρχόμενοι κατὰ γεῖσσα τινάσσονται πτερύγεσσιν·
ἢ ἐπὶ κῦμα διώκει ἐρωδιὸς ὀξὺ λεληκώς.
Τῶν τοι μηδὲν ἀπόβλητον πεφυλαγμένῳ ὕδωρ
γινέσθω, μηδ' εἴ κεν ἐπιπλέον ἠὲ πάροιθεν
δάκνωσιν μυῖαι καὶ ἐφ' αἵματος ἱμείρωνται,
ἢ λύχνοιο μύκητες ἀγείρωνται περὶ μύξαν
νύκτα κατὰ σκοτίην· μηδ' ἢν ὑπὸ χείματος ὥρην
λύχνων ἄλλοτε μέν τε φάος κατὰ κόσμον ὀρώρῃ,
ἄλλοτε δ' ἀΐσσωσιν ἄπο φλόγες ἠΰτε κοῦφαι
πομφόλυγες· μηδ' εἴ κεν ἐπ' αὐτόφι μαρμαίρωσιν
ἀκτῖνες· μηδ' ἢν θέρεος μέγα πεπταμένοιο
νησαῖοι ὄρνιθες ἐπασσύτεροι φορέωνται.
μηδὲ σύ γ' ἢ χύτρης ἠὲ τρίποδος πυριβήτεω,
σπινθῆρες ὅτ' ἔωσι πέρι πλέονες, λελαθέσθαι,
μηδὲ κατὰ σποδιὴν ὁπότ' ἄνθρακος αἰθομένοιο
λάμπηται πέρι σήματ' ἐοικότα κεγχρείοισιν.
ἀλλ' ἐπὶ καὶ τὰ δόκευε περισκοπέων ὑετοῖο.
Εἴ γε μὲν ἠερόεσσα παρὲξ ὄρεος μεγάλοιο
πυθμένα τείνηται νεφέλη, ἄκραι δὲ κολῶναι
φαίνωνται καθαραί, μάλα κεν τόθ' ὑπεύδιος εἴης.
εὔδιός κ' εἴης καὶ ὅτε πλατέος παρὰ πόντου
φαίνηται χθαμαλὴ νεφέλη, μηδ' ὑψόθι κύρῃ,
ἀλλ' αὐτοῦ πλαταμῶνι παραθλίβηται ὁμοίη.
Σκέπτεο δ' εὔδιος μὲν ἐὼν ἐπὶ χείματι μᾶλλον,
ἐς δὲ γαληναίην χειμωνόθεν. εὖ δὲ μάλα χρὴ
ἐς Φάτνην ὁράαν, τὴν Καρκίνος ἀμφιελίσσει,
πρῶτα καθαιρομένην πάσης ὑπένερθεν ὁμίχλης·
κείνη γὰρ φθίνοντι καθαίρεται ἐν χειμῶνι.
Καὶ φλόγες ἡσύχιαι λύχνων καὶ νυκτερίη γλαὺξ
ἥσυχον ἀείδουσα μαραινομένου χειμῶνος
γινέσθω τοι σῆμα· καὶ εἰ λίγα κωτίλλουσα
ὥρῃ ἐν ἑσπερίῃ κρώζῃ πολύφωνα κορώνη·
καὶ κόρακες μοῦνοι μὲν ἐρημαῖοι βοόωντες
δισσάκις, αὐτὰρ ἔπειτα μέγ' ἀθρόα κεκλήγοντες·
πλειότεροι δ' ἀγεληδόν, ἐπὴν κοίτοιο μέδωνται,
φωνῆς ἔμπλειοι· χαίρειν κέ τις οἰήσαιτο,
οἷα τὰ μὲν βοόωσι λιγαινομένοισιν ὁμοῖα,
πολλὰ δὲ δενδρείοιο περὶ φλόον, ἄλλοτ' ἐπ' αὐτοῦ
ἧχί τε κείουσιν καὶ ὑπότροποι ἀπτερύονται.
καὶ δ' ἄν που γέρανοι μαλακῆς προπάροιθε γαλήνης
ἀσφαλέως τανύσαιεν ἕνα δρόμον ἤλιθα πᾶσαι,

muros asserpentes; atque obeuntes vermes
illi, quos vocant atræ intestina terræ (*lumbricos*).
Etiam pulli volucres, quæ gallo prognatæ sunt,
studiose pedunculos quærunt pipiuntque majore voce,
sicut stillans strepit super aquam aqua.
Quandoque etiam gentes corvorum et turmæ graculorum
pluviæ venientis e cœlo signum fiunt,
visi gregatim et accipitrum instar
garrientes. Etiam corvi quandoque cœlestes guttas
voce imitantur simul pluvia veniente;
vel quandoque etiam crocitantes gravi congemina voce
multum constrepitant, quatientes alas frequenter.
Etiam anates domestici et in tectis nidulantes graculi,
venientes super pinnacula, quatiunt alas
aut ad aquam festinat ardea, acute vociferans.
Quorum tibi nullum frivolum observanti pluviam
esto: nec item si amplius quam ante
mordeant muscæ et sanguinem desiderent:
aut lucernæ fungi congregentur circa labium
noctem per caliginosam: neque si sub hiemis tempus
lucernarum alias quidem lumen debite moveatur,
alias vero delabantur flammæ, ceu leves
ampullæ; neque si ad ipsam lucernam splendeant
radii; neque si æstate summa
insulares aves accumulatiores obversentur.
Neque tu sive ollæ sive tripodis in igne stantis,
scintillæ quum fuerint circa plures, obliviscere,
neque per cinerem quando carbone ardente
splendeant circumcirca signa, similia cenchris.
Verum ad hæc etiam spectato observans pluviam.
Ceterum si obscura per montis magni
vallem extendatur nebula, summa autem cacumina
appareant pura, valde tunc serenus fueris.
Serenus fueris etiam, quando vastum circa pontum
videatur humilis nebula neque in alto exsistat,
sed inibi planitiei maritimæ deprimatur similis.
Respice autem, serenus quum sis, ad tempestatem magis,
et ad serenitatem e tempestate. Diligenter vero te oportet
ad Præsepe respicere, quod Cancer circumvolvit,
recens purgatum ab omni subtus nebula;
illud namque abeunte purgatur in tempestate.
Etiam flammæ quietæ lucernarum et nocturna noctua
tranquille canens marcescentis tempestatis
esto tibi signum; et si argute garrula
tempore vespertino crocitet vocale cornix;
item corvi plane solitarii vociferantes
ingeminanter, at postea crebro et vehementer clamitantes;
frequentiores vero congregati, quando cubilis memores sint,
voce pleni; lætari eos quis putaverit,
quam partim vociferentur jucundantium in morem,
sæpeque arboris per ramos, quandoque super ipsam,
ubi vel cubant vel reduces alas excutiunt.
Præterea grues blandam ante serenitatem
secure pandere solent unicum volatum gregatim omnes,

οὐδὲ παλιῤῥόθιοί κεν ὑπεύδιοι φορέοιντο.
Ἦμος δ' ἀστερόθεν καθαρὸν φάος ἀμβλύνηται,
οὐδέ ποθεν νεφέλαι πεπιεσμέναι ἀντιόωσιν,
οὐδέ ποθεν ζόφος ἄλλος ἐπιτρέχῃ οὐδὲ σελήνη,
ἀλλὰ τάγ' ἐξαπίνης αὔτως ἀμενηνὰ φέρωνται,
μηκέτι τοι τόδε σῆμα γαληναίης ἐπικείσθω,
ἀλλ' ἐπὶ χεῖμα δόκευε· καὶ ὁππότε ταὶ μὲν ἔωσιν
αὐτῇ ἐνὶ χώρῃ νεφέλαι, ταὶ δ' ἄλλαι ὑπ' αὐταῖς,
ταὶ μὲν ἀμειβόμεναι, ταὶ δ' ἐξόπιθεν φορέωνται.
Καὶ χῆνες κλαγγηδὸν ἐπειγόμεναι βρωμοῖο
χειμῶνος μέγα σῆμα, καὶ ἐννεάνειρα κορώνη
νύκτερον ἀείδουσα, καὶ ὀψὲ βοῶντε κολοιοί,
καὶ σπίνος ἠῷα σπίζων, καὶ ὄρνεα πάντα
ἐκ πελάγους φεύγοντα, καὶ ὀρχίλος ἢ καὶ ἐριθεὺς
δύνων ἐς κοίλας ὀχεάς, καὶ φῦλα κολοιῶν
ἐκ νομοῦ ἐρχόμενα τραφεροῦ ἐπὶ ὄψιον αὖλιν.
οὐδ' ἂν ἔτι ξουθαὶ μεγάλου χειμῶνος ἰόντος
πρόσσω ποιήσαιντο νομὸν κηροῖο μέλισσαι,
ἀλλ' αὐτοῦ μέλιτός τε καὶ ἔργων εἱλίσσονται·
οὐδ' ὑψοῦ γεράνων μακραὶ στίχες αὐτὰ κέλευθα
τείνονται, στροφάδες δὲ παλιμπετὲς ἀπονέονται.
μηδ' ὅτε νηνεμίῃ κεν ἀράχνια λεπτὰ φέρηται
καὶ φλόγες αἰθύσσωσι μαραινομένου λύχνοιο,
ἢ πῦρ αὔηται σπουδῇ καὶ ὑπεύδια λύχνα,
πιστεύειν χειμῶνι. τί τοι λέγω ὅσσα πέλονται
σήματ' ἐπ' ἀνθρώπους; δὴ γὰρ καὶ ἀεικέϊ τέφρῃ
αὐτοῦ πηγνυμένῃ νιφετοῦ ἐπιτεκμήραιο·
καὶ λύχνῳ χιόνος, κέγχροις ὅτ' ἐοικότα πάντῃ
κύκλῳ σήματ' ἔχει πυριλαμπέος ἐγγύθι μύξης·
ἄνθραξι δὲ ζώοντι χαλάζης, ὁππότε λαμπρὸς
αὐτὸς ἐείδηται, μέσσῳ δέ οἱ ἠΰτε λεπτὴ
φαίνηται νεφέλη πυρὸς ἔνδοθεν αἰθομένοιο.
Πρῖνοι δ' αὖ καρποῖο καταχθέες, οὐδὲ μέλαιναι
σχῖνοι ἀπείρητοι· πάντῃ δέ τε πολλὸς ἀλωεὺς
αἰεὶ παπταίνει, μή οἱ θέρος ἐκ χερὸς ἔῤῥῃ.
πρῖνοι μὲν θαμινῆς ἀκύλου κατὰ μέτρον ἔχουσαι
χειμῶνός κε λέγοιεν ἐπιπλέον ἰσχύσοντος.
μὴ μὲν ἄδην ἔκπαγλα περιβρίθοιεν ἁπάντῃ,
τηλοτέρω δ' αὐχμοῖο συνασταχύοιεν ἄρουραι.
τριπλόα δὲ σχῖνος κυέει, τρισσαὶ δέ οἱ αὖξαι
γίνονται καρποῖο, φέρει δέ τε σήμαθ' ἑκάστη
ἑξείης ἀρότῳ. καὶ γάρ τ' ἀροτήσιον ὥρην
τριπλόα μείρονται, μέσσην καὶ ἐπ' ἀμφότερ' ἄκρα·
πρῶτος μὲν πρώτην ἄροσιν, μέσσος δέ τε μέσσην
καρπὸς ἀπαγγέλλει, πυμάτην γε μὲν ἔσχατος ἄλλων.
ὅντινα γὰρ κάλλιστα λοχαίη σχῖνος ἄρηται,
κείνῳ γ' ἐξ ἄλλων ἄροσις πολυλήϊος εἴη,
τῷ δέ γ' ἀφαυροτάτῳ ὀλίγη, μέσσῳ δέ τε μέσση.
αὔτως δ' ἀνθέριχος τριχθὰ σκίλλης ὑπερανθεῖ,
σήματ' ἐπιφράσσασθαι ὁμοιίου ἀμήτοιο.
ὅσσα δ' ἐνὶ σχίνου ἀροτὴρ ἐφράσσατο καρπῷ,
τόσσα δὲ καὶ σκίλλης τεκμαίρεται ἄνθεϊ λευκῷ.
Αὐτὰρ ὅτε σφῆκες μετοπωρινὸν ἤλιθα πολλοὶ
πάντῃ βεβρίθωσι, καὶ ἑσπερίων προπάροιθεν

neque tamen retroacti sereni ferri solent.
Quum autem e stellis lucidus fulgor hebetetur,
neque alicunde nubes pressæ obvient,
neque alicunde caligo alia occurrat, neque luna,
sed astra extemplo sic languida ferantur,
non amplius tibi hoc tanquam signum serenitatis ponatur,
sed ad tempestatem specta. Etiam quando quædam exsistant
eodem in loco nubes, aliæ vero juxta ipsas,
hæ quidem prætereuntes, illæ vero a tergo ferantur.
Etiam anseres cum clangore festinantes ad pastum
sunt tempestatis certum signum, etiam novem ætates vivens [cornix,
noctu cornicans, et sero clamantes monedulæ;
et fringilla mane pipilans, et volucres omnes
e mari fugientes, et orchilus aut etiam erithacus
subiens cava foramina: et turmæ graculorum
a pastu venientes sicco ad serotinum lustrum.
Neque sane sufflavæ, magna tempestate instante,
ante facere solent pabulum favi apes,
sed intus melleque et in structuris occupantur:
neque in alto gruum lati ordines easdem vias
tendunt, conversi vero revolantes absistunt.
Neque quando in ventorum tranquillitate araneæ graciles [ferantur,
et flammæ flagrent marcescentis lucernæ,
aut ignis accendatur ægre et serenæ lucernæ,
crede tempestati. Quid tibi refero quæcumque sunt
indicia per homines? Siquidem vel vili cinere
ipsam concreto nivem observes licet:
etiam per lucernam nivem, milio quum similes undique
circumcirca notas habet candicans prope ellychnium;
carbone autem ardente, grandinem, quando candens
ipse videatur, in medio vero ipso velut tenuis
appareat nebula, igne intus candente.
Ilices porro, fructu onustæ, neque nigræ
lentisci sine signo sunt. Passim autem frequens agricola
continuo circumspicit, ne ei æstas e manu fluat.
Ilices quidem frequentis glandis non parum ferentes,
hiemem nunciare solent haud leviter invalescentem.
Neque nimis insolenter gravida fiant undiquaque,
sed magis procul a squalore spicis compleantur arva.
Tribus vicibus vero lentiscus fœtificat, tria item incrementa
fiunt fructus; fert autem indicia quodvis
ex ordine arationi. Etenim arandi tempus
trifariam dividunt, medium et utrimque extremum:
primus quidem primam arationem, medius vero mediam
fructus denunciat, ultimam autem ultimus ceterorum.
Quem enim pulcherrime fœtificans lentiscus tulerit,
illi præ aliis aratio frugifera exstiterit;
minutissimo vero, modica; at medio, media.
Sic etiam flos trifariam scillæ efflorescit,
ut signum hoc advertamus æquæ messis.
Quæcumque vero in lentisci arator observavit fructu,
eadem etiam in scillæ deprehendit flore albo.
Sed quum vespæ autumni tempore glomeratim multæ
passim constipatæ fuerint, etiam vespertinas ante

Πληϊάδων εἴποι τις ἐπερχόμενον χειμῶνα,
οἷος ἐπὶ σφήκεσσιν ἑλίσσεται αὐτίκα δῖνος.
θήλειαι δὲ σύες, θήλεια δὲ μῆλα καὶ αἶγες
ὁππότ' ἀναστρωφῶσιν ὀχῆς, τὰ δέ γ' ἄρσενα πάντα
δεξάμεναι πάλιν αὖτις ἀναβλήδην ὀχέωνται,
αὔτως κε σφήκεσσι μέγαν χειμῶνα λέγοιεν.
ὀψὲ δὲ μισγομένων αἰγῶν μήλων τε συῶν τε
χαίρει ἄνολβος ἀνήρ, ὅ οἱ οὐ μάλα θαλπιόωντι
εὔδιον φαίνουσι βιαιόμεναι ἐνιαυτόν.
Χαίρει καὶ γεράνων ἀγέλαις ὡραῖος ἀροτρεὺς
ὥριον ἐρχομέναις, ὁ δ' ἀώριος αὐτίκα μᾶλλον·
αὔτως γὰρ χειμῶνες ἐπέρχονται γεράνοισιν,
πρώϊα μὲν καὶ μᾶλλον ὁμιλαδὸν ἐρχομένῃσιν
πρώϊον· αὐτὰρ ὅτ' ὀψὲ καὶ οὐκ ἀγεληδὰ φανεῖσαι
πλειότερον φορέονται ἐπὶ χρόνον, οὐδ' ἅμα πολλαί,
ἀμβολίῃ χειμῶνος ὀφέλλεται ὕστερα ἔργα.
Εἰ δὲ βόες καὶ μῆλα μετὰ βρίθουσαν ὀπώρην
γαῖαν ὀρύσσωσιν, κεφαλὰς δ' ἀνέμοιο βορῆος
ἀντία τείνωσιν, μάλα κεν τότε χείμερον αὐταὶ
Πληϊάδες χειμῶνα κατερχόμεναι φορέοιεν.
μὴ δὲ λίην ὀρύχοιεν, ἐπεὶ μέγας οὐ κατὰ κόσμον
γίνεται οὔτε φυτοῖς χειμὼν φίλος οὔτ' ἀρότοισιν·
ἀλλὰ χιὼν εἴη πολλὴ μεγάλαις ἐν ἀρούραις
μήπω κεκριμένη μηδὲ βλωθρῇ ἐπὶ ποίῃ,
ὄφρα τις εὐεστοῖ χαίρῃ ποτιδέγμενος ἀνήρ.
Οἱ δ' εἶεν καθύπερθεν ἐοικότες ἀστέρες αἰεί,
μὴ δ' εἷς μηδὲ δύω μηδὲ πλέονες κομόωντες·
πολλοὶ γὰρ κομόωσιν ἐπ' αὐχμηρῷ ἐνιαυτῷ.
Οὐδὲ μὲν ὀρνίθων ἀγέλαις ἠπειρόθεν ἀνήρ,
ἐκ νήσων ὅτε πολλαὶ ἐπιπλήσσωσιν ἀρούραις,
ἐρχομένου θέρεος χαίρει· περιδείδιε δ' αἰνῶς
ἀμητῷ, μή οἱ κενεὸς καὶ ἀχύρμιος ἔλθῃ
αὐχμῷ ἀνιηθείς. χαίρει δέ που αἰπόλος ἀνὴρ
αὐταῖς ὀρνίθεσσιν, ἐπὴν κατὰ μέτρον ἴωσιν,
ἐλπόμενος μετέπειτα πολυγλαγέος ἐνιαυτοῦ.
οὕτω γὰρ μογεροὶ καὶ ἀλήμονες ἄλλοθεν ἄλλοι
ζώομεν ἄνθρωποι· τὰ δὲ πὰρ ποσὶ πάντες ἑτοῖμοι
σήματ' ἐπιγνῶναι καὶ ἐσαυτίκα ποιήσασθαι.
Ἀρνάσι μὲν χειμῶνας ἐτεκμήραντο νομῆες,
ἐς νομὸν ὁππότε μᾶλλον ἐπειγόμενοι τροχόωσιν,
ἄλλη δ' ἐξ ἀγέλης κριοί, ἄλλη δὲ καὶ ἀμνοὶ
εἰνόδιοι παίζωσιν ἐρειδόμενοι κεράεσσιν·
ἢ ὁπότ' ἄλλοθεν ἄλλοι ἀναπλήσσωσι πόδεσσιν
τέτρασιν οἱ κοῦφοι, κεραοί γε μὲν ἀμφοτέροισιν·
ἢ καὶ ὅτ' ἐξ ἀγέλης ἀεκούσια κινήσωσιν
δείελον εἰσελάοντες ὅμως, τὰ δὲ πάντοθι ποίης
δάκνωσιν πυκινῇσι κελευόμενα λιθάκεσσιν.
ἐκ δὲ βοῶν ἐπύθοντ' ἀρόται καὶ βουκόλοι ἄνδρες
κινυμένου χειμῶνος, ἐπεὶ βόες ὁππότε χηλὰς
γλώσσῃ ὑπωμαίοιο ποδὸς περιλιχμήσωνται
ἢ κοίτῳ πλευρὰς ἐπὶ δεξιτερὰς τανύσωνται,
ἀμβολίην ἀρότοιο γέρων ἐπιέλπετ' ἀροτρεύς.
οἱ δ' ὅτε μυκηθμοῖο περίπλειοι ἀγέρωνται
ἐρχόμεναι σταθμόνδε βόες βουλύσιον ὥρην

Pleiades, dixerit quis subsecuturam hiemem,
quia talis in vespis conglomeratur subito turbo.
Feminæ item sues, feminæ oves et capræ
quum recedunt a coitu, et maribus omnibus
admissis, rursus mutuo coeunt;
eodem quo vespæ modo multam hiemem prædicere solent.
Tarde autem coeuntibus capris, ovibusque et suibus,
gaudet pauper vir, quia ei parum calenti
serenum monstrant coactæ annum.
Gaudet etiam gruum catervis tempestivus arator
tempestive venientibus; intempestivus vero etiam magis.
Pari modo enim hiemes consequuntur grues,
cito quidem et magis constipatim venientes,
mane; sed quando sero et non gregatim visæ
majus volant ad tempus, neque simul multæ,
dilatione hiemis juvantur serotina opera.
Sin autem boves et oves post frugiferum autumnum
terram cornu petant, capita vero ventum Boream
contra tendant, valde tunc tempestuosam ipsæ
Pleiades hiemem occidentes afferre solent.
Ne vero nimium fodiant, quoniam magna et immoderata
fit neque plantis hiems grata, neque arationibus;
sed nix esto multa spatiosis in arvis,
non discreta neque grandi in segete,
quo quilibet anni feracitate gaudere possit exspectans vir.
Sint vero desuper *sibi* similes stellæ semper,
neve una, vel duæ vel plures comatæ;
multæ enim comantur in arido anno.
Neque quidem volucrum agminibus in continente degens [vir,
ex insulis quum multæ irruunt arva,
veniente æstate gaudet; timet vero anxie
messi, ne ei vacua et sine granis veniat,
squalore læsa. Gaudet vero opilio
ipsis volucribus, quum modicæ veniant,
spem capiens instantis lacte abundantis anni.
Sic enim ærumnosi et instabiles alibi alii
vivimus homines; atque ea, quæ ante pedes sunt, omnes
signa cognoscere et in posterum capere. [parati
Agnis quidem tempestates observare soliti sunt pastores,
ad pabulum quum magis festinantes currunt,
et alibi e grege arietes, alibi item agnelli
in itinere ludant, innixi cornibus,
aut quando alibi alii referiunt pedibus
quattuor leves, cornuti vero duobus:
vel quando e grege invitos concitant
vespere ad stabulum agentes una, et undique herbam
isti arrodunt crebris impetiti lapillis.
Sed et a bobus signa capere solent agricolæ et armentarii
surgentis tempestatis, siquidem boves ubi ungulas
lingua posteriorum pedum circumlingunt,
aut in stabulo latere super dextero jacent extenti,
dilationem arationis senex expectat arator.
Etiam quando mugientes plus solito congregantur
meantes ad stabulum boves vespertino tempore,

σκυθραὶ λειμῶνος πόριες καὶ βουβοσίοιο,
αὐτίκα τεκμαίρονται ἀχείμεροι ἐμπλήσεσθαι.
οὐδ' αἶγες πρίνοιο περισπεύδουσαι ἀκάνθαις
εὔδιοι, οὐδὲ σύες φορυτῷ ἐπιμαργαίνουσαι.
Καὶ λύκος ὁππότε μακρὰ μονόλυκος ὠρύηται,
ἢ ὅτ' ἀροτρήων ὀλίγον πεφυλαγμένος ἀνδρῶν
ἔργα κατέρχηται, σκέπαος χατέοντι ἐοικώς,
ἐγγύθεν ἀνθρώπων, ἵνα οἱ λέχος αὐτόθεν εἴη,
τρὶς περιτελλομένης ἠοῦς χειμῶνα δοκεύειν.
οὕτω καὶ προτέροις ἐπὶ σήμασι τεκμήραιο
ἐσσομένων ἀνέμων ἢ χείματος ἢ ὑετοῖο,
αὐτὴν ἢ μετὰ τὴν ἢ καὶ τριτάτην ἔτ' ἐς ἠῶ.
Ἀλλὰ γὰρ οὐδὲ μύες τετριγότες εἴ ποτε μᾶλλον
εὔδιοι ἐσκίρτησαν ἐοικότες ὀρχηθμοῖσιν,
ἄσκεπτοι ἐγένοντο παλαιοτέροις ἀνθρώποις,
οὐδὲ κύνες· καὶ γάρ τε κύων ὠρύξατο ποσσὶν
ἀμφοτέροις χειμῶνος ἐπερχομένοιο δοκεύων.
[καὶ μὴν ἐξ ὕδατος καὶ καρκίνος ᾤχετο χέρσον
χειμῶνος μέλλοντος ἐπαΐσσεσθαι ὁδοῖο.
καὶ μύες ἡμέριοι ποσσὶ στιβάδα στρωφῶντες
κοίτης ἱμείρονται, ὅτ' ὄμβρου σήματα φαίνοι.
κἀκεῖνοι χειμῶνα μύες τότε μαντεύονται.]
Τῶν μηδὲν κατόνοσσο· καλὸν δ' ἐπὶ σήματι σῆμα
σκέπτεσθαι· μᾶλλον δὲ δυοῖν εἰς ταὐτὸν ἰόντων
ἐλπωρὴ τελέθει· τριτάτῳ δέ κε θαρσήσειας.
αἰεὶ δ' ἂν παριόντος ἀριθμοίης ἐνιαυτοῦ
σήματα συμβάλλων εἴ που καὶ ἐπ' ἀστέρι τοίη
ἠὼς ἀντέλλοντι φαείνεται ἢ κατιόντι,
ὁπποίην καὶ σῆμα λέγει, μάλα δ' ἄρκιον εἴη
φράζεσθαι φθίνοντος ἐπερχομένοιό τε μηνὸς
τετράδας ἀμφοτέρας· αἱ γάρ τ' ἄμυδις συνιόντων
μηνῶν πείρατ' ἔχουσιν, ὅτε σφαλερώτερος αἰθὴρ
ὀκτὼ νυξὶ πέλει χήτει χαροποῖο σελήνης.
τῶν ἄμυδις πάντων ἐσκεμμένος εἰς ἐνιαυτὸν
οὐδέποτε σχεδίως κεν ἐπ' αἰθέρι τεκμήραιο.

tristes e prato vitulæ et pastu;
tunc indicant ante tempestatem se cupere saturari.
Neque capræ, ilicis studiosæ circum ramos,
serenæ *sunt,* neque sues in luto furentes.
Item lupus, quando alte solus ab aliis ululat,
aut quando agricolarum parum cautus virorum
opera accedit, tegmine indigenti similis,
vicine hominibus, ut ei lectus ibi sit,
ad tertiam exorientem auroram tempestatem exspecta.
Sic etiam prioribus in signis conjecturam facito
futurorum ventorum, aut tempestatis aut pluviæ,
ad præsentem, aut post hanc, aut tertiam denique ad auroram.
At vero neque mures vociferantes, si quando frequentius
sereni saliunt, similes tripudiantibus,
sine significatione habiti sunt veteribus hominibus,
neque canes; etenim canis fodere consuevit pedibus
ambobus, tempestatem instantem sentiens.
[Quin ex aqua etiam cancer egredi solet in terram,
tempestate futura ut accingat se itineri.
Etiam mures domestici, pedibus strata vertentes,
cubitum desiderant, quum pluviæ signa apparent;
et illi tempestatem mures tunc vaticinantur.]
Quorum nullum fastidito; bonum vero est cum signo signum
observare; magis vero duobus in unum tendentibus
spes esto; tertio autem plane confidas licet.
Semper item prætereuntis numerare poteris anni
signa, conferens, sicubi etiam sub stella talis
aurora exoriente luceat vel occidente,
quale etiam signum nunciet. Impense vero idoneum fuerit
contemplari decrescentis instantisque mensis
quartas utrasque; hæ enim simul coeuntium
mensium terminos habent, quando maxime dubius æther
octo noctibus est defectu lucidæ lunæ.
Quæ simul omnia contemplatus ad annum
haud unquam leviter super æthere conjicies.

M. TULLII CICERONIS

ARATEORUM RELIQUIÆ.

PHÆNOMENA.

1 Ab Jove Musarum primordia.

19 Cetera labuntur celeri cælestia motu,
Cum cæloque simul noctesque diesque feruntur.

24 Extremusque adeo duplici de cardine vertex
Dicitur esse Polus.

36 Ex his altera apud Graios Cynosura vocatur;
Altera dicitur esse Helice.
Quas nostri Septem soliti vocitare Triones.

39 Hac fidunt duce nocturna Phœnices in alto,
Sed prior illa magis stellis distincta refulget,
Et late prima confestim a nocte videtur.
Hæc vero parva est, sed nautis usus in hac est:
Nam cursu interiore brevi convertitur orbe.

45 Has inter, veluti rapido cum gurgite flumen,
Torvu' Draco serpit subter superaque revolvens
Sese, conficiensque sinus e corpore flexos.

55 Huic non una modo caput ornans stella relucet,
Verum tempora sunt duplici fulgore notata,
E trucibusque oculis duo fervida lumina flagrant,
Atque uno mentum radianti sidere lucet,
Obstipumque caput, tereti cervice reflexum,
Obtutum in cauda majoris figere dicas.
Hoc caput hic paullum sese subitoque recondit,
Ortus ubi atque obitus parte admiscentur in una.

63 Attingens defessa velut mœrentis imago,
Vertitur.

66 Engonasin vocitant, genibus quia fixa feratur.

71 Hic illa eximio posita est fulgore Corona.

75 Quem claro perhibent Ophiuchum nomine Graii.

77 Huic superà duplices humeros affixa videtur
Stella micans tali specie talique nitore.

82 Hic pressu duplici palmarum continet Anguem,
Atque eius ipse manet religatus corpore torto.
Namque virum medium serpens sub pectora cingit,
Ille tamen nitens graviter vestigia ponit,
Atque oculos urget pedibus pectusque Nepaï.

92 Arctophylax, vulgo qui dicitur esse Bootes,
Quod quasi temone adjunctam præ se quatit Arctum.
— — — subter præcordia fixa videtur
Stella micans radiis, Arcturus nomine claro.

97 Spicum illustre tenens splendenti corpore Virgo.

109 Malebant tenui contenti vivere cultu:
Ne signare quidem aut partiri limite campum
Fas erat. In medium quærebat...

130 Ferrea tum vero proles exorta repente est,
Ausaque funestum prima est fabricarier ensem,
Et gustare manu victum domitumque juvencum

134 Et Jovis in regno cælique in parte resedit.

145 Tertia sub caudam ad genus ipsum lumina pandit.

147 Et natos Geminos invises sub caput Arcti.
Subjectus mediis est Cancer, pedibusque tenetur
Magnu' Leo tremulam quatiens e corpore flammam.

152 Hoc motu radiantis Etesiæ in vada ponti...

155 Navibus assumptis fluitantia quærere aplustra.

160 Sub læva Geminorum obductus parte feretur.
Adversum caput huic Helicæ truculenta tuetur,
At Capra lævum humerum clara obtinet.

165 Verum hæc est magno atque illustri prædita signo,
Contra Hædi exiguum jaciunt mortalibus ignem.

167 Corniger est valido connixus corpore Taurus

173 Has Græci stellas Hyadas vocitare suërunt.

182 Namque ipse tergum Cynosuræ vertitur Arcti.

189 Obscura specie stellarum Cassiepea.

---

197 Hanc autem illustri versatur corpore propter
Andromede fugiens adspectum mœsta parentis.

---

205 Huic Equus ille jubas quatiens fulgore micante
Summum contingit caput alvo, stellaque jungens
Una tenet duplices communi lumine formas,
Æternum ex astris cupiens connectere nodum.

---

225 Exin contortis Aries cum cornibus hæret.

(*Quæ sequuntur versibus* 230 *seqq. Arat' respondentia prodierunt Venetiis a.* 1488 *valde corrupta, deinde cum ab aliis tum præsertim ab Orellio in progr.* 1837 *ex optimis codicibus sunt emendata.*)

Cetera tum propriis ardentia suspice flammis,
Quod cadat aut surgat summove feratur in orbe,
Quantoque exsiliant spatio, quum cærula linquunt;
Namque aliis pernix saltus, majore trahuntur
Mole alia, Oceanum tardo linquentia passu.
Quod si nube cava Solis via forte latebit,
Occulet aut signum conscendens vertice cælum
Altus Athos vel Cyllene vel candidus Hæmus,
Gargaron aut Ide Superisve agitatus Olympus,
Tunc dextra lævaque simul redeuntia signis
Sidera si noris, nunquam te tempora noctis
Effugient, nunquam veniens Tithonius ortus.
Quum primum Cancrum Tethys emittit in auras,
Excipit Oceanus Minoæ serta coronæ,
Occidit et dorso Piscis caudaque priore:
Mergitur in totos humeros Ophiuchus et Anguis
Ultima cauda micat; tortus habet illa timendos.
Nec multo Arctophylax hinc longe subjacet astro,
Lumine qui primo quum Scorpios occidit undis,
Occulitur pedibus; durat tamen arduus ore,
Dum rigidum Ægoceri signum freta lucida terret.
Siderea vix tum satiatus luce Bootes
In terras abit et noctis plus parte relinquit.
At contra nullo defectus lumine totus
Orion humeris splendebit magnaque Divi
Vagina et claro cælatus balteus igni:
Cornua et Eridanus liquido feret utraque cælo.
At quum prima juba radiarit flamma Leonis,
Quidquid parte micat cælo, *hoc* nascente, sub undas
Omne abit atque feri venientis defugit ora.
Tota Jovis mersa est pennis stellantibus Ales;
Quique genu posito defessus conditur undis,
* Summa genu subversa tenet, qua se Lyra versat,
Crure tenus: redit in cælum vasti caput Hydri
Et pernix Lepus et Procyon et Sirius ipse
Totiusque Canis rabidi vestigia prima.
Accipe, quæ vitent exorsæ Virginis ora.
Delphinus notis jam tum deflexerit undis,
Et Lyra dulce sonans et flammis cincta Sagitta;
Et niveus Cycnus properarit tangere fluctus;
Utraque penna volans caudam vix lucet ad ipsam;
Nigrescitque Padus, terræ qui proximus amnis.
Tum caput abscondet Sonipes; tum tota latebit
Cervix; at contra sublimior Hydra feretur
Cratera tenus; et surgent aplustria puppis
Argoæ totusque Canis; sed quum pia Virgo
Nascitur, illa ratis media plus arbore lucet.
Surgentes etiam Chelas sua signa notabunt:
Exsilit Oceano nunc toto crine Bootes,

Quem claro veniens Arcturus nuntiat ore;
Celsaque Puppis habet; cauda minus attamen Hydra;
Nixa genu species flexo redit ardua crure,
Partibus haud aliis; nocte eluctata suprema
Bis solet illa una cælo se ostendere nocte;
Nam si Phœbeos currus, dum longa venit nox,
Occasu sequitur, rursus fugit Oceanum ortu,
Crure simul Chelis fulgens. Quum Scorpios exit,
Jam totis radiat membris miserabile sidus;
At quum tantus abit, quantum Lyra surgit ab undis,
Arcûs ipsa sua cælo referetur imago :
Imperfecta redit cælo tum tota Corona
Et Chiron pius ad caudam cognoscitur imam.
Pegasus abscondit toto tunc pectore pennas;
Nec lucet cauda præmersus pectore Cycnus.
Abdit et Andromede vultus; et maxima Pistris
Occasu insequitur metuentis Virginis ora :
Crista super cælo fulget, caput abditur ipsi.
Regalis Cepheus altis intactus ab undis.
Scorpios exoriens, quum clarus fugerit Amnis,
Scorpios Oriona fugat, pavet ille sequentem.
Sis vati placata, precor, Latonia virgo :
Non ego, non, primus, veteres cecinere poetæ,
Virginis intactas quondam contingere vestes
Ausum hominem, divæ sacrum temerasse pudorem
Devotus pœnæ tunc impius ille futuræ
Nudabatque feris ambusto stipite silvas
Pacatamque Chion dono dabat Œnopioni.
Haud patiens sed enim Phœbi germana repente
Numinis ultorem, media tellure revulsa,
Scorpion ingenti majorem contulit hostem.
Parcite, mortales! nunquam levis ira deorum.
Horret vulnus adhuc et spicula tincta veneno
Flebilis Orion et quamquam parte relicta
Teli pone fugit, tamen altis mergitur undis,
Scorpios ardenti quum pectore contigit ortus.
Nil super Andromedæ, nil Pistris luce fruetur.
In caput atque humeros rapit orbis Cassiepeam
Declivemque trahunt æterni pondera mundi
Corruptaque cadit forma, certaverat olim
Qua senis æquorei natis, quum litore Canchli
Doridos et Panopes spectasset stulta choreas.
Illa abit Oceano : totius serta Coronæ
In cælum redeunt; totum se liberat Hydros;
Cruribus exspectat Chiron, obscurior arcu,
Corpore jam toto vasto sub vertice clarus.
Tum fera, quam dextra portat Centaurus, in auras
Exsilit et claris aperitur flexibus Anguis :
Innixusque genu lævâ minus æquora linquit.
At quum prima subit facies remeabilis Arcus,
Jam sicca Oceano Chiron pernicia crura
Expulit et celsis Ophiuchus fulget in astris.
Nil trahit obscurum Serpens : sed trunca recepta
Desinit esse manu † mediis deformis imago :
Jam Lyra cum superis et Cycni dextera penna :
Radit tellurem rediens cum sidere Cepheus.
Tum Canis abscondit totius corporis ignes
Et latet Orion; et semper tutus in undis
Est Lepus; Argoæque ratis, qua flexile signum
In puppim formatur, adhuc aplustria lucent.
Mergitur et Perseus et Capræ nobile lumen.
Aurigam totum abscondit veniens Capricornus
Atque omnem ornatum venerandæ numine Puppis.
Tum Procyon obscurus abit; redit armiger uncis
Unguibus, ante omnes gratus tibi, Juppiter, Ales.
Omnibus et stellis Cycnus redit et leve Telum
Et parvus Delphinus et apta Altaria sacris.
[Eminus exsurgit Minoïa nota Corona.]
Hydrochoos cælum scandens simul evocat ore
Et cervice tenus fidentem Pegason alis.
Aversum Chirona trahit nox atra sub undas;
Oceanus caudam tingit, nondum capit ora,
Non vastos humeros, non pectora tristia setis;
Hydram plus mediam condit, pars tertia lucet.
Hanc Pisces adduat orti totumque Biformem.
Quum geminos Pisces Aquilonis provocat aura,
Ille etiam surgit, qui tristes respicit Austros;
Piscibus ille simul surgit, sed liberat ortus,
Quum pernix Aries in cælum cornua tollit.
Pisces educunt Cepheïda; lætior illa
Nereïdas pontumque fugit cæloque refertur.
Ortus Lanigeri properabunt condere sacrum
Thuribulum; patrio fulgebit in æthere Perseus.
Persea quum pennæ reddunt, jam Pleias ab undis
Effugit et dextro Tauri cognoscitur armo.
Fixus ut in curru trahitur sine curribus ullis
Myrtilos; haud totum cernes; † cum interit ipsum
In cælum redit, et pars dextera mergitur undis :
Vertice lucebit; teneros manus efferet Hœdos
Læva Jovis nutrix humero radiabit in ipso;
Proxima telluri nascetur planta sinistra :
Cetera cum Geminis perfecto sidere surgent.
Tauro Pistricis pariter cristæque refulgent
Caudaque; vicinum terris jam cerne Booten;
Et quum se genibus demisit pars Ophiuchi,
Signum erit, Oceano Geminos remeare relicto.
Totaque jam Pistris lucebunt squamea terga;
Eridani et primos deprendet navita fontes,
Cælum conspiciens, dum claro se movet ortu
Orion; habet ille notas, quæ tempora noctis
Significent, ventosve truces fidamve quietem

EJUSDEM
PROGNOSTICORUM RELIQUIÆ.

I.

Grandine permixtas Aries nivibusque caducis
Spargit vicinas supra juga tristia nubes.
Taurus portat aquas et ventos excitat acres.
Fulmina tunc crebro jaculatur Juppiter, et tunc
Intonat emissis violentior ignibus æther.
At Geminis leviter perstridunt cærula venti,
Rarus et in terras cælo demittitur humor.
Omnia mitescunt tranquillo sidere Cancri;
Siccus erit Leo, præcipue quum pectora fervent.
Virgo refert pluvias et permovet aera ventis.
Lenius est Libræ signum; vix rorat in illo.
Scorpios assiduos cælo minitabitur ignes;
Lentior in pluvias † magis invenit arva quieta :
Atque truces venti densa nive sæpe rigebunt.
Rara Sagittifero descendunt flumina terris,
Ægoceros aliis parcit, sed frigora durat
Instabilique gelu fallit vestigia passus.
Qui fundit latices cælo quoque permovet imbres.
Omnia miscentur cum Piscibus; aspera ventis
Æquora turbatos volvunt ad sidera fluctus;
Imbribus incumbit cælum solemque recondit;
Grandine pulsatur tellus; nive mœnia durant.
Hæc ut quisque deus possedit numine signa,
Adjungunt proprias vires. Torpere videntur
Omnia Saturno; raros ille exprimit ignes
Et siccas hiemes adstrictis perficit undis;
Grandine durantur pluviæ; nive grando putrescit
Et rigor accedit ventis; mitissimus ille
* * * * * * * * * * * * * * *

II (*).

* * * * * * * * * * * * * * *

Juppiter est illo lætus magis, hic ubi Solis
Vitavit flammas, proprio bene lucidus ore.
Commissas Cereri fruges spectabis in herbis,
Pomaque purpureo primum nascentia flore;
Nec pecus in fœtu fallet : nova turba repente
Mugiet e stabulis, alto balabit ovili.
Idem, ne tellus nimium siccata repente
Destituat sata, quum tetigit fera cornua Tauri,
Dat pluvias, sorbetque datas. Cum Pliade fugit,
Atque adiit Geminos. Cancro placidissimus idem
Dat modicas vires, rabidos et temperat æstus.
Et Leo terribilis sub te, Pater, ipse repellit
Instantes morbos et Ditis limina cludit.
Incipit agricolis in Virgine solvere vota.
Jam tum maturæ segetes et spicea pendet
Ante Larem patrium perfecta messe corona.
Libra tumescentes musto bene percoquit uvas.
Scorpion ingrediens tua, Liber, munera condit.
Jamque Sagittiferum scandens sua munera reddit
Numquam lætæ hiemi; modice tamen in Capricorno.
Hydrochoon Piscesque agitat sævissimus idem,
Si statuit currus quocumque in sidere fessos.
Lanigero tonat et Pœni per terga Leonis;
Omniaque hibernis permiscet mensibus astra.
At quum Phœbeos Mavors effugerit ignes,
Sive Aries Geminique deum, sive acre Leonis
Sidus, et æquatæ librato pondere Chelæ,
Aut arcu pollens, aut imbris fusor habebit;
Siccatis cæcus nebulis hebetabitur aer,
Nullaque præcipites agitabunt æquora venti.
His idem lentos Pisces quum supprimit ignis,
Velliger et nigra cursus statione tenebit,
Tunc crebro magnus tonitru pulsabitur æther.
Tum resoluta dabit nimbos cum grandine nubes.
Sed magis, hibernæ sciderit quum sidera partis,
Effundet totas violento numine vires.
At modicos imbres, proni quum cornua Tauri
Frugiferamque deam vel brumalem Capricornum
Attigerit, liquido non sævus ab æthere fundet.
Insertus Cancro, terras quum letifer ortu
Sirius afflavit, nocituros temperat æstus.
Scorpios at primæ qua tollit acumina caudæ,
Frigidaque extremi jam claudunt sidera Pisces,
Martia non illos turbabit stella neque imbres,
Aut ulla condent nitidos caligine soles.
Sed si forte diem victus mutaverit aer,
Et ventos aut fundet aquas, gelidissimus undæ
Fit rigor, et toto Boreas dominabitur orbe.
At faciles glebas astringit frigore verno
Alma Venus, pecudis claro quum vellere fulsit
Sub lucem exoriens; eademque, ubi tempore eodem
Ætherium venit Taurum super, imbribus atris
Et tonitru crebraque abscondit grandine terras.
Temperat in Geminis annum. Nec crede sereno,

(*) In his adhibuimus codicem regiæ bibliothecæ Matritensis ap. Iriart. p. 205 seqq., qui fugerat Orellium.

Nubila nec diuturna puta, quum sidere Cancri
Fulserit ardentis; tantum hoc nil sidere certum.
Flagrantis placide lucis vis temperat annum,
Quum posuit sedem Nemeæi finibus astri.
Virgineque et Libra semper pendentia tantum
Nubila continua magis in statione manebunt.
Tunc quoque nulla fides cælo, quum Scorpion acrem
Stat super; incerta namque omnia lege feruntur :
Heu quantis terras tum Juppiter imbribus omnes
Obruet! aut glomerata cadet quam densa per æthram
Immitis grando! cælum quam sæpe sonabit!
Quum spatium attigerit tendentis spicula signi,
Non terris imbres, ponto non flamina dêrunt.
Et cæli terret sonitus mortalia corda,
Quum sedem Ægoceri Cythereius attigit ignis.
Horridus at gelidos portendit Aquarius imbres,
Hibernæque cadunt pluviæ concretaque grando,
* * * * * * * * * * *
Piscibus a geminis sub prima recurrerit astra
Hesperos, hæc tibi signa dabit, quum lucifero ore
Ingreditur Venus alma polum; sed ubi Hesperos ignes
Provocat ætherios et noctem ducere terris
Incipit, exoriens ecce hæc Cytherea movebit.
Vere caveto imbres et fulgura culmine ab alto,
Phrixeum rutilo pecus ut radiaverit astro,
Nubila commixtusque fragor pluvialibus undis,
Flaminaque assiduo terris instantia pulsu
Et diræ cælo dejecti grandinis ictus.
Ver magis infidum, Tauri quum sidere fulsit,
Apportat; Geminis eadem inconstantia perstat :
Quum dederit soles, inducet nubila cælo;
Nubila quum fuerint, subitos mirabere soles;
Et modo de vento, gelido modo protinus imbre,
Lucens, alterna superabit nube serena.
Si Venus ingressa est spatiosi sidera Cancri,
Pacem mundus habet; non ulli corpora soles
Pestiferi incendunt, non sidera densa solutos
Astringunt artus alieno tempore; lenis
Omnia pacato tum sidere temperat aer.
Ac rabidis eadem ne solibus æstuet orbis
Efficiet, magni signo conspecta Leonis.
Virgine erunt pluviæ plenique in nube fragores,
Concava quos reddunt incluso nubila vento.
Detrahit autumno pluvias eademque replevit
Nubibus assiduis, cælum [ne] ob frigora prima
Extremum autumni superet glacialia terræ.
Scorpios at raris, ne quid cava terra gravetur,
Horrebit pluviis. At diris omnia nimbis
Continuisque ruent, quum per sinuosa feretur
Cornua Centauri rapide distenta Sagitta.
Ægoceros imbres et crebro fulmine ruptos
Nubibus elidet sonitus tremuloque nitore
Flagrantis teli mortalia lumina vincet.
Hæc eadem fundens prædicit Aquarius imbrem.
Extremi sævis maria increbrescere ventis
Ostendent Pisces, Veneris quos stella notarit.
Et quoniam certis satis est via cognita signis,
Accipe quid moveat mundo Cyllenius ignis,
Si modo Phœbei flammas evaserit axis,
Matutina ferens solitos per sidera cursus.
Quum pecudis villis aurati fulserit astro,
Ventorumque graves et diræ grandinis iræ
Non intermisso patiendæ tempore surgent.
Quin pluvias alias alia in regione notabis
Affore; non omni namque est tunc imber in arvo.
Ast ubi se Tauri sinuatis cornibus effert,
Grandine significat. Geminis tranquilla serenti
Et placidum nautis spondet cælumque fretumque,
Nubilaque atque imbres, æstus † ac frigora miscet.
Certus at ardor erit, quamvis juvet aura Favoni,
Quum vasti calida radiabit sede Leonis.
Templa sed Astræi simul ac possederit ignis,
Omnia mixta feret, pluvias tantummodo Libra;
Scorpio sed pluvias meditabitur; undique venti,
Undique grando venit, rumpuntur culmina nimbis.
Centauri attigerit quum jam Cyllenius arcum,
Aut ubi consurgit Capricornus et ipse biformis,
Aut subitos cælo deducet crebrius imbres,
Fulminis aut jactu magnum perrumpet Olympum
Nulla serenato Capricornus nubila cælo
Comparat; at gelidos flatus cælique fragores
Non alio melius signo prædicere possis,
Piscibus hæc eadem quamvis cognoscere fas sit.
Quandoquidem exortus mundo Cy lenius ignis
Quid faceret primo docui cum lumine Solis :
Tempus et occasus moneat quæ discere Phœbi.
Ver erit hibernis totum exsecrabile nimbis
Et crebro tonitru ninget; florentia rura
Spesque novæ segetis quatientur grandinis ictu.
Uretur cælum, magni quum regna Tonantis
Ingrediens Pecudis conscenderit aurea terga.
Hinc et Agenorei stellantia cornua Tauri,
Quidve ferant Gemini, rapido quid sidere Cancer,
Si penitus quæres : Taurum sævire videbis
Grandine, nec contra ferri ratione probanda
Aut Cancrum aut Geminos : calidus vestigia servat
Hinc, quo ducta, Leo sævisque caloribus ardet.
Flatibus at gelidis miscet tranquilla severis
Spiciferâ dea nota manu; nec Libra metenti
Dissentit divæ; sed, ut hæc, ventura serena
Nuntiat; a ventis cessat mare, cessat et aer.
Scorpios in pluvias rarus; sed nubibus atris
Creber agit nimbos et sæva tonitrua portat,
Clara Sagittiferi tetigit quum lumina signi.
Ægocero semper cælo levis excidit imber;
Frigidus at rapidis horrebit Aquarius Euris
Brumalesque dabit pluvias atque igne perenni
Cum sonitu quatiet nubes. Si cura sagacem

Non frustrata animum certo me limite ducit,
Hæc eadem tibi signa dabunt non irrita Pisces.

III.

Una via est Solis bis senis lucida signis.
Hac rapitur Phœbe; per idem Cythereius ignis
Fertur iter, per idem cristatus vertice Mavors
Mercuriusque celer, regno cælique verendus
Juppiter et tristi Saturnus lumine tardus.
Omnibus his gemini motus; quorum alter ab ipsis
Nascitur et proprios ostendit sidere nisus;
(Tunc mundum subeunt lento pede:) concitus alter
Invitos rapit et cæli circumrotat orbem.
Annua Sol medius designat tempora, Phœbe
Menstrua; namque anno Solem remeare videbis,
Moverit unde suos currus per signa volantes.
Hoc peragit spatium breviore citatior orbe
Mensem expleturis Phœbe contenta diebus.
Annuus est Veneri cursus, neque tardior illâ
Mercurius: binos Gradivus perficit orbes.
* * * * * * * * * * * *

IV.

— Cur divite lingua
Græcia præcurrat potius quam triangula dicam...

ΜΑΝΕΘΩΝΟΣ
ΑΠΟΤΕΛΕΣΜΑΤΙΚΩΝ
ΒΙΒΛΙΑ ΕΞ.

ΜΑΞΙΜΟΥ
ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ
ΠΕΡΙ ΚΑΤΑΡΧΩΝ.

MANETHONIS ET MAXIMI
QUÆ FERUNTUR CARMINA ASTROLOGICA.

ACCEDUNT

DOROTHEI FRAGMENTA.

RECENSUIT ET PRÆFATUS EST

ARMINIUS KŒCHLY.

ΜΑΝΕΘΩΝΟΣ

ΑΠΟΤΕΛΕΣΜΑΤΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ Β. [Α.]

Ἐν τῷ β' τούτῳ βιβλίῳ διέξεισιν,

Α. Περὶ τῆς θέσεως τῶν ἐν τῇ σφαίρᾳ κύκλων φαινομένων τε καὶ ἀφανῶν καὶ ἄξονος καὶ ὁρίζοντος καὶ τῆς ἐν τοῖς κύκλοις τῶν ἄστρων τε καὶ ἀστέρων θέσεως καὶ τῶν λοξῶν κύκλων.

Β. Τί ἕκαστος τῶν ἑπτὰ πλανητῶν ἐν ἰδίῳ, καὶ τί ἐν ἀλλοτρίῳ οἴκῳ φαινόμενος ἀποτελεῖ.

Γ. Τίς ἑκάστου τῶν ἑπτὰ πλανητῶν ἐν τῇ ἀνατολῇ, καὶ τίς ἐν τῇ δύσει δύναμις.

Δ. Περὶ τῆς φάσεως τῶν ζ' πλανητῶν, καὶ τί μὲν ἕκαστος αὐτῶν τῷ ἡλίῳ συνὼν ἀποτελεῖ, καὶ τί διαμετρῶν, τί δὲ τῇ σελήνῃ καθ' ἑκάστην τῶν δύο φάσεων.

Πάντοτε μὲν κόσμοιο κατ' αἰθέρα κοιρανέοντες
Ἠέλιος Μήνη τε διηνεκὲς ὦκα φέρονται.
ἄστρα δ' ἄρ' ἤλιθα μυρί' ἀν' οὐρανῷ ἐστήρικται
μαρμαίροντ' ἐπὶ νυκτί, τὰ μὲν σελάεσσιν ἀφαυροῖς
αἰθύσσοντ', ὥσθ' ὅσσον ὑπ' ὄμμασιν αὐγάζεσθαι,
πολλοὶ δ' αὖτ' αἴγλῃσι φαεινόμενοι βλοσυρῇσιν
ἀστέρες, ὡς καὶ φέγγος ἐπὶ χθονὸς ἡμερίοισιν
φαίνειν, εὖτ' ἀσέληνον ἔχῃ δρόμον ἀμβροσίη νύξ·
καὶ μὴν δὴ τάδε πάντα δι' αἰθέρος αἰὲν ἄρηρεν
ἀπλανέ' ἐν χώρῃ, τῇ δὴ τὰ πρῶτα δέδασται,
ἑλκόμεν' ἀντολίηθεν ἐφ' ἑσπερίην δύσιν αἰεί,
παῦρ' ὑπὸ δεικήλων τεράτων τετυπωμένα μορφαῖς,
αὔτως δὲ πλέονα σποράδην πεφορημέν' ὕπερθεν.
πέντε δ' ἄρ' ἀστέρες οἶοι ἀγαυότατοι διὰ κύκλου
Ζωδιακοῦ πλάζονται ἀμειβόμενοι κατὰ κόσμον
καὶ δείκηλ', οὓς φῦλα βροτῶν ὀνόμηναν ἀλήτας,
τῶν μὲν δὴ μετόπισθε φίλῃ μεμνήσομ' ἀοιδῇ.
Μακρὸς δ' αὖ διὰ μέσσου ἐλήλαται οὐρανοῦ ἄξων,
ἀστεμφής, ὅσσοισιν δρωμένῳ ἀπροτίοπτος,
ὃς περὶ πᾶν γαίης τε καὶ ἀτρυγέτου διὰ πόντου
ὦκα διηνεκέως δινεύμενος οὐκ ἀπολήγει.
Τοῦ δὲ δύω πόλοι εἰσὶ καταντιπέρην ἀσάλευτοι,
ὃς μὲν ἐπὶ κρυεροῦ Βορέω πνοιῇσιν ἀρηρὼς
καὶ κεφαλῆς ἀγχοῦ βαιῆς κυνοσουρίδος Ἄρκτου,
ἄλλος δ' ἐν διερῷ Νότῳ ἵσταται· ἀλλ' ὁ μὲν ὑψοῦ
κεῖται ὑπερχθόνιος, νότιος δ' ἀΐδηλος ὑπ' αἶαν.
Κύκλοι δ' αὖ πολλοὶ καὶ ἀπείριτοι οὐρανοῦ εἴσω
δινεῦνται, τοὺς αὐτὸς ἀεὶ σφαίρης στροφάλιγγι
τεύχει ἑλισσομένων ἄστρων κατ' ἀπείριτον οἶμον.
τῶν δέ τε πάντων εἰσὶ πανέξοχοι ἐννέα κύκλοι,
δοιοὶ μὲν προτίοπτοι ἰδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρητοί,
οἱ δ' ἄλλοι μήτι μερόπων πραπίσιν τε νοητοί.
ἑπτ' ἀϊδεῖς μὲν ἔασιν ἰδ' ἐν φρεσὶ μοῦνον ὁρητοί,
ἀλλήλοις δὲ παραβλήδην στρωφώμενοι αἰεί·

MANETHONIS

APOTELESMATICORUM

LIBER II. [I.]

In secundo hoc libro persequitur :

I. De positione circulorum in sphæra tam apparentium quam absconditorum, et axe, et horizonte, et de siderum et stellarum in circulis positione, et de obliquis circulis.

II. Quid quisque septem planetarum in propria, et quid in aliena domo apparens efficiat.

III. Quæ cujusque septem planetarum in ortu, et quæ in occasu potestas.

IV. De apparentia septem planetarum, et quid quisque eorum Soli conjunctus efficiat, et quid e-regione-positus, et quid Lunæ in utraque apparentia.

Ubique quidem mundi per ætherem dominantes
Sol et *Luna* continuo celeriter feruntur.
Stellæ vero admodum *multæ* in cælo fixæ sunt
fulgentes in nocte, aliæ luminibus infirmis
micantes, tantum ut oculis animadvertantur,
multæ vero radiis apparentes vehementibus
stellæ, ut etiam lumen in terra mortalibus
præbeant, quum illunem habet cursum ambrosia nox;
et sane quidem hæ omnes per ætherem semper aptæ sunt
inerrantes in regione, in qua a principio distributæ sunt,
tractæ ab ortu ad vespertinum occasum semper,
paucæ per signa figurarum expressæ formis,
temere vero plures sparsim se-volventia superne.
Quinque vero *stellæ* solæ splendidissimæ per orbem
Zodiacum vagantur alternantes per mundum
et signa, quas gentes hominum appellarunt *erraticas*,
harum quidem postea meo mentionem-faciam in-carmine.
Magnus vero per medium ductus est cælum *axis*,
immotus, oculis cernenti non-conspicuus,
qui circa totam terram et sterile per mare
celeriter continuo volvi non cessat.
Ejus autem *duo poli* sunt e-regione immoti,
unus ad frigidi Boreæ flatus aptus
et prope caput parvæ cynosuridis Ursæ,
alter autem in humido Noto stat; sed ille quidem superne
situs-est super-terram, australis autem incertus sub terram.
Orbes vero *multi* et innumeri intus cælum
volvuntur, quos ipsum (illud) semper sphæræ volutatione
facit volventium astrorum per immensam viam.
Horum vero omnium sunt maxime-insignes *novem orbes*,
duo quidem adspectabiles atque oculis conspicui, [tendi.
ceteri autem prudentia mortalium et mentibus animadver-
Septem incerti quidem sunt atque animis tantum conspi-
alter autem juxta alterum positi se-volventes semper : [cui,

ὃς μὲν γὰρ πρώτιστα πόλου δινεύμενος ὑψοῦ,
ὅντε Βόρειον φῶτες ἐπίκλησιν καλέουσιν·
τὸν δὲ μέτα τροπικὸς θέρεος πυριλαμπέος ὥρης
γίνεται· * * * * *
τείνονται μεσάτοιο, δι' οὗ θοὸν ἅρμα τιταίνων
ἴσην Ἠέλιος τεύχει νύκτ' ἄμβροτον ἠοῖ·
τῷ δ' ἔπι χειμερίοιο τροπῆς κύκλος ἐστήρικται·
ἑξείης δ' ἐπὶ τῷ Νότιος πέλει, οὗ ῥά τε βαιὴν
φράζεο μοῖραν ὕπερθε, τὸ γὰρ πλέον ἔσθ' ὑπὸ γαῖαν·
τοὺς δὲ μέσους τέμνουσι δύω κύκλοι ἄξονος αὐτοῦ
ἄκρης ἀρχόμενοι κορυφῆς· αὐτοί γε μὲν ἄμφω
ἀλλήλους ἄχρις Νοτίου τέμνουσι πόλοιο,
ὃς μὲν ἐνὶ θνητοῖσι καλούμενος ὀρθὸν Ὁρίζων,
ὃς δὲ Μεσημβρινὸς ὑψοῦ ἄκρης κυρτούμενος αἴθρης.
ἀμφότεροι δ' ἄρα τοίγε πόλων ἔντοσθεν ἐόντες
ἐντὸς ἐέργουσιν δίνην περικείμενοι ἄστρων.
οἵδε μὲν ἐν πραπίδεσσιν ἀριφραδέες τελέθουσιν
γνώσασθαι κύκλοι. τοὺς δ' αὖθ' ἑτέρους καὶ ἐπ' ὄσσοις
δερκόμεθ', εὖτ' ἂν γαῖαν ἐπιτρέχῃ ἀμβροσίη νύξ,
τὸν μὲν ἶσον χροιῇ λευκῷ φαίνοντα γάλακτι,
τὸν δ' ὑπὸ δεικήλοισι δυώδεκα παμφαίνοντα
Ζωδιακόν· λοξοὶ δ' ἐπαμοιβαδὶς ἐζώσαντο
οὐρανὸν ἀμφότεροι δίχα τέμνοντές σφεας αὐτούς.
ἑπτὰ δ' ἄρ', ὥσπερ πρόσθεν ἀείσαμεν, εἰσὶν ἄϊστοι
καὶ μοῦνον πυκινῇσιν ἐνὶ φρεσὶν ἑστηῶτες,
οὕνεκεν οὐ ζώων μορφαῖς ὁλκοῖς τε φαεινοῖς
οὐδὲ μὲν οὐ χροιῇσι διάκριτοι εἰσορόωνται,
ἀλλ' αὕτως δίνῃσιν ὀϊόμεθά σφεας ἄστρων
κυκλοῦσθαι, τάπερ αὐτὸς ἀτειρὴς αἰὲν ἀγινεῖ
οὐρανὸς ἐν στροφάλιγγι περὶ χθόνα δῖαν ἑλίσσων.
ἦ γὰρ δὴ τὸν μέν τε Βορήϊον ἀστέρες Ἄρκτου
μείζονος, ἣν Ἑλίκην ναῦται νηῶν ὀνόμηναν,
ἀμφιχαράσσονται ῥοίζῳ στρωφώμενοι αἰεί,
οἵτε οἱ ἀκροτάτοισι φαείνονται περὶ ποσσίν·
ἄντυξ δ' αὖ κύκλοιο μέσην διὰ χεῖρα Βοώτου
τέμνει ὑπ' ἀγκῶνος σκαιοῦ, κεφαλῆς τε Δράκοντος
ἀκροτάτης ψαύει, στέρνον θ' ὕπο Κηφέος εἶσιν
καὶ κλεινῆς ἀλόχοιο παραὶ ποσὶ Κασσιεπείης.
κύκλος δ', ὅστε τρέπει θέρεος πυριλαμπέος ὥρην,
ἀστέρι δινεύοντι περιγράφεται κατ' Ὄλυμπον
Καρκίνου ὀγδοάτης μοίρης ἔπι παμφαίνοντι·
κεῖται δὲ τμήγων μέσσον διὰ Καρκίνον αὐτόν,
ξανθήν τ' αὐχένιον χαίτην χαροποῖο Λέοντος,
σπεῖράν τε πρώτην Ὄφιος, βριαροῦ τ' Ὀφιούχου
ὤμους, Ὄρνιθός τε δέρην τανυσιπτερύγοιο,
καὶ πόδας Ἱππείους, χειρός τ' ἀγκῶνα βορείου
Ἀνδρομέδης, καρπόν τε χερὸς λαιήν δέ τε κνήμην
Περσέος, ὀστάτιόν τε ποδὸς θέναρ Ἡνιόχοιο,
καὶ βριαρῶν Διδύμων δύο σὺν χείρεσσι κάρηνα.
αὐτὰρ Ἰσημερινόν τις ἑῷ φράσσαιτ' ἐνὶ θυμῷ
ἀστέρος ἐκ μεσάτοιο χαρασσόμενον Κριοῖο,
κεῖθεν δ' αὖ παραμειβόμενον Ταύρου πόδας ἄκρους,
καὶ καλὴν ζώνην θηροκτόνου Ὠρίωνος,
Ὕδρης θ' ὁλκὸν ἀπειρεσίης, Κρητῆρά τε μέσσον,

unus quidem primum super polum circumactus,
quem *Borealem* viri cognomine appellant;
post hunc autem *tropicus æstatis* fervidæ tempestatis
exsistit; * * * * *
extenduntur *medium*, per quem celerem currum gubernans
parem Sol reddit noctem ambrosiam diei;
post hunc *hibernæ* versionis orbis fixus est;
deinde post hunc *Australis* est, cujus quidem parvam
animadverte partem superne, plurimum enim est sub terra;
hos autem medios secant *duo orbes* axis ipsius
a-summo incipientes vertice; ipsi quidem ambo
alter-alterum usque ad Australem secant polum,
alter inter mortales appellatus juste *Horizon*,
alter autem *Meridianus* alte in summa curvatus æthra;
ambo autem hice intra polos locati
intus continent orbem circumsiti astrorum.
Hice quidem in mentibus manifesti exsistunt
ad-cognoscendum orbes. Ceteros vero etiam oculis
cernimus, ubi terram incursaverit ambrosia nox,
unum *similem* colore apparentem candido *lacti*,
alterum signis duodecim splendentem
Zodiacum; obliqui autem alternatim cingunt
cælum ambo seorsim secantes se ipsos.
Septem vero, uti supra cecinimus, sunt *incerti*
et solum in solertibus mentibus fixi,
quoniam non signorum formis et tractibus splendidis
nec vero coloribus distincti cernuntur,
sed sic vorticibus existimamus eos stellarum
circumvolvi, quas quidem ipsum infatigatum semper movet
cælum rotatione circa terram divinam volvens.
Profecto enim *Borealem* quidem stellæ Ursæ
majoris, quam Helicen nautæ navium appellaverunt,
circum-circa-describunt impetu se-circumagentes semper,
quæ ei (Ursæ) extremos apparent circa pedes;
curvatura autem orbis mediam per manum Bootæ
secat sub cubito lævo, caputque Draconis
extremum tangit, et pectus Cephei subit
et celebris uxoris præter pedes Cassiopeiæ.
Orbis autem qui *vertit æstatis* fervidæ *tempus*,
stella se-volvente circumscribitur in Olympo
Cancri octavam ad partem splendente;
jacet autem secans medium per Cancrum ipsum,
flavamque cervicalem jubam terrifici Leonis,
et gyrum primum Serpentis, robustique Ophiuchi
humeros, et Cycni collum alis-extensi,
et pedes Equinos, et manus cubitum borealis
Andromedæ, et musculum manus atque sinistram tibiam
Persei, et extremam pedis plantam Aurigæ,
et robustorum Geminorum duo cum manibus capita.
At *Æquinoctialem* quis suo animadvertat animo
stella ex media descriptum Arietis,
inde vero prætereuntem Tauri pedes extremos,
et pulcrum cingulum ferarum-occisoris Orionis,
et Hydri tractum immensi, et medium Craterem,

ἑξῆς δ' ἀκροτάτου στολμοῦ ψαύοντ' ἐρατεινῆς
Παρθένου, ἰοβόλου τε διὲκ χηλῆς περόωντα
Σκορπίου, ἰγνύας τε διακρίνοντ' Ὀφιούχου,
καὶ χαίτης ἄκρης ἐπαφώμενον ὠκέος Ἵππου,
μέσσον τ' ἀμφοτέροισιν ἐν Ἰχθύσι δινεύοντα.
χειμερίου δὲ τροπῆς κύκλον θοοῦ Αἰγοκερῆος
σκέπτεο πὰρ μέσσοιο διεκπερόωντ' ἐπὶ γοῦνα
ἀμφότερ' Ὑδροχόου, καὶ Κήτεος εἰναλίοιο
οὐρήν, ἠδὲ Λαγωοῦ ἀπὸ στέρνων ἐπὶ μέσσα
νισσόμενον, πρώτους τε πόδας Κυνός, ἠδὲ καὶ Ἀργοῦς
ποντοπόρου τέμνοντα δι' αἰθέρος ἄκρα κόρυμβα,
Κενταύρου τ' ὤμους, νότιον κέντρον τ' ὀλοοῖο
Σκορπίου, ἠδὲ βιὸν στέρνων μέτα Τοξευτῆρος.
τὸν δ' ἄρα δὴ νότιον, μεθ' ὃν οὐκέτι φέγγος ὁρᾶται
ἄστρων ἀνθρώποις, οἳ δὴ χθόνα τήνδε νέμονται,
ὁπλῇσιν Κένταυρος ὑπὸ σφετέρῃσι χαράσσει,
πηδάλιόν τε νεός, τὴν ἀκροτάτῃσι τεμοῦσα
Πηλίου ἐν κορυφαῖς Παλλὰς θέτ' ἀν' ἀστράσιν Ἀργώ.
οἱ δὲ δύω, τοίπερ τε πόλῳ διαπειραίνονται,
ἀστεμφεῖς ἑστᾶσι καὶ ἀκλινέες περὶ κόσμον,
πάντων δεικήλων αἰεὶ ἐπαφώμενοι ὁλκοῦ·
ὃς μὲν γάρ θ' ὑψοῦ θοοῦ οὐρανοῦ ἐστήρικται
ἠῴην οἶμον καὶ δείελον Ἠελίοιο
κρίνων καὶ θνητοῖσιν ἄγων βαιὴν λύσιν ἔργων·
ὃς δὲ περιστρέφεται πύματον πόντον τε καὶ αἶαν
φαίνων ἀντολίας, δύσιάς θ' ὑπὸ βένθεσι κεύθων,
ὅς ῥά θ' Ὁρίζων κύκλος ὑπ' ἀνθρώπων πεφάτισται,
οὕνεκα μηκίστην ὅσσων ἐπιτέμνει ὀπωπήν.
ὁλκὸς δ' αὖτε Γαλαξίεω βαιῇ μὲν ὁρᾶται
λαμπετόων μοίρῃ, τὸ δέ οἱ πλέον ἐστὶν ἀμαυρόν·
γυροῦται δ' ὑψοῦ μὲν ἐπὶ πνοιαῖς Βορέαο
ἐν θρόνῳ ἑζομένης γούνων ἄχρι Κασσιεπείης,
πὰρ κεφαλὴν Κηφῆος· ὁ δ' Ὄρνιθος πτερὰ τέμνει,
Αἰητοῦ τε μέσον, καὶ Τόξων ἄγχι κορώνης
ἀκρότατον νεῦρον, θηρὸς φονίοιό τε κέντρον,
ἠδὲ Θυτήριον ἄκρον ἰδ' ὁπλὰς Κενταύροιο
τέσσαρας· ἐκ δ' ἄρα κεῖθεν ἀνέρχεται ἐκ Βορέαο
ἄψορρος διὰ Νηὸς ἀμειβόμενος κατὰ πρύμνην,
καὶ κνήμας Διδύμων, κορυφῆς θ' ὕπερ Ὠρίωνος,
καὶ γόναθ' Ἡνιόχου, γουνός τ' ἔπι γοργοφόνοιο
δεξιτεροῦ Περσῆος, ὃ δὴ τέταθ' ὥστε θέοντος.
Ζῳδιακὸς δ', ὅσπερ τε κατ' οὐρανὸν ἔπλετο πάντων
εὐτροχάλων κύκλων μάλ' ἀγαυότατος καὶ ὁρητός,
δώδεκ' ὑπ' εἰδώλοισι κεκασμένος εἶσι δι' αἴθρης·
ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτὸν κεῖται ὑπ' ἀστράσι παμφαίνοντα
Κριὸς καὶ Ταῦρος, Δίδυμοι δ' ἐπὶ τῷδε, μετ' αὐτοὺς
Καρκίνος ἠδὲ Λέων, στάχυάς τ' ἐν χερσὶ φέρουσα
Παρθένος ἀνθρώπων γενεὴν ποθέουσα παλαιῶν,
Χηλαί θ', ἃς καὶ δὴ μετεφήμισαν ἀνέρες ἱροὶ
καὶ Ζυγὸν ἐκλήισσαν, ἐπεὶ τετάνυνθ' ἑκάτερθεν
οἷαί περ πλάστιγγες ἐπὶ ζυγοῦ ἑλκομένοιο,
Σκορπίος ἐστὶ δ' ἔπειτα, βίη τ' ἔπι Τοξευτῆρος,
καὶ δὲ καὶ Αἰγόκερως, μεθ' ὃν Ὑδροχόος τε καὶ Ἰχθῦς.
Οἴκοις μὲν δὴ πάντες ἑοῖς παρεόντες ἄριστοι

deinde extremam vestis-oram tangentem amabilis
Virginis, et venenati per chelam transmeantem
Scorpii, et poplites separantem Anguitenentis,
et jubam summam tangentem celeris Equi,
mediumque ambobus in Piscibus se-volventem.
Hiemalis autem *conversionis* orbem celeri Capricorni
speculare a medio transgredientem ad genua
ambo Aquarii, et Pistricis marinæ
caudam, atque Leporis a pectore ad media
vadentem, prioresque pedes Canis, atque Argûs
marivagæ secantem per ætherem summa aplustria,
Centaurique humeros, et australem aculeum perniciosi
Scorpii, atque nervum cum pectore Sagittarii. [cernitur
Illum vero *australem*, ultra quem non amplius lumen
stellarum hominibus, qui quidem hanc terram incolunt,
ungulis Centaurus suis signat,
et gubernaculum navis, quam summis secans
Pelii in verticibus Minerva posuit in stellis Argo.
Illi *duo*, qui quidem in-cælo terminum-efficiunt,
stant immoti et inclinabiles circa mundum,
omnium signorum semper attingentes tractum;
alter enim super citum cælum fixus est
matutinam viam et vespertinam Solis [rum;
discernens et mortalibus afferens exiguam liberationem ope-
alter autem circumvolvitur extremum mare atque terram,
ostendens ortus, et occasus sub profundis condens,
qui quidem *Horizon* orbis ab hominibus appellatur,
quoniam longissimum oculorum abscidit conspectum.
Tractus vero *Lactei* exigua quidem cernitur
splendens parte, plurimum vero ei est obscurum;
circinatur autem superne quidem ad flatus Boreæ
in solio sedentis usque ad genua Cassiopiæ,
juxta caput Cephei; idem Cycni pennas secat,
et Aquilæ medium, et Arcus prope cornu
extremum nervum, feræque perniciosæ aculeum,
atque Thuribulum summum et ungulas Centauri
quattuor; inde vero regreditur a Borea
redux per Navem transgrediens versus puppim,
et tibias Geminorum, superque verticem Orionis,
et genua Aurigæ, et ad genu Gorgonicidæ
dexterum Persei, quod intenditur instar currentis.
Zodiacus vero, qui quidem in cælo exstat omnium
rotundorum orbium longe splendidissimus et conspicuus,
duodecim simulacris ornatus incedit per æthram;
circa vero illum jacent stellis fulgentes
Aries et Taurus, Gemini post hunc, post eos
Cancer et Leo, spicasque in manibus gerens
Virgo hominum genus desiderans priscorum,
et Chelæ, quas etiam alio-nomine-appellarunt viri sancti
et Libram vocarunt, quum expandantur utrimque
quasi quidem lances in libra quæ-trahitur,
Scorpius autem est deinde, et post hunc vis Sagittarii,
atque etiam Capricornus, post quem Aquarius atque Pisces.
In-*domibus* quidem omnes *suis* præsentes optimæ (sunt)

ἀστέρες ἐν γενέθλῃ, ἐπεὶ ἐσθλοδόται μὲν ἀρείω
καὶ πλέον' ἐσθλὰ διδοῦσι, κακοὶ δέ τε μείονα λυγρά.
τῷ μάλα χρὴ σκέπτεσθ', ὁπόσοι σφετέροισι δόμοισιν
145 ἠὲ καὶ εἰν ὁρίοισιν ἑοῖς βεβαῶτες ὁρῶνται·
εἰ μὲν γὰρ πλέονες, πολὺ φέρτερον, εἰ δέ τε παῦροι,
μειότερον κῦδος βιότῳ καὶ πρῆξιν ὄπασσαν.
Ἀλλὰ καὶ ἀλλήλων ὅσ' ἀμειβόμενοι κλυτοφεγγεῖς
οἴκοις ἐκτελέουσι, μάλα χρειὼ καταλέξαι.
150 Φαίνων μέν τε Διὸς ζώοις μεγακύδεας ἄνδρας
τεύχει, καὶ βασιλεῦσιν ἰδ' αὖθ' ἑτάροισιν ἀνάκτων
ἐς φιλίην ζεύγνυσι, καὶ αὐτοὺς πολλάκι δασμῶν
πρήκτορας ἐξανέφηνεν ἐϋπρήσσοντας ἄναξιν,
χρήματά τ' ἐν χερσὶν δῶκεν βασιλήια νωμᾶν·
155 πολλάκι δ' ἀλλοτρίων τέκνων πατέρας καλέεσθαι
δῶκεν, ἢ ἐκθεμένοις παῖδας σφετέρους ἀπέδωκεν
Ζεὺς δὲ Κρόνοιο τόποις παρεὼν βίοτον μὲν ὀπάζει,
εὐκτεάνους τε τίθησιν, ἀτὰρ πολυγηθέος ὄλβου
φειδωλούς, μηδ' ὅσσον ἑῶν κτεάνων ὀρέγοντας,
160 ἠπεδανὸν στέρνοισι νόον καὶ ἄναλκιν ἔχοντας,
ἀμφὶ ἕθεν πολὺ μεῖον ἢ ὧν πέλας ὦσι φρονοῦντας,
ἐν δ' ἔργοις πρήξει θ' ἑτέροις ὑποπεπτηῶτας·
ὅσσα δέ τ' ἐκτελέουσιν, ἀποκρύπτει κλέος ἐσθλὸν
164 † πολλάκις ἀλλοτρίων, οἳ καί σφισιν αἴσχε' ἔδωκαν.
166 ἐν δ' Ἄρεως ὁρίοισιν ἢ ἐν ζώοισι βεβηκὼς
Φαίνων νωχελέας τε καὶ ἀδρανέας μάλα ῥέζει,
δειλοὺς πανταρβεῖς τε, φρεσὶν καταπεπτηῶτας,
αὐχμηρούς, ἑὸν ἦτορ ἀεὶ βλάπτοντας ἀνίαις.
170 ἀλλ' Ἄρης οἴκοισι Κρόνου πολιοῖο βεβηκὼς
πανθαρσεῖς τεύχει καὶ πρήξεσι τολμήεντας,
πρὸς δ' ἔτι θαρσαλέους τε καὶ εὐτόλμους καὶ ἀτρέστους,
πρῆξιν παντοίην τε καὶ ἔργα τελοῦντας ἀμόχθως,
οἷσί τ' ἐφορμήσωσιν ἀεὶ τέκμωρ ἐπάγοντας·
175 φθείρει δὲ κλῆρον πατρώιον, ἠδὲ συναίμους
πρεσβυτέρους πάντας κρυερῷ ζόφῳ ἀμφικαλύπτει.
Ἀφρογενοῦς δὲ Κρόνος παρεὼν οἴκοις τάδε ποιεῖ·
πρεσβυτέραις ζεύγνυσιν ἰδὲ δμωῇσιν ἀκιδναῖς,
180 ἢ ξυνὴν δήμοισι κύπριν μισθοῦ παρεχούσαις.
179 πρὸς δ' ἔτι δυσγαμίην καὶ δυστεκνίην μάλ' ὀπάζει,
181 στείραις ἠδ' ἀτόκοισι συνάπτων δυσκλέα λέκτρα·
δηθάκι καὶ χείρεσσιν ἑαῖς ἀλόχους ἐδάϊξαν
ζήλῳ ἀλαστήσαντες ἐπ' αἴσχεσιν, οἷς τελέουσιν.
Ἀφρογενὴς δὲ Κρόνοιο δόμοις λεχέων ὀλετῆρας
185 ἀλλοτρίων ἔρρεξε, καὶ ἀσπέρμους θέτο τέκνων,
οὐ μάλα κηδομένους μάχλου ἕνεκεν φιλότητος
οὔτε φίλων σφετέρων, οὐδ' αὖ πατέρων ἀλέγοντας·
ἢ γὰρ δὴ κεδνῶν ἑτάρων γάμον αἰσχύνουσιν,
ἢ καὶ μητρυιῇσιν ἑαῖς ἢ παλλακίδεσσιν
190 σφωιτέρου γενετῆρος ὁμὸν λέχος εἰσανέβησαν.
ἐν δ' ἄρα χρυσοφαοῦς Ἑρμοῦ ζώοισι βεβηκὼς
Φαίνων ὀξείας μερόπων ἤμβλυνεν ἀκουάς,
ἢ λαλιῆς ἤμερσε φίλης καὶ γλῶσσαν ἔδησεν,
δεινοὺς δ' ἐν πραπίδεσσι καὶ οὐλοὰ μητιόωντας
195 κρυπταδίως τεύχει, σφέτερον νόον οὔτινι θνητῶν
φαίνοντας, δακετῶν φονιώτερον ἰὸν ἔχοντας,

stellæ in nativitate, quoniam beneficæ quidem majora
et plura bona dant, malæ autem minora damna.
Quapropter admodum oportet considerare, quot suis in do-
aut etiam in terminis suis ingressæ spectentur; [mibus
si enim plures (sunt), multo amplius, sin vero paucæ,
minus decus vitæ et actionem dederunt. [*altera-alterius*
Sed etiam quæcumque alternantes præfulgidæ (stellæ)
in-domibus perficiant, admodum opus-est recensere.
Saturnus quidem *Jovis* in-signis gloriosos viros
facit, et regibus itemque amicis principum
in amicitiam jungit, et eos sæpe tributorum
exactores exhibuit bene-facientes principibus,
opesque manibus dedit regias administrandas;
sæpe autem alienorum liberorum patres appellari
dedit, aut exponentibus filios suos reddidit. [suppeditat,
Jupiter autem *Saturni* regionibus præsens victum quidem
opulentosque reddit, sed lætificarum divitiarum
parcos, nec tantillum suarum opum præbentes,
imbecillam in pectoribus mentem et ignavam habentes,
circa se multo minus quam circa-eos, quos prope sunt, sen-
in operibus autem et actione aliis subjectos: [tientes,
quæcumque autem perficiunt, (ea) obscurat fama bona
sæpe aliorum, qui etiam illis dedecora dederunt.
in *Martis* autem terminis aut in signis ingressus
Saturnus segnes et invalidos admodum facit,
ignavos et meticulosos, animis dejectos,
squalidos, suum cor semper carpentes molestiis.
sed *Mars* ædes *Saturni* cani ingressus
feroces reddit et actionibus audaces,
præterea animosos atque promptos et intrepidos, [dine,
actionem omnigenam atque opera perficientes sine sollicitu-
et quæcumque suscipiant, iis semper finem imponentes;
perdit vero patrimonium, atque fratres
natu-majores omnes frigida caligine circumdat.
Veneris autem *Saturnus* præsens ædibus hæc facit:
vetulis jungit atque famulabus vilibus,
aut communem vulgo venerem mercede præbentibus;
præterea nuptiarum et prolis infortunia admodum præbet,
sterilibus et non-parientibus jungens famosa connubia;
frequenter etiam manibus suis uxores interficiunt [ficiunt.
iracundia scelus-committentes propter turpitudines, quas per-
Venus autem *Saturni* in-ædibus conjugum corruptores
alienarum fecit, et semine privavit liberorum,
non multum curantes, libidinosum propter amorem,
aut amicos suos, nec vero patrum suorum rationem habentes;
aut enim reverendorum amicorum nuptias dehonestant,
aut etiam novercis suis aut pellicibus
sui genitoris eundem lectum conscenderunt.
Verum in aurei *Mercurii* signis ingressus
Saturnus acutas mortalium hebetavit aures,
aut loquela privavit grata et linguam ligavit,
acres autem in cogitationibus et perniciosa meditantes
occulte facit, suam mentem nemini mortalium
aperientes, anguibus nocentius virus habentes,

καὶ δὲ καὶ ἀρρήτων μύστας τελετῶν, μακάρων τε
ὄργια γιγνώσκοντας, ὅσ' ἐν βίβλοις ἐχαράχθη
κρυπταῖς, ἃς οὐ πᾶσι βροτοῖς θέμις ἐν φρεσὶν ἴδμεν·
ταύτης δ' οὐκ ἂν ὄναιντο δαημοσύνης· τάδε γάρ σφιν
ἀντ' ἀγαθῶν καὶ λυγρὰ καὶ ἀντία γίνεται αἰεί.
ταῦτα δὲ καὶ Στίλβων ῥέζει Κρόνου ἐν μεγάροισιν·
ἀλλ' ἄρα τοῖς ἦδος πέλεται σφετέρων ἀπὸ μόχθων·
τεύχει δ' οὐ μοῦνον βίβλων ἐπιίστορας ἱρῶν,
παννυχίδων τελετῶν θ' ἡγήτορας, ἀλλὰ καὶ ἐσθλοὺς
μάντιας, ἀστρονόμους καὶ ὀνειροπόλους, προπάροιθεν
ἑζομένους θυσιῶν, μακάρων ἄπο θέσφατα θνητοῖς
φαίνοντας, πτηνῶν τε ποτῆς ἄπο θεσπίζοντας,
πρήξεσι δ' ἐν βιότου ἑτέροις ὑποπεπτηῶτας.
ὅσσοις δ' αὖ Φαέθων Ἄρεως οἴκοισι βέβηκεν,
τρισμάκαρες στρατιῶν ἡγήτορες, ἔν τε βροτοῖσιν
τιόμενοι πολίων ἡγήτορες ἢ βασιλῆες.
ὣς δ' αὔτως καὶ Θοῦρος ἐπὴν Διὸς ἐς δόμον ἔλθῃ,
δωρεῖται κῦδος καὶ ἀπειρέσιον κράτος ἀνδρῶν·
τεύχει καὶ νηῶν ἠδ' ἱππήων πρυλέων τε
ἡγεμόνας βασιλεῦσιν ἀρηρότας, οἳ κατὰ μῶλον
ἀνθρώπους κτείνοντας ἑῇ ὀπὶ καὶ μεμαῶτας
*   *   *   *   *   *

εἰ δ' ἄρα μὴ κέντρῳ πέλεται μηδ' ἐς τόσον εἴη
ὕψος, ἀειρόμενοι πάντων σφετέρων ὕπερ αὐτοὶ
τάττονται, κἢν δμῶες ἀεικέλιοι τελέθωσιν.
ἐν δ' ἄρα Κυπρογενοῦς ζῳδίοις Ζεὺς ὄλβον ὀπάζει
παντοῖον, κτεάνων τε δόμους πίμπλησι βροτοῖσιν,
αὐτοὺς δ' αὖθ' ἑτάρους ἢ καὶ συνέδρους βασιλήων
θηητοὺς λαοῖσι καὶ ἐν πολίεσσιν ἀγητοὺς
τεύχει καὶ μακάρων ἱερεῖς σηκῶν τε προέδρους,
τιμαῖς κυδαλίμους ἠδ' ἐξαίτοις γεράεσσιν,
πρήξιος ἐκ πάσης συναθροίζοντας πολὺν ὄλβον,
δήμου θ' ἡγητῆρας, οἳ ἐν χείλεσσιν ἑοῖσιν
φθέγξοντ' εἰν ἱεροῖσιν ἀκουόμενοι ὑπὸ λαῶν,
ζευγνυμένους τ' ἀνδρῶν μεγάλων φιλότητι γυναικῶν,
ὧν ἄπο κυδήεντες ἰδ' ὄλβιοι ἐξεγένοντο.
καὶ Κυθέρη Διὸς οἴκῳ ἢ εἰν ὁρίοισι φανεῖσα
εὐκλέας ἐν πολίεσσι καὶ ἐν δήμοισι τίθησιν·
κοσμεῖ καὶ μίτρῃσι πέπλοισί τε πορφυρέοισιν,
στέμμασί τε χρυσοῦ, τοὺς δ' αὖ γεράεσσ' ἱεροῖσιν·
ἠδὲ γάμους δῶκεν φιλίους, καὶ λέκτρα γυναικῶν
ὤπασεν εὐθαλάμων, λέκτροις δέ τε δῶκε γυναικῶν
εὐόλβων ἐν ἑῇσιν ἔμεν πολίεσσιν ἀρίστοις,
κτήματά θ' ἕξουσιν κλεινὸν βίοτόν τε καὶ οἴκους·
προσφιλέας δ' ἔρδει καὶ τιμήεντας ἅπασιν,
πειθοῖ καὶ χαρίτεσσι τετιμένον ἦτορ ἔχοντας·
ἠδὲ καὶ ἄνδρας ἔτευξε γυναικείοισιν ἐπ' ἔργοις,
ἐξ ὧν χρήματα πολλὰ καὶ εὐφροσύνην πόρεν ἐσθλήν·
δηθάκι δ' αὖθ' ὑποτάσσει ὑπ' ἀσχολίῃσι τυράννων
ἢ μεγάλων ἀνδρῶν, οἷσι κράτος ἶσον ἄναξιν.
Ζεὺς δ' ἄρ' ἐν Ἑρμείαο τόποις πολύολβον ἔθηκεν,
εὐκλέ' ἐπιφροσύνης ἕνεκεν, βασιλήιον ὄλβον
νωμῶντ' ἐν χείρεσσι, καὶ ἐκ πολίων ἐθνέων τε
χρήματα καὶ δασμοὺς συναγειρόμενον βασιλεῦσιν,

atque etiam arcanorum mystas sacrorum, atque deorum
orgia edoctos, quæcumque in libris scripta sunt
occultis, quos non omnibus mortalibus fas (est) mente no-
hac vero non fruantur scientia; hæc enim iis [scere;
pro bonis et damnosa et adversa fiunt semper.
Hæc autem etiam *Mercurius* facit *Saturni* in ædibus;
at vero illis commodum fit suis ex laboribus;
reddit autem non solum librorum scrutatores sacrorum,
pervigiliorum sacrorumque antistites, sed etiam probos
vates, astronomos et somniorum interpretes, ante
sacrificia sedentes, a diis vaticinia mortalibus
aperientes, volucrumque e volatu vaticinantes,
in actionibus vitæ autem e iis subjectos.
Quibuscumque vero *Jupiter Martis* ædes ingressus sit,
ter-felices exercituum duces, et in mortalibus
culti urbium duces aut reges (fiunt).
Ita vero etiam *Mars* ubi *Jovis* in domum venerit,
donat gloriam et ingentem potentiam virorum;
facit etiam navium et equitum peditumque
duces regibus accommodatos, qui in pugna
homines occidentes sua voce et infestos
*   *   *   *   *   *

sin autem non in centro sit neque in tantam eat
altitudinem, sublati supra omnes suos ipsi
collocantur, etiamsi servi viles fuerint.
In *Veneris* vero signis *Jupiter* divitias dat
omnigenas, opibusque domos implet hominibus,
ipsos vero sodales aut etiam adsessores regum
spectatos populis atque in urbibus admirabiles
facit et deorum sacerdotes fanorumque præsides,
honoribus inclytos et eximiis præmiis,
actione ex omni colligentes multas divitias,
et populi duces, qui labiis suis
prædicabunt in templis auditi a populis,
et conjunctos virorum magnorum amore mulieribus,
e quibus rebus gloriosi et fortunati exsistunt.
Et *Venus Jovis* in domo aut terminis apparens
celebratos in urbibus et in populis reddit;
ornat etiam mitris et vestibus purpureis,
vittisque auri, alios vero donis sacris;
atque connubia dedit amica, et nuptias mulierum
donavit bene-nubilium, nuptiis vero dedit mulierum
fortunatarum in suis urbibus optimis esse
et opes habituris et egregium cultum et ædes;
amabiles autem reddit et honoratos omnibus,
facundia et gratiis colendum pectus habentes;
atque etiam viros posuit muliebria ad opera,
ex quibus pecunias multas et lætitiam (iis) dedit probam;
frequenter vero subjicit sub diligentia tyrannorum
aut magnorum virorum, quibus potentia (est) par principibus.
Jupiter vero in *Mercurii* locis valde fortunatum reddidit,
celebratum prudentiæ gratia, regias opes
versantem manibus, atque ex urbibus gentibusque,
pecunias et tributa colligentem regibus,

250 ἐν δ' ἔργων πρήξει μέγ' ὑπείροχον, ἐν δ' ἄρα τοῖσιν
κεκλόμενον, μέγα δ' αὖτε νόῳ φρονέοντα, καὶ ἐσθλὴν
κτῆσιν ἀπ' ἀσχολίης βιότου φορέοντα πρὸς οἴκους.
ἔμπαλι δ' Ἑρμείης δόμῳ εὐφεγγοῦς Φαέθοντος
παιδείης πραπίδεσσι σοφῆς παιδεύματ' ἔχοντας,
255 παίδων θ' ἡγητῆρας ἢ αὐτῶν θῆκεν ἀνάκτων,
ἢ δίφρῳ ἑζομένους, ὅθι τ' ἀργύρου ἐστὶν ἀμοιβή,
ἠὲ νόμων θεσμῶν τ' ἐπιίστορας, ὧν ἕνεκ' αἰεὶ
πειθομένους κῦδός τε κατὰ πτόλιας μέγ' ἔχουσιν,
ῥητῆρας μύθων τε καὶ εἰν ἀγορῇσιν ἀρίστους
260 νείκεά τ' ἰθύνειν καὶ τειρομένοισιν ἀρήγειν,
ἔν τε δικασπολίῃσιν ἐριδμαίνοντας ἔπεσσιν,
ὧν ἄπο πλοῦτον ἀπειρέσιον καὶ χρήματ' ἄγειραν·
ἄλλοι δ' αὖτε πέλονται ἀπαγγελέες βασιλήων,
πίστιν τ' ἀμφὶ δίκῃσι θεμιστοπόλων ἀπ' ἀνάκτων
265 ἴσχουσιν, κείνοις σφετέρῳ νόῳ ἰθύνοντες.
ἐν δ' ἄρα τοι Παφίης Ἄρης οἴκοισι βεβηκὼς
ἀλλοτρίων λεχέων κρυπτοὺς λυμάντορας ἔρδει,
δώροις ἠδὲ δόλοισιν ὀπιπεύοντας ἑταίρων
εὐνέτιδας πηῶν τε, καὶ αἴσχεα μακρὰ τελοῦντας·
271 ἀλλ' ἄρα κἀκείνων βιότοις ὀλέθρους ἐπάγουσιν,
272 ἢ καὶ ἑὰς κεδνὰς ἀλόχους ὀλέκουσι χέρεσσιν,
270 δύσγαμα νυμφεύοντες ἀπ' ἀλλοτρίων ὑμεναίων.
273 ζώοις δ' αὖ Πυρόεντος ἐπεμβεβαυῖα Κυθήρη
δυσγαμίην τεύχει τε καὶ ἐκ λεχέων μάλ' ἀνίας·
275 ἢ γὰρ ἄγοντ' ἀλόχους, ὧν ἄργυρον ὦνον ἔδωκαν,
δμῳάδας, αἵτ' αὐτοὺς μάχλοις ἔργοισιν ἔπεισαν,
ἠὲ πολυμνήστῃσι συνευνῶσιν φιλότητας
αἰεὶ κλεπτομέναις, ὧν εἵνεκα δηριόωσιν·
οὐ γὰρ ταὶ τίουσ' οὐδ' αὖ φιλέουσι συνεύνους·
280 τῷ δὴ καὶ κρίσιας καὶ νείκεα πολλάκις ἔσχον
σὺν σφετέραις ἀλόχοισι, καὶ ἀλλήλους ἀθέριξαν
* * * καὶ αὐτῶν εἵνεκα δηθὰ
ἐν συνοχῇσι γένοντο καὶ ἀπλήτοις ἀχέεσσιν,
ἠδὲ γυναικείης κεφαλῆς χάριν εἰργμὸν ἔνεικαν·
ἢν δὲ γυναικὸς ἔῃ γενέθλη, μάλ' ἀγήνορα τεύχει
285 καὶ γαῦρον, βουλῆσιν ἑαῖς πίσυνον καὶ ἄκαμπτον,
290 τάς τ' ἄλλας ἄνδρεσσιν ἴσας κάμνουσαν ἀνίας
288 πάγχυ δ' ἄρ' ἐς φιλότητα δύην, τοκετῶν ἐποχήν τε
287 ὀτλήσει, καὶ δηθὰ λυγρῇ περὶ γαστρὶ μογήσει,
88 ἤτοι πρὶν γονίμης ὥρης βρέφε' ὠμοτοκοῦσα,
289 ἠὲ νεκρῶν ἐν γαστρὶ μέλη τέμνουσ' ἄπο τέκνων.
291 ναὶ μὴν καὶ Πυρόεις οἴκοις θοοῦ Ἑρμάωνος
οὐλοὰ μηδομένους στέρνων ἔντοσθεν ἔθηκεν,
ἄγριά τ' ἐν πραπίσιν βουλεύματα ποικίλλοντας,
πρὸς δὲ κακοφροσύνῃσιν ἀεὶ μερόπεσσι συνόντας,
295 ὡς δὴ καί τ' ἄλλοις ὑποφήτορας ἔμμεν ἀνιῶν·
καὶ δὲ δικορραφίης δεδαηκότες εἰν ἀγορῇσιν
καὶ κρίσιας θαμινὰς καὶ νείκεα πυκνὰ ἑκόντες
ἴσχουσιν, φήμη δὲ κακὴ περιδέδρομεν αὐτοὺς
καί τε δικῶν μέγα πλῆθος, ὃ δὴ μάλ' ἀχρήμονας ἔρδει·
300 πολλοὶ καὶ παίδων τῶνδ' ἡγητῆρες ἔασιν·
πρὸς δ' ἔτι καὶ ψεύστας, ἀθέους, ἀθεμίστια ἔργα
μηδομένους, κλῶπας, ληίστορας, ἀνδροφονῆας,

inque operum actione valde excellentem, atque in his (rebus)
celebratum, multum vero mente meditantem, et bonam
possessionem a diligentia vitæ portantem domum.
Rursus *Mercurius* in domo splendidi *Jovis*
disciplinæ sapientis in-mente præcepta habentes
et puerorum ductores aut ipsorum fecit principum,
aut sellæ insidentes, ubi argenti est mutatio,
aut legum institutorumque peritos, quarum-rerum causa
obedientes gloriamque per urbes magnam habent, [semper
oratoresque sermonum et in foris optimos
litesque dirigere et periclitantibus succurrere,
et in judiciis litigantes verbis,
e quibus-rebus divitias immensas et pecunias collegerunt;
alii vero fiunt correctores regum,
fidemque circa judicia jus-dicentibus a principibus
habent, illis (ea) sua mente exercentes.
Verum in *Veneris* ædibus *Mars* ingressus
alienarum uxorum occultos corruptores facit,
muneribus atque dolis tentantes amicorum
conjuges cognatorumque, et dedecora magna committentes;
at vero etiam illorum vitæ perniciem immittunt,
aut etiam suas reverendas uxores interficiunt manibus,
infaustas nuptias-facientes ab alienis matrimoniis.
Signis vero *Martis* ingressa *Venus* [lestias:
infaustas-nuptias facit atque e matrimoniis admodum mo-
aut enim ducunt uxores, pro-quibus argentum pretium dede-
servas, quæ eos libidinosis operibus permulserunt, [runt,
aut multum-ambitis (feminis) junguntur amores
semper furtivos-colentibus, quarum causa litigant;
neque enim illæ colunt neque vero amant maritos;
quapropter etiam lites et rixas sæpe habuerunt
cum suis uxoribus, et se-invicem repudiaverunt
* * * et earum causa frequenter
in angustias inciderunt et innumeros mœrores,
et feminei capitis gratia carcerem tulerunt;
sin *mulieris* sit nativitas, admodum virilem facit
et jactabundam, consiliis suis confisam et inflexibilem,
ceterasque viris similes perferentem molestias;
omnino vero quod ad amorem attinet damnum et partuum
moram] tolerabit, et frequenter miserum circa uterum la-
aut ante natalem horam fœtum crudum-enixa, [borabit,
aut mortuorum in utero membra exsecant infantum.
Quin etiam *Mars* in domibus celeris *Mercurii*
perniciosa cogitantes intus-in pectoribus facit,
asperaque in cordibus consilia volutantes,
præterea prava-mente semper hominibus consuescentes,
adeo ut etiam aliis subornatores sint molestiarum;
atque etiam litium-impingendarum periti in foris
et controversias frequentes et rixas crebras sua sponte
habent; fama autem mala circumvenit eos [reddit;
atque judiciorum magna multitudo, quæ quidem valde inopes
multi etiam puerorum harum-rerum ductores sunt;
præterea etiam mendaces, impios, infanda opera
meditantes, fures, latrones, homicidas,

ὅρκων οὐδ' ὅσσον τι νόῳ κρυερῷ ἀλέγοντας.
ταῦτα δὲ καὶ Στίλβων Ἄρεως ἐν δώμασιν ἔρδει,
πλαστογράφους τεύχων, λυμάντορας, ἠπεροπευτάς,
ἀλλοτρίου πλούτοιο λιλαιομένους κτεάνων τε·
πολλάκι καὶ κτεάνων πίστεις, ὧνπέρ τις ἔδωκεν
λάθρῃ παρθέμενος, κακομητίῃ ἠρνήσαντο,
* * * * * *
χρήματα παῦρα διδοῦσιν, ἃ πολλῶν χρεῖος ἐτύχθη·
πρὸς δ' ἔτι φαρμακίης ὀλοῆς ἐπιίστορας ἔρδει·
ὧν ἕνεκεν πάντων καὶ ὑπ' ἴδρισιν ἶφι μάχεσθαι
θωαῖς κερτομίαις τε κατὰ πτόλιας σοβέονται.
ἐν δ' Ἑρμοῦ ζώοισι φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη
θῆκε προϊσταμένους μεγάλων βιότοιο γυναικῶν,
κείνων δ' εἵνεκα δηθὰ κρίσεις καὶ νείκε' ἔχοντας,
οἷς ἔπι κῦδος ἔθηκεν ἰδ' εὐκλέα πολλάκι νίκην·
οἱ δὲ θεῆς ἱεροῖο προφήτορες εὐκτεάνοιο
γίνονται, τιμὰς ἰδ' ἀπ' αὐτοῦ πλοῦτον ἔχοντες·
τεύχει δ' ἐν τούτοισι τόποις καλὴ Κυθέρεια
αἰόλ' ὑπὸ χροιῇ ποικίλματα δαιδάλλοντας
παντοίοις ζώοισιν ἐοικότα, τοὺς μὲν ἐφ' ἱστῶν
κερκίσιν ἠδὲ χερῶν τεχνήμασιν ἀμφί τε πέπλοις,
τοὺς δὲ καὶ ἐν γραφίοις μελιηδέος ἄνθεσι κηροῦ
δεικνύντας πάντων μορφὰς θηρῶν τε καὶ ἀνδρῶν,
ἄλλους δ' ἐν πετάλοις στεφανώματα ποικίλλοντας,
οὓς δὲ καὶ ἀνθοβάφους ἁλίων ἄπο θήκατο κόχλων,
εὐόδμων τε μύρων τεῦξεν τεχνήτορας ἄνδρας.
Ἑρμῆς δ' αὖτ' οἴκοισι φανεὶς καλῆς Κυθερείης
προσφιλέας θῆκεν καὶ τιομένους μάλα πᾶσιν,
μορφῇ θ' ἱμερόεντας ἰδ' αἱμύλα κωτίλλοντας,
παντοίης μούσης τ' ἐπιίστορας· ἢ γὰρ ἀοιδοὺς
εὐκλέας, ἢ κιθάρης ὑποφήτορας ἐξετέλεσσεν,
ἠὲ μελῶν μολπῆς εὐρύθμου τεύκτορας ἄνδρας,
ἠὲ πολυτρήτοις λιγέως μέλποντας ἐν αὐλοῖς·
ἄλλους ὀρχηθμοῦ βητάρμονας ἴδριας ἔρδει·
παιδευτὰς δ' ἄλλων τοίων ἔργων ἀνέφηνεν,
ἐξ ὧν ὄλβον εὔκτεανον κῦδός τ' ἐνὶ δήμοις
ἄρνυνται, χαρίτεσσι κεκασμένοι εὐεπίῃ τε·
πρήξεσι δ' ἐν βιότου πάντες μακάριστοι ἔασιν,
οἷσί τ' ἐπιθύνωσ' ἔργοις, πάντ' ἐκτελέουσιν
ᾗσιν ἐπιφροσύνῃσιν ἀμόχθως, ὥς κ' ἐθέλωσιν. —
ἐν δὲ Λέοντι, δόμῳ πανδερκέος Ἠελίοιο,
Φαίνων μὲν μεγάλους τε καὶ ἐκ πατέρων ἀριδήλων
τεύχει, καί τ' ὄλβῳ βιότου ἅμα κῦδος ὀπάζει,
ἀλλὰ κακῷ θανάτῳ ὀλέσει πάντως γενετῆρα
ἢ βίῃ, ἢ φθορίμων ὑγρῶν πλήθεσσι χαλέψας.
δεικήλῳ δ' ἐν τῷδε Διὸς πολυφεγγέος ἀστὴρ
ὥστ' οἴκῳ σφετέρῳ χαίρει, ἐπεί ἐστι τρίγωνον
αὐτοῦ, ὡς καὶ πρόσθεν ἀείσαμεν, Ἠελίου τε,
καὶ μεγάλους βασιλῆας ἢ ἴσους κοιρανέουσιν,
ἢ που τῶν ἑτάρους τεύχει, λαοῖσιν ἀγητούς,
πάντας δ' ἀφνειοὺς καὶ τιμήεντας ἔθηκεν.
